

UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00001414 2



BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM

VOL. XX. SECT. I.

CONTINENS

PLATONIS OPERA OMNIA VOL. V.

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO SECUNDA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DULAU & COMP. 270. STRAND.)

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. V. SECT. I.

CONTINENS

LACHETEM, CHARMIDEM, ALCIBIADEM UTRUMQUE.

EDITIO SECUNDA
MULTO AUCTIOR ET EMENDATIOR.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DULAU & COMP. 270. STRAND.)



PROLEGOMENA

AD

LACHETEM.

PROLEGOMENA

ad

LACHETEM.

Socratem constat virtutis vim et naturam ita declaravisse, ut eius tamquam consummationem in scientia positam esse diceret *). Quod quidem ipsius iudicium quamquam olim multum dubitatum est quo sensu esset accipiendum, tamen hodie quidem, quisquis est ab historia philosophiae paullo instructior, minime dubitat, quin vir sapientissimus eum demum virtutis laude dignum esse iudicaverit, qui in agendo non fortuito casu aut coeco animi impetu duceretur sed regeretur potius ratione atque interiore quadam philosophiae persuasione verique conscientia, quam ipsam ἐπιστήμης nomine insigniendam statuit **). Quippe primus ille perspexerat, scientiam nomine suo dignam nec sensibus percipi nec rerum externarum usu et observatione acquiri neque extrinsecus homini obiici, sed intus inesse in ipsa cuiusque mente atque contineri notionibus animo recte distincteque informatis, quae licet primum essent tenebris inscientiae obvolutae, tamen cogitando atque meditando ad scientiae et cognitionis perspicuitatem explicari possent.

---

*) V. ann. ad. Hipp. min. p. 374. D.

**) V. Brandis. Mus. Rhen. T. I. p. 130 sqq.

Hanc vero scientiam quemadmodum vir sapientissimus omnis philosophiae fontem ac principium esse censuit, ut illi uni maxime totam vitam suam consecraverit, ita eandem etiam ad veram germanamque virtutem tantum valere arbitratus est, ut eam omnis vitae tamquam magistram et gubernatricem esse oportere existimaverit. Cuius sententiae caussae atque rationes, etiam a veteribus scriptoribus declaratae, haud sane in obscuro latent. Noluit enim scientiam a vitae actione esse seiunctam aut separatam, sed eam omnem atque cunctam tamquam regere atque gubernare, quoniam vis eius haec esset, ut etiam ipsi vitae tamquam spiritum vigoremque inhalaret; unde etiam ita sibi persuasit, ut, quicunque vere rei cuiuspiam esset intelligens rectamque eius notionem animo suo informatam teneret, is etiam ad recte, bene et honeste agendum idoneus videretur, siquidem effectum dare studeret, quod animi persuasio et mentis intelligentia doceret verum rectumque esse *).

Et hanc quidem rationem etiam Plato, quo tempore pressius illius legit vestigia, plane comprobavit probatamque ita defendit et illustravit, ut opinionem eorum, qui virtutem e rebus externis ac saepe fortuitis vel etiam ex sensibus suspensam esse vellent, multipliciter ludificaverit, veritate tamquam per quoddam ludibrium e longinquo ostensa. Significavit enim identidem, quam incerta atque lubrica essent eorum de virtute iudicia, qui eam ad unam rerum cognitionem e rebus earumque usu haustam referrent, neque in ratione ac philosophiae persuasione sitam putarent. Ostendit porro non uno loco, disciplinam virtutis omnino nullam esse neque virtutem doceri posse, nisi scientia tamquam fundamento quodam certissimo niteretur, vanosque esse eos omnes, qui eius laudem aut ingenii bonitate aut coeca vitae adsuetudine aut prudenti rerum externarum diiudicatione comparari posse arbitrarentur **). Docuit denique

*) V. commentar. ad Lachet. p. 194. D.

**) Multum agitata quaestio in scholis sophistarum erat, virtus num doceri posset. v. Io. Fr. Fischer. ad Aeschin. Socrat. Diall. I. p. 21 sq. Quam Plato libris compluribus ita tractavit, ut sententia ipsius neutiqam obscura sit. Adver-

etiam vel potius cum faceta vulgarium opinionum ac pravae dialecticae sophistarum irrisione significavit, virtutem, quantumvis ea propter varias agendi conditiones variasque animi vires atque facultates varias haberet formas atque species, tamen eatenus natura esse unam et in se consentientem, quatenus semper et ubique scientia contineretur. Quod quorsum pertineat, facile intelligent, qui virtutis Christianae quamvis in alio genere, tamen simillimam esse rationem meminerint, quippe quae, quum forma sua multiplex sit, tamen postremo eatenus certe una est, quatenus fide sive πίστει tamquam principio ac fundamento suo nititur.

Haec igitur in universum fuit sententia Platonis de virtutis indole ex institutione ac disciplina Socratis suscepta, quam in iis potissimum dialogis prodidit ac dialectice tractavit, quos verisimile est ab ipso eo tempore scriptos esse, quo, sua ipsius doctrina nondum ad maiorem perfectionis laudem exculta, magistri rationem pressius est sectatus. Nam alia sane illa extitit maximamque subiit mutationem, ex quo tempore inventis ideis scientiam, quam dicebat, ex immortali ac divina animorum vita, qualem in Phaedro describi meminimus, repetiit et natura animi accuratius cognita, qua necessitudine singulae virtutes cum singulis animi viribus et facultatibus continerentur, subtilius explorare atque definire conatus est.

Sed ista quidem nunc mittamus. Satis enim erit ad rem praesentem paucis exposuisse, quae ex-

---

sus sophistas enim aliosque in opinionum humilitate haerentes virtutem doceri posse negavit, quippe quum illi eam a scientia segregatam in uno rerum usu et experientia cerni putarent, notionum aeternarum animo impressarum prorsus immemores. Itaque eos, qui scientiae expertes virtutis laude extitissent conspicui, divino beneficio potius (θείᾳ μοίρᾳ) bonos evasisse contendit eoque ipso aliter sentientes delusit facetissime. Ipse contra in ea fuit sententia, ut virtutem iudicaret, quatenus contineretur scientia atque boni rectique conscientia, utique disciplina et institutione acquiri et comparari posse, quam tamen sententiam callide passim occultavit, quo facilius adversarios ridere ac vexare vel etiam ad commentandi ac meditandi diligentiam excitare posset. Inde dialogi eius complures lucem suam accipiunt vulgo minus recte intellecti; accipit etiam Laches.

ponere necessarium visum est, quo rectius aliquando percipiantur, quae in Lachete dialogo de fortitudine more et ratione Socratico exposita sunt. Sed hoc ipsum ut planius etiam fieri queat, primum argumentum libri breviter designasse iuvabit. Quo facto paucis demonstrare conabimur, quorsum postremo omnia atque singula, quae in eo disseruntur, referenda sint et quem ad finem tendant. His vero etiam pauca de libri auctoritate et tempore natali adiicientur, quo certius perspiciatur, quemnam ille locum in scriptorum Platonicorum numero obtinere existimandus sit.

Et argumentum quidem dialogi fere hoc est.

Prudentissime initio ornatus dialogi scenicus ad libri materiam accommodatus est, quandoquidem agitur de fortitudinis natura deque eius acquirendae ac discendae ratione. Lysimachus enim atque Melesias, quorum alter filius fuit magni Aristidis, alter Thucydidis illius, qui aliquamdiu inter Periclis adversarios plurimum auctoritate et potentia valuit, quum ingloriam degerent aetatem eamque sortem tanto ferrent molestius, quo illustriores parentes ipsorum fuissent, id maxime curavisse perhibentur, ut filios suos etiam adultos iis artibus erudirent, quae ad gloriam et auctoritatem in republica consequendam aliquid possent. Spectaverant hi in palaestra Taureae ὁπλομάχον quendam, Stesilaum, artem suam ostentantem, ad eiusque spectaculi societatem invitaverant Niciam et Lachetem, clarissimos belli duces, horum sententiam de viri arte sciscitaturi. In qua re magna cernitur Platonis sollertia. Nicias enim quum esset subtimidus neque expers eruditionis et philosophiae *), eleganter ita disserens inducitur, ut fortitudinem prudentia definiat adeoque Socratis sententiam de scientia ab actione vitae non segreganda in medium afferat. Laches autem quia erat adeo calidus et audax, ut haberetur paene temerarius, prudenter institutum est quod, dum naturali quodam mentis acumine excellit, per totum sermonem strenui militis agit partes et fortitudinem animi praesentia et perseverantia

---

*) v. p. 197. D. coll. 194. D.

contentam esse arbitratur. Cum eiusdem ingenio maxime congruit, quod sibi ait factorum cum verbis consensionem maxime placere, nec eum sibi probari, qui actionem ab oratione segreget. Finito igitur spectaculo Lysimachus et Melesias eos interrogant, num filios suos etiam hoc armorum lusu exercendos esse arbitrentur, eamque exercitationem aliquid utilitatis ad virtutem habituram esse censeant. Forte Socrates in eadem versatur palaestra, quem Laches putat eo magis in consilium adhibendum esse, quod non modo Lysimachi tribulis sit, sed etiam rerum ad iuvenum eruditionem pertinentium admodum curiosus. Cui Nicias protenus assentitur, laudans ille Socratis hoc in genere humanitatem, qui nuper ipsius filiolo praeclarum artis musicae magistrum eundemque in omni genere eruditissimum, Damonem, Prodici amicum, conciliaverit. Quibus addit Lysimachus, sibi adeo Sophroniscum, patrem Socratis, familiaritatis necessitudine fuisse coniunctissimum, et filios suos iam ex illo tempore in Socratis aliquam pervenisse notitiam. Quid multa? Rogant Socratem, ut secum de pueris recte instituendis quid sentiat communicet. Neque hic id facere dubitat. Tum vero Lysimachus eum magna laude ornat, ut qui colenda paterna amicitia patris laudi et honori egregie consulat. Laches autem eum non patri tantum, sed etiam patriae plurimum ornamenti attulisse ait, quum in proelio ad Delium commisso fortitudine ceteros omnes superaverit *). Qui locus sanequam diligenter animadvertendus est, quandoquidem ibi fortitudinem Socratis etiam in ipsius vitae actione conspicuam fuisse significatur.

His vero ita constitutis Lysimachus redit ad id, cuius gratia una cum familiaribus Stesilaum spectaverat. Denuo enim amicos interrogat, quid iis de utilitate videatur, quam iuvenes ex arte tractandorum armorum percepturi sint. Tum vero Socrates: Ego quid sentiam, si quid opus fuerit, aperiam tum, quum Niciae et Lachetis iudicium audivero; sum enim aetate minimus, ut me postremum deceat sententiam dicere. Itaque Nicias primus verba facit, ac multi-

*) P. 181. D.

plicem persequitur ὁπλομαχίας utilitatem, cuius exercitationem arbitratur primum a turpis voluptatis fructu prohibere; deinde corporis vires augere et confirmare; tum hominem liberalem et ingenuum non magis quam equitandi artem dedecere; denique etiam in proeliis varia afferre commoda et utilitates. Praeterea illam censet etiam aliarum artium desiderium posse excitare, si quidem qui armis ludere didicerit, is etiam aciei collocandae artificio aliisque rebus similibus optime operam sit daturus. Caput autem totius rei in eo esse arbitratur, quod ὁπλομαχίας exercitatio animum fortem ac virilem sit effectura, ipsumque corporis habitum redditura talem, qui hostibus ipso adspectu metum iniicere queat.

Ab huius autem sententia aliquantum discedit Laches. Qui ὁπλομαχίας usum ullum esse negat. Quod iudicium primum confirmat Lacedaemoniorum more et instituto, qui etsi rerum bellicarum sint studiosissimi, tamen illam artem minime curare soleant; deinde etiam eo tuetur, quod nullus dum ὁπλομάχος bello clarus evaserit adeoque ipse ille Stesilaus, sese inspectante, olim in pugna navali turpissime se dederit. Quocirca ne fortitudinem quidem arbitratur illius artis ope comparari vel augeri posse *).

Iam quum illi inter se tam vehementer dissentiant, ambo Socratem rogant, ut suum interponat iudicium. Monet igitur hic ante omnia in huius rei disceptatione illud esse tenendum, eius tantummodo sententiam dignam esse, quae audiatur, qui artis, de qua quaeratur, peritus sit; peritiam autem ex eo cognosci, si quis et idoneis magistris usus sit, et ipse artem suam probe exercuerit, et quod summum sit, extremum finem, cuius causa ea exerceatur, perspectum habeat. Itaque nunc, inquit, quum ὁπλομαχίαν censeamus animi confirmandi causa exerceri oportere, quaerendum est, ecquis nostrum artem illam penitus perceperit peritis usus magistris, eiusque rei idonea documenta exhibuerit. Et me quidem confiteor nullum eius usum habuisse. Fortasse autem Nicias et Laches eam didicerunt, qui et aetate sunt me maio-

---

*) P. 181. D. — 184. D.

res et antea de ὁπλομαχίας pretio suo quisque modo dixerunt sententiam.

His auditis Lysimachus: Cur igitur vos, o Nicia et Laches, cum Socrate ea de re disputare cunctamini? Cui Nicias: non nosti, o bone, Socratis morem, qui si quem nactus est respondentem, eum haud facile dimittit, sed vel invitum retinet: verumtamen quoniam eiusmodi sermones non sunt inutiles, equidem tibi lubenter morem geram. Et Laches quoque se paratum ostendit ad instituendum colloquium, quamquam eorum tantum sermones se lubender audire affirmat, quorum oratio cum ipsa vita et factis concinat. Et fortitudinem quidem Socratis sibi olim satis spectatam esse ait; iam si idem etiam pulcre dicendi facultatem sit consecutus, nihil sane prohibere, quominus cum eo suscipiatur disputatio *).

Itaque Socrates, quoniam Lysimachus et Melesias scire cupiant, qua ratione filiorum suorum animis virtus concilietur, ante omnia illud dispiciendum arbitratur, quidnam sit, in quo virtus contineatur. Quamquam eam quaestionem, quia sit amplior quam quae nunc pertractari queat, in praesenti missam facit, inque eo subsistendum censet esse, ut de parte virtutis ea, ad quam unam ars armorum tractandorum maxime pertineat, hoc est de fortitudine, anquiratur **).

Interrogat igitur Lachetem, quanam re fortitudinem contineri existimet. Respondet ille fortitudinem censeri eo, ut quis aciem, in qua ab imperatore collocatus sit, non deserat et hostium impetum bono animo sustineat nec prae metu turpiter aufugiat, ideoque positam esse vult in animi praesentia in defendendis propulsandisque hostilibus aggressionibus (militärische Bravour). Quod sane decet imperatoris, qualis fuit Laches, ingenium. Sed eam definitionem Socrates ostendit nimis angustam esse, quum etiam tergum vertentibus liceat fortiter dimicare, sicuti Scythae et Lacedaemonii faciant. Praeterea se non de bellica tantum fortitudine ait quae-

*) P. 184. E. — 189. A.
**) P 189. B. — 190. C.

sivisse, sed illud potius voluisse explicari, quaenam sit vis et natura universae fortitudinis, quae etiam in morbis, paupertate, doloribus, aegritudinibus perferendis et in cupiditatibus superandis cernatur. Itaque clarissime Socrates ostendit sese fortitudinis vim multo latius patere arbitrari, quam imperatoris ingenium perspexisset *). His vero explicatis Laches ubi tandem intellexit, quorsum spectet haec Socratis disputatio, protenus fortitudinem statuit contineri audacia et perseverantia. Verum eam definitionem Socrates acute monet contrario atque superiorem vitio laborare, utpote nimis amplam latiusque patentem. Quum enim audacia interdum etiam vitiosa sit, fortitudo autem semper laudabilis censeatur, audaciam non simpliciter, sed coniunctam cum sapientia pro fortitudine vult haberi. Ac ne hoc quidem satis accurate ita statui existimat, quoniam non omnem audaciam cum sapientia copulatam pro fortitudine habere liceat **).

Iam vero Laches ubi se ex difficultatibus istis expedire non potest, Socrates Niciam quoque sententiam suam interrogat. Hic vero ad ipsius Socratis provocans ea de re iudicium fortitudinem censet prudentia contineri, ut quae sit scientia rerum et formidolosarum et sine periculo subeundarum ***). Quem suaviter propterea ridet et perstringit Laches, qui medicos quoque, agricolas, alios, rerum periculosarum et contrariarum notitiam habere dicit, quum tamen ideo a nemine fortes habeantur. At vero, inquit Nicias, aegrotis num conducat ex morbo convaluisse, id vero medici prorsus ignorant. Ex quo quum maxime pendeat rerum metuendarum et non metuendarum cognitio, iis rerum futurarum scientiam non recte attribui manifestum est. Hic vero Laches leniter carpit Niciae superstitionem, qui solis vatibus forti-

*) P. 190. C. — 192. A. conf. Protagor. p. 351. A sqq.

**) Usque ad p. 194. A. Similis argumentatio est Charmid. p. 159. A. — 160. D.

***) P. 194. E. Docebat enim Socrates teste Xenophonte Mem. IV. 6, 10. ad fortitudinem utique requiri rerum periculosum cognitionem.

tudinem relinquere videatur. Quem ita refutat Nicias, ut vates dicat sola rerum futurarum portenta cognoscere, earum utilitates non curare *).

Haec autem etsi rursus a Lachete carpuntur, Socrates tamen videndum ait esse, ne ille veri quid in medium attulerit. Igitur Nicias iterum affirmat fortitudinem esse rerum metuendarum et non metuendarum scientiam, quam sententiam eo confirmari putat, quod brutae animantes, ratione carentes, non possint fortes iudicari, quum iis potius, utpote rerum scientia destitutis, audaciae temeritas tribuenda videatur. Quae quanquam ita dicta sunt, ut satis clare rerum scientiam ad virtutem requiri significent, tamen rursus a Lachete exploduntur. Ac Socrates quoque de hac audaciae et fortitudinis distinctione urbane iocatur, quam Niciam suspicatur accepisse a Damone suo, utpote Prodici sophistae familiari. Quamquam hanc ipsius sententiam non temere reiiciendam sed potius diligentius examinandam esse arbitratur. Quod quidem ipse dehinc hunc in modum facere instituit.

Etenim Nicias quum fortitudinem scientia contineri iudicaverit, tum ipse ex scientiae natura docere studet, consequens esse, ut fortitudo denique universae virtutis ambitum complectatur, id quod a recta ratione alienum esse censet. Utitur autem id demonstraturus hac argumentatione. Convenit antea inter nos, inquit, fortitudinem esse unam aliquam virtutem, neque vero virtutem universam, quum praeter eam etiam prudentia, iustitia, aliae virtutes, reperiantur. Quam quidem sententiam etiam nunc tenebimus, nisi forte partem virtutis cum toto genere confundere voluerimus. Porro tu, o bone, sententiam tuam rogatus fortitudinem censuisti esse scientiam rerum vel formidolosarum, quae metum incutiant, vel audendarum, quae nullum afferant metum ac bono animo suscipi queant. Quae certe omnia sunt temporis futuri, siquidem nec praeterita nec praesentia metum afferre solent. Est enim metus opinio mali impendentis. Iam vero scientiam ubi consideramus

*) P. 195. E.

accuratius, certe eius naturam hanc esse fatendum erit, ut nec una futura, nec praeterita tantum aut praesentia attingere, sed potius omnia atque cuncta complecti existimanda sit, quemadmodum ars medica, agricultura, scientia militaris, non ad unum tantum aliquod tempus sed ad omnia tempora referuntur. Est enim unaquaeque scientia semper eadem atque una, complectiturque res et futuras et praesentes et praeteritas, siquidem quid bonum quidve malum sit, non ex singulis eventis et rerum conditionibus, sed ex universa bonorum malorumque specie et forma animo impressa cognoscitur. Ex quo quid de fortitudine consequatur, facile perspicitur. Haec enim si scientia est, necessario etiam rerum praeteritarum ac praesentium scientia contineri existimanda erit, ideoque bona atque mala omnia intelligentia complectetur. Hoc autem ubi ita statuerimus, fortitudinem consequens est tam late patere, ut denique omnem omnino virtutem ambitu suo comprehendat, siquidem ei, qui omnia bona noverit, et omni modo quomodo sint et futura sint et fuerint, itemque mala omnia, nihil quidquam ad virtutem deesse potest, ut idem nec temperantia nec iustitia nec pietate carere existimandus sit. Quibus verbis Socrates manifesto eam, quae ipsius animo insidebat, scientiae speciem designat, quum Nicias nihil nisi rerum formidolosarum ac non formidolosarum notitiam usu collectam intellexerit. Iam vero hic quoniam in superioribus fortitudinem concessit unam aliquam universae virtutis esse partem, subtilissima hac Socratis argumentatione id efficitur, ut ei denique concedendum sit, fortitudinis vim naturamque nondum ab ipsis usquequaque indagatam satisve recte definitam esse *).

His vero ita disputatis Laches ubi Niciam denuo acutis quibusdam dicteriis petiit, hic autem vicissim affirmavit sese postero tempore correcturum esse, si quae minus recte iudicaverit, audita etiam Damonis sui Prodicii sententia, denique ambo disputatores consociato consilio Lysimacho et Melesiae hoc suadendum esse arbitrantur, ut unum maxime Socratem

*) P. 196. A. — 199. E.

de filiorum suorum institutione consulant, quippe qui virtutis magister unus omnium optimus esse iudicandus sit. Quod ubi audivit callidissimus scientiae suae dissimulator, fatetur quidem humanitatis se officium ducere aliis pro viribus prodesse, sed tamen hoc ita facit, ut semet ipsum affirmet in eandem, in quam ceteri omnes inciderint, inscientiam incurrisse. Quocirca illud potius agendum esse censet, ut omnes sibi communiter praeceptorem virtutis quam optimum quaerant, qui idem consulat adolescentibus. Nam si quis ipsos risurus sit, quod aetate provectiores ad magistros velint itare discendi caussa, Homeri auctoritatem interponendam esse, qui pudorem iudicaverit ei esse importunum, qui laboret indigentia. Quibus auditis Lysimachus sibi quidem fatetur hoc consilium probari eximie; itaque Socratem rogat, ut crastino die ad ipsum domum suam veniat, quo de re gravissima inter se deliberent. Quod ille officiosa voluntate ita se facturum esse pollicetur *).

Haec igitur est summa eorum, quae in Lachete ordine deinceps tractantur. Quibus expositis quaerendum videtur, quidnam tandem illud sit, quod universo operi denique tamquam ultimum atque summum propositum esse putari liceat, ad quod omnia atque singula tamquam commune quiddam referuntur. De qua re etsi ne nuper quidem a viris egregiis, qui libri argumentum perquisiverunt accuratius, unó eodemque modo iudicatum est, quandoquidem C. Fr. Hermannus, Car. Steinhartus, Fr. Susemihl. Aug. Arnoldus, alii, quum de singulis sermonis partibus mire saepe consentiant, tum de summa re neutiquam idem statuerunt **); tamen omnino certe

*) P. 199. E. — 201. C.

**) Nam C. Fr. Hermannus Hist. Phil. Platon. p. 451., qui ceterum de libro disputavit prorsus egregie, probari maxime censuit, veram germanamque fortitudinem a scientia non posse disiunctam ac separatam esse (in dem Satze, dass echte Tapferkeit vom Wissen unzertrennlich sei, werden wir den eigentlichen Mittelpunkt des Gesprächs erkennen können etc.“): quae olim nostra quoque fuit sententia, quum statuimus talis fortitudinis perfectum tamquam exemplum Socratem in eo esse

quid existimandum sit, omnis disputationis ordine atque nexu accuratius considerato ad definiendum non adeo videtur difficile, praesertim si animadverterimus, philosophum in condendo hoc opere eodem usum esse artificio, quo in aliis quoque opusculis similibus usus est, ut coarguendis aliorum opinionibus vel etiam disserendi artibus explodendis una eademque opera et rectiorem disserendi rationem ostenderit et veritatis inveniendae recteque aestimandae viam tamquam obiter monstraverit. Etenim nos quidem si quid iudicare possumus, philosophus in Lachete scribendo illud imprimis secutus est, ut unius maxime exemplo fortitudinis, hoc est eius virtutis, quae vulgo habeatur valde illustris maximeque hominum animos in se advertat*), luculente demonstretur, iudicia eorum omnium, qui sicuti omnis virtutis ita etiam fortitu-

---

propositum. Car. autem Steinhartus Interpr. Germ. Opp. Platon. I. p. 342. omnem disputationem ad declarandam fortitudinis vim naturamque pertinere arbitratur: in quo egregio viro ita assentimur, ut huius virtutis elementa eo modo ostendi existimemus, ut simul etiam cognitioni e rebus earumque usu haustae suum statuatur pretium. Porro Fr. Susemihl. Genet. Entwickel. d. Plat. Philos. I. p. 39. ita scripsit: „Der Zweck des Laches ist, die Tapferkeit als die scheinbar am meisten von allen andern heterogene Tugend doch als **identisch** mit der **einen** Tugend zu begründen u. dadurch die Einheit u. Untheilbarkeit der Tugend als Wissen des höchsten Guten vorzubereiten; eben damit aber auch die sokratische Lehrweise als das einzige Mittel wahrhafter sittlicher Bildung zur Anschauung zu bringen." Denique Aug. Arnoldus: Platons Werke einzeln erklärt u. in ihrem Zusammenhange dargestellt Part. I. p. 185 sqq. dialogum mere dialecticum esse statuit, quippe quo demonstratur vulgo hominibus deesse veram germanamque eruditionis iuvandae artem atque facultatem utpote scientia et cognitione destitutis, id quod ipse his verbis (p. 187.) declaravit: „der eigentliche Mittelpunkt (des Gesprächs) ist, die Unfähigkeit der Menschen in der **Erziehungskunst** zu offenbaren u. durch den Nachweis derselben sie zu der Ueberzeugung zu bringen, dass sie erst selbst noch einsichtiger, kenntnissreicher in diesem besondern Zweige werden müssen, wenn sie auch sonst ausgezeichnete Männer in anderer Beziehung sind."

*) V. Protagor. p. 349. D sqq.

dinis vim a scientia, hoc est a ratione et philosophiae persuasione (ἐπιστήμη) seiungant et in unis rebus externis, in quibus ea sese tamquam signis quibusdam sui atque argumentis spectandam praebeat, positam esse arbitrentur, mirifice fluctuare utpote ex lutulento opinionis (δόξης) *) fonte hausta, ut qui iis omnia tribuant, ii ne tum quidem de virtutis natura eiusque institutione ac disciplina certius statuere possint, si vel experientia et rerum usu edocti vel etiam nativo quodam sensu ducti veri aliquid attigerint, praesertim arguta illa atque captiosa disserendi ratione, quae plerumque usurpari consueverit, adhibita; eademque opportunitate non tam doceatur quam faceta sophisticae disserendi rationis imitatione callide ostendatur ac significetur, unam doctrinam Socraticam certissimam esse illius vel comparandae vel cognoscendae atque iudicandae magistram, quippe quae quum omnis virtutis tum imprimis etiam fortitudinis causas et rationes ad scientiam, non quidem ab officiorum exercitatione seiunctam illam ac separatam sed cum ipsa vitae actione indissolubili vinculo coniunctam, referre soleat ideoque etiam rationibus eius diligenter explorandis ipsius vel docendae vel discendae facultatem praebeat. Quae tamen omnia sollertissima opera ita declarantur, ut legentibus simul fortitudinis quaedam imago ad rationem Socraticam adumbrata ipsiusque Socratis exemplo confirmata et illustrata tamquam non opinantibus ob oculos ponatur, quandoquidem ex iis, quae de scientiae cum virtute necessitudine deque signis fortitudinis externis a confinium rerum notionibus prudenter segregandis admonentur, non quidem perspicue intelligere, at certe obscure divinare ac suspicari licet, qualem tandem philosophus fortitudinem animo informandam esse iudicaverit. Enimvero haec quidem omnia quibusnam caussis ac rationibus nitantur, ubi Socratis et Platonis de virtute doctrinam paullisper animo perpenderimus, certe non poterit cuiquam esse magnopere dubium aut obscurum videri. Etenim Plato quum Socrate magistro ita fa-

*) V. Menon. p. 87 — 89.

ciendum statuisset, ut aliquando virtutis et honestatis caussa a pravis eorum studiis vindicaretur, qui eam sua mentis animique perversitate in maximum discrimem coniecissent, pro ingenii sui acumine facile perspexit, tria potissimum agenda esse, quo propositum suum assequeretur. Primum enim castigandum errorem esse vidit latissime divulgatum et a sophistis sedulo propagatum, quo ita fieri solebat, ut virtutis iudicium non e ratione, sed potius e sensibus atque vitae externae usu repeteretur adeoque variae de ea opiniones ex isto fonte haustae cum notionibus ex aeternis animi humani legibus oriundis male confunderentur. Quod quidem ea peregit ratione, ut quanta esset iudiciorum istorum levitas et inconstantia, ita demonstraret, ut Socratem induceret argute ea refutantem atque convellentem, eoque modo quam ea incerta ac fallacia essent, omnibus palam declararet. Praeterea vero etiam sibi persuasit ad vindicandam ac defendendam virtutis caussam opus esse hoc, ut dum error ille exagitaretur, simul etiam pictura quaedam et imago captiosae istius et argutae dialecticae exhiberetur, cuius laqueis vulgo sophistae quum semet ipsos tum alios quoque irretirent, eique vel opponeretur vel adiungeretur ratio disserendi Socratica, quae quum veri rectique notiones in animis involutas eliceret atque explicaret, tum homines ad veri quaerendi studium mirifice excitaret. In quo callidissime ita versatus est, ut captiosam illam disputandi consuetudinem festiva imitatione expresserit eoque modo eos, qui illa uterentur, suis tamquam ipsorum armis oppugnaverit, assumtis in auxilium Socraticae rationis praesidiis et adiumentis. Denique vero etiam verum virtutis principium et fundamentum ostendere conatus est positum esse in scientia et interiore animi persuasione, quae eam haberet vim, ut quod quis verum, bonum et honestum esse sibi persuasisset, id etiam in agendo sequeretur, quandoquidem virtutem iudicavit in vitae et actionis cum ratione atque intellectu consensione esse contentam. Quam quidem sententiam fere ad ludificandos eos, qui in vanis opinionibus haererent virtutemque ex unis vitae externae rationibus iudicarent, adhibuit, quandoquidem mente sua callide celata aut obscurius tantum significata virtutem, quatenus scientia contineretur,

doceri posse statuit; mero autem usu si absolvi putaretur, doceri non posse iudicavit. Quod quoniam ii, quos cum Socrate fecit colloquentes, non assequuti sunt utpote iudicium virtutis e rebus externis earumque usu repetentes, magniloquos sophistas, qui sese unos virtutis magistros iactabant, eorumque assectatores urbanissime turpis ignorantiae convicit, dum interim verae virtutis disciplinae ratio quaenam esset verae sapientiae amantibus sollertissime indicavit, dummodo ipsi res in disceptationem vocatas atque ipsam disserendi viam et rationem suis momentis ponderarent et ad rationis normam subtilius exigerent.

Haec igitur sunt fere illa, quae philosophus quum in aliis libris, qui sunt de virtute eiusque disciplina, tum imprimis etiam in Lachete sequutus est. In quo libro clarissimorum imperatorum exemplo proposito ostendit fortitudinis rationem ac disciplinam non posse ab iis intelligi aut recte aestimari, qui in ea iudicanda omnia ad sensum vel usum referant, maximeque ridiculos esse eos, qui Lysimachi et Melesiae exemplo eius comparandae praesidium in unis corporis exercitationibus positum esse arbitrentur, siquidem is demum pro viro forti habendus sit, in quo sicuti in Socrate summa factorum cum interiore animi persuasione atque scientia consensio cernatur. Quae quidem omnia licet ita sint exposita, ut nihil certi proponatur, siquidem de iis disputatur sic, ut postremo omnia atque singula dubia et incerta maneant; tamen magnopere cavendum est, ne Platonem nihil plane de fortitudine universaque virtute docuisse ac vanitatem tantum vulgarium opinionum arguere voluisse existimemus. Imo versatus est philosophus in hoc argumento tractando prorsus eadem ratione, qua ipsum etiam in Lyside, in Hippia, in Charmide, in Protagora, aliis scriptis, usum esse exploratum habetur. Dum enim Lachetis et Niciae de fortitudine opiniones ut minus stabiles atque certae refelluntur atque vis scientiae, quam philosophus virtuti censuit oportere subiectam esse, tamquam e longinquo ac per nebulas ostentatur, eadem opera etiam indiciis quibusdam iisque satis evidentibus proditur, quid revera ad fortitudinem requiratur. Nam in priore quidem sermonis parte, quoniam quaestio de virtutis comparandae ratione instituta est,

ante omnia hoplomachiae exemplo edocemur, externa fortitudinis adminicula, quantumvis ut recentia et novitia placeant, tamen per se spectata pretii esse admodum dubii et ambigui, ut ne bellicarum quidem rerum periti idem de illis statuant. Deinde etiam illud graviter admonemur, quod tamen exeunte dialogo arguta argumentatione rursus videtur in dubium vocari, fortitudinem utique esse a ceteris virtutibus diversam neque cum universo virtutis genere confundendam. De qua re etiam in Protagora p. 329. A sqq. 348. C sqq. in utramque partem disceptatur, ut philosophus ibi quaestionem in Lachete inchoatam et leviter tantum tactam ulterius profligare atque accuratius perpendere voluisse iudicandus sit *). Porro ibidem etiam eo perducimur, ut speciem fortitudinis atque formam, qua sese in ipsius vitae actione tamquam spectandam exhibeat, nullo fere negotio suspicari liceat vel in animi quadam praesentia ac perseverantia vel in mera consiliorum prudentia positam esse, quae non modo in rebus periculosis emergat, verum etiam locum habeat, sicubi cum animi affectibus et cupiditatibus conflictandum sit. Quo quidem loco sollertissime per dialecticae disceptationis opportunitatem non solum clarius edocemur, quantum fortis ab audaci ac temerario itemque prudens a timido et ignavo differat, verum etiam fortitudinis ambitum aliquanto latius patere, quam vulgo homines opinentur, breviter quidem sed ea gravitate admonemur, ut nulla contra hanc sententiam controversia moveatur. Nimirum conveniunt sane haec omnia egregie cum iis, quae Socrates apud Xenophontem pariter atque apud ipsum Platonem in Protagora de fortitudinis natura disputat. Nam apud Xenophontem quidem Mem. IV. 6, 10. vir sapientissimus eum demum virum fortem habendum esse censet, qui gravia et periculosa, quum ea probe cognita ac perspecta habeat, tamen non reformidet, illud unum constanter sequens, quod utilitati atque felicitati maxime consentaneum videatur. Apud Pla-

*) Fallitur enim Munkius in libro: Die natürliche Ordnung der Platon. Schrift. p. 81 sqq. qui Protagoram contendit ante Lachetem et Charmidem scriptum esse.

tonem autem in Protagora p. 359. B sqq. copiosissime ostendit fortitudinem contineri rerum metuendarum et non metuendarum scientia cum recto usu coniuncta, adeoque etiam docet p. 354. E sqq. virtutem eam non tantum ad res graves et periculosas, verum etiam ad animi voluptates ac perturbationes pertinere. Quo minus profecto dubitari poterit, quin Plato in Lachete, quid ad fortitudinem efficiendam valere videretur, callidissime tamquam levibus quibusdam indiciis per dialogi opportunitatem prodiderit, dum vulgarium opinionum levitatem arguit. Iam vero haec omnia quum ad fortitudinis vim naturamque aperiendam valeant plurimum, tum eodem referenda sunt maxime etiam illa, quae exeunte sermone de scientia ad virtutis laudem necessaria disputantur. Significatur enim ibi admodum clare ac dilucide, sicuti virtutes reliquas omnes, ita etiam fortitudinem scientia consummari. Quae sententia etsi argute atque captiose traducitur ad refutandum Niciam adeoque eo pertrahitur, ut inde fortitudinem nihil a reliquis virtutibus differre efficiatur, tamen quo modo accipienda et interpretanda sit, qui universae disputationis artificium probe perspexerint, certe minime dubitabunt. Scite enim atque eleganter isto modo significatur, fortitudinem cum universa virtute illud habere commune, quod omnino scientia tamquam fundamento primario nitatur eaque una maxime contineatur. Hoc ipsum vero etiam in Protagora meminimus ita indicari, ut ibi ea de re in utramque partem disputetur ideoque totus hic locus dialectice pervestigetur accuratius. In quo perquam memorabile illud est, quod in hoc dialogo unius maxime fortitudinis exemplo declaratur, virtutem omnem denique scientia contentam esse, ut prope suspicari liceat philosophum rursus ibi id egisse, ut quae in Lachete de hac re brevius et obscurius indicavisset, aliquando clariore luce perfunderentur. De qua re v. Protagor. Cap. XXXIV. p. 350. B sqq. — 360. D. Verum hoc quidem utut est, illud certe inde cognoscitur clarissime, interiorem quandam inter Protagoram et Lachetem intercedere necessitudinem et coniunctionem. Quod vero in exitu libri callide reticetur, quatenus etiam fortitudo scientia dicenda sit, id licet ad perturbandum Niciam sit comparatum, tamen legentes

certe, dummodo perspectum habeant, qua arte Plato in talibus tractandis utatur, nulla ex parte morari aut offendere poterit. Perspicuum enim est, scientiam illam, quam Socrates dicit, quamque ipse a rerum peritia diversam esse vult, non ad alia spectare, quam quae supra Laches et Nicias, quamquam nec definite nec plene satis commemorarunt, quippe quum fortitudinis vis in iis utique eluceat. Quod si ita est, sicuti est profecto, sponte consequitur, fortitudinem natura sua etiam ita comparatam iudicari, ut cognitionem pariter atque actionem in se complectatur neque alteram ab altera divulsam esse sinat. Haec igitur omnia ubi diligentius nobiscum apud animum perpenderimus, facile profecto nobis persuadebimus, verum esse quod antea iudicavimus, Platonem in hoc sermone non tantum reprehendisse et castigasse eos, qui virtutis iudicium ex uno vitae usu repeterent ideoque plane in rationibus eius iudicandis opinionis (δόξης) inconstantiae et levitati indulgerent, verum etiam reprehendendo et castigando id effecisse, ut quid ipse ad veram fortitudinis laudem requireret, tamquam signis quibusdam et indiciis prodidisse existimandus sit.

Exquisivimus igitur hactenus, quid philosopho in condendo hoc opere maxime ob oculos sit versatum. Sed quo clarius etiam perspiciatur, quid rei sit, iuvabit etiam partes colloquentium propius paullo intueri, quibus accuratius consideratis certe futurum esse speramus, ut quam de libri consilio proposuimus sententiam, ea etiam certius confirmata habeatur.

Considerantes igitur eorum, qui loquentes inducuntur, ingenia, studia et iudicia paullo diligentius, ubi discesserimus a Lysimacho et Melesia, qui quoniam omnino ab eruditione manserunt alieniores, de virtutis comparandae ratione plane consilii inopes haerent ideoque etiam in specioso isto vani hoplomachi artificio fortitudinis adiumentum ac praesidium positum esse opinantur, nullo prope negotio animadvertemus duplices omnino illorum esse partes easque plane contrarias, alteras Niciae et Lachetis, alteras Socratis. Nam Laches quidem et Nicias de fortitudine ita disputant, ut omnia fere referant ad vitae actionem rerumque usum ideoque mera ducantur opinione, qualem Plato quum alibi tum imprimis etiam in Menone adumbravit.

Quo ipso ita fit, ut neque de hoplomachia ut virtutis consequendae praesidio et adiumento idem statuant, quamquam de eius utilitate cautius ac prudentius Nicias iudicat, neque de fortitudinis vi et natura satis circumspecte sententiam ferant, quandoquidem neque Laches eam recte definit, qui eam modo nimis angustis modo iusto latioribus finibus vult inclusam esse eiusque notionem a notionibus finitimis parum accurate secernit, neque Nicias, quamvis Prodicia sapientia nonnihil imbutus (p. 194 D. 197. D.) ac Socratis de virtute sententiae non plane ignarus (p. 194. C sq.) sit, usquequaque assequitur, quatenus fortitudo scientia contineri existimanda sit utpote cogitans de rerum suscipiendarum vel agendarum peritia cum prudenti cautione coniuncta. Praeterea vero etiam in alia parte ambo mirifice vacillant iudicio suo. Nam quum in eo consentiant, ut fortitudinis rationes ex una maxime actione externarumque rerum iudicio aestimandas esse arbitrentur, tamen item multum inter se dissentiunt eo, quod alter omnem fortitudinis laudem in animi quodam robore et imperterrita perseverantia inter agendum emergente positam esse statuit, scientiam ab ea removet; alter vero eandem maxime in prudentia et rerum gravium ac periculosarum peritia contentam esse vult eaque ratione agendi constantiae et strenuitati parum dignationis impertitur. Quocirca ambo in eum incurrunt errorem, ut vel in vita communi scientiae et actionis tamquam discidium quoddam locum habere opinentur, quandoquidem ne ea quidem, quae Laches p. 188. C sqq. praeclare sane de dictorum et factorum consensione dicit, ad scientiae et actionis coniunctionem referenda sunt. In quo ipso tamen adeo rursus inter se iudicio suo discrepant, ut plane contrarias sequantur opiniones. Ex his omnibus autem facile, opinor, existimari poterit, quaenam iis partes impositae sint. Quum enim homines clarissimi notitiam fortitudinis non aliam teneant quam quae ex ipsius vitae usu collecta sit, tum etiam omne illius iudicium indidem repetunt ideoque a scientia philosophiae alieniores una acquiescunt opinione, ut ne tum quidem, si veri quid assequuti sunt, quatenus illud probandum sit, plane pervideant adeoque acutis conclusiunculis, quibus eos Socrates faceta sophisticae

disserendi rationis imitatione utens subinde deludit, facillime perturbentur. Nimirum habet hoc secundum Platonis sententiam opinio (δόξα), ut etiamsi recta sit (ὀρθὴ δόξα), tamen decretorum suorum idoneam rationem reddere nullo modo possit.

Verum satis haec de partibus Niciae et Lacheti demandatis; pergimus ad Socratem. Qui quidem si quis sciscitetur, qualem personam in hoc dialogo gerat, in promtu sane responsio est. Sustinet enim ille partes superioribus plane contrarias, quandoquidem is inducitur, qui in iudicanda fortitudine omnique virtute scientiae e rationis fonte profectae neque tamen ab ipsius vitae actione et officii expletione seiunctae ac divulsae rationes sequatur constantissime. Nimirum scientia, quam animo tenet informatam, neutiquam prudens tantum est singularum rerum diiudicatio neque ad una tantum aut praesentia aut praeterita aut futura pertinet, sed est potius generalis quaedam veri, boni atque recti conscientia rationi consentanea, quae omni tempore et loco praesens adest et quavis rerum conditione, quid faciendum sit, planissime edocet, ut nec ullo modo dubitari sinat, quid viro forti dignum sit. Itaque ille primum quidem, ubi de hoplomachiae ad virtutem utilitate agitur, ipsius virtutis naturam intuendam esse arbitratur et quoniam de arte gymnica mentio sit iniecta, imprimis fortitudinis naturam exquirendam censet. Deinde vero postquam ventum est ad disputationem de notione fortitudinis recte informanda, ipse unus acute pervidet, quibus vitiis illius virtutis finitiones a summis imperatoribus propositae laborent, et non modo res finitimas et cognatas subtiliter discernit ac distinguit, verum primus fortitudinem ex angustiis istis, quibus initio tamquam mera virtus militaris ab Lachete est inclusa, in liberiorem amplioremque educit campum, siquidem eam ostendit multo patere latius imprimisque etiam ad animi affectus et cupiditates domandos atque devincendos referendam esse. Porro ille etiam is adumbratur ac depingitur, in quo, clarissimorum imperatorum testimonio, etiam fortitudinis exercitatio plane admirabilis fuerit conspicua (p. 181. C. D. 188. D. 189. B. C.), ut hac quoque ex parte spectatus longe alius videatur quam duces isti, quibuscum colloquitur. Nam quum illi ne communis

quidem vitae scientiam cum notione consocient arctius firmiusque coniungant, tum hic adeo eam scientiam, quae est e ratione ducta ac philosophiae propria, cum fortiter agendi vi et facultate in se coniunctam habet, quippe quum rationis vis apud ipsum sese etiam in vitae actione foras prodiderit et in luce clarissima omnibus conspiciendam spectandamque exhibuerit. Ad haec omnia vero accedit etiam hoc, quod unus est verus germanusque virtutis magister. Quam quidem laudem etiam Laches atque Nicias ipsi ultro impertiunt. Quippe isti quidem licet non tam intelligere quam potius sentire videantur, cur hac laude ornandus sit, tamen eos iudicare verissime maxime ex eo perspicuum fit, quod extremo sermone non quidem docetur, sed tamen indicatur, eum virtutis consummationem in una maxime scientia positam putare, quae opinionum fluctuatione longe superior sit et in omni vitae conditione perpetuo sibi constet. Enimvero sponte profecto intelligitur, eum demum existere posse certum virtutis monstratorem, qui vim eius non extrinsecus repetat sed potius in mentis scientia atque ratione positam esse arbitretur.

Sed nolumus etiam plura de his rebus exponere. Speramus enim vel ex iis, quae scripsimus, satis fore perspicuum, etiam personas colloquentium eas esse, quae sententiam de libri universi consilio antea propositam planissime confirment. Neque vero iam opus erit, ut artem et compositionem operis aliis quoque nominibus consideremus, quam iam satis apertam esse existimamus. Illud unum igitur addidisse iuvabit, probata nostra de summa operis sententia continuo etiam clarissime apparere, quaenam sit singularum eius partium iunctura atque cohaerentia, ut nec disputatio de hoplomachia instituta loco prooemii habenda videatur.

Sed his expositis iam adhuc licebit de libri fide et auctoritate deque loco, quem ille in numero scriptorum Platonicorum obtineat, paucis disputare: quod utrumque argumentum ut breviter saltem attingamus, varia iudicia virorum doctorum faciunt, quae nuper de his rebus publice sunt proposita.

Et auctoritatem quidem operis nostra aetate unus maxime Frid. Astius De. Vit. et Scriptis

Platonis p. 454 sqq. labefactare studuit, cuius sententiam non defuerunt qui et ipsi cupidius amplecterentur. A quibus sicuti olim professi sumus nos plane dissentire, ita nunc quoque, re controversa denuo perpensa, iudicium nostrum prorsus seiungimus. Etenim videtur vir ille egregius, qui Lachetem a posterioris aetatis scriptore aliquo ad imitationem Protagorae compositum esse contendit, primum eo falsus esse, quod totius scriptionis neque sententiam neque artem et compositionem satis perspectam habuit. Inde enim factum est, ut multa pro putidis, fatuis, inficetis, ineptis denique haberet, quae scriptoris mente atque arte bene perspecta nemo non elegantissima esse fateatur. Deinde quod idem ille Lachetem statuit ad imitationem Protagorae esse compositum, hac quoque in parte sine dubio multum a recto aberravit. Nam in singulis quidem verbis ac sententiis nihil quidquam deprehendas, quod manifesto ex Protagora repetitum sit, ut ne Astius quidem quidquam id genus afferre potuerit, nisi forte huc revocaveris, quae memoravit p. 436. *μὴ ἄλλως ποίει, καὶ ἄλλως καὶ δὴ καὶ, τὰ σα* i. e. *σύ, τὸ ἐμόν*, i. e. *ἐγώ*, quae certe non imitationi, sed communi loquendi consuetudini deberi manifestum extat. Universae autem disputationis argumentum si spectamus, etsi illud tale est, ut utriusque libri arctissimam esse necessitudinem sponte appareat, tamen minime inde colligi licet Lachetem ex Protagora esse consarcinatum. Neque enim eadem est utrobique eius tractatio neque idem finis idemque consilium: quin etiam re diligentius considerata vere contendere licebit, in Lachete tamquam elementa et principia extare eorum, quae in Protagora copiosius explicata sunt; cuius generis nonnulla iam in superioribus indicavimus. Denique sine dubio etiam in eo erratum est, quod argumento et consilio operis non satis recte aestimato etiam dubitationes et controversiae motae sunt de elegantia et castitate dictionis. Eam enim, dummodo omnia momentis suis fuerint rite ponderata, rebus ipsis longe convenientissimam neque ab Atticorum venustate usquam alienam iudicari oportere, tanto minus negari poterit, quod vel ea, quae singularia videntur, omnes habent probitatis numeros neque a scriptore posterioris aetatis licentius confingi potuerunt. Sed

nolumus iam de his etiam copiosius disputare, quod eo minus videtur necessarium esse, quod libri vindicias et gravissimas et iustissimas egit etiam Car. Fr. Hermannus Histor. Philos. Plat. p. 449 sqq. quem certe non inutiliter consulent, qui his de rebus etiam plenius edoceri concupiverint.

Sed his missis quaerendum etiam venit, quemnam locum Laches inter reliqua scripta Platonica obtinere existimandus sit. Quae quidem quaestio difficilis sane atque anceps est. Quocirca nos tantum ponere consultum duximus, quantum in caussa tam ancipiti posuisse non poenituerit. Videmur autem non a recto aberrare, si primum quidem statuerimus Lachetem scriptum esse a Platone admodum iuvene, quo tempore adhuc Socraticae disciplinae fuerit propinquior. Quod quo iure ita statuamus, explicare non adeo est difficile. Est enim virtutis doctrina in hoc libro explicata Socraticae, e Xenophonte maxime cognitae, longe simillima. Est item disserendi ratio, quamvis ea ad ridendam sophisticam dialecticam comparata sit, tamen ea, quae simplicitatem atque ironiam Socraticam plane referat. Praeterea nullum dum in eo reperitur vestigium sublimioris illius sapientiae qualem in Platone posteriore tempore inde a primo itinere elapso admirari solemus. Scientia enim, quae pro virtutis fundamento probatur, est quidem generalis quaedam, e communi intellectus fonte hausta, sed neutiquam repetita illa ex vitae divinioris et una cum diis olim actae memoria. Idearum quippe in hoc libro ne levissimum quidem usquam extat vestigium. Virtus porro atque ipsa fortitudo non iam ad varias animi facultates revocatur, quas philosophus in Phaedro, in Republica, in aliis scriptis ita discernit, ut singulis singulas virtutes attribuat, quemadmodum etiam factum est fortitudine De Republ. III. p. 386 sqq. IV. p. 427. C. — 430. C. Haec igitur omnia satis clare videntur indicare, libri originis utique in philosophi adolescentiam incidere, licet eum nuper Munkius, qui pleraque scripta Platonis omnia, l. c. p. 96 sqq. post a. 388. a. Chr. n. litteris consignata esse putat, a. 388. scriptum censuerit. Atque hoc quidem ubi pro vero probaverimus, certe etiam de alia re facilius erit iudicium. Statuit enim Schleiermacherus non dis-

sentiente Munkio *) Lachetem Protagorae comitis ac socii instar adiunctum fuisse a Platone, propterea quod quae in Protagora parte extrema p. 348. D sqq. disserantur brevius et contractius, ea disputatione in Lachete agitata copiosius illustrata sint. De qua re nobis quidem secus videtur. Nam primum quidem Protagorae dialogi aliquanto maior videtur artis perfectio, ut vel propterea verisimile sit, Lachetem, qui in simili ac prope eodem argumento tractando versatur, ante Protagoram litteris exaratum esse. Deinde quae in Lachete de scientia ad virtutem necessaria itemque de virtutum unitate disseruntur, rem leviter tantum attingunt, ut omnia plane in medio relinquantur; in Protagora autem iidem loci excutiuntur aliquanto copiosius ac diligentius, quod quidem p. 348. D — 350. D. adeo ea ratione fieri meminimus, ut imprimis etiam fortitudinis ratio habeatur, cuius ibi natura in clariore luce collocatur. Ex quo consequens est, ut in Protagora, sicuti iam supra significavimus, Lacheti etiam plenior lux affundatur, ideoque posterior dialogus superiore serius scriptus esse putari debeat. Ex quibus omnibus efficitur, ut Laches et adolescentiae Platonis tribuendus et ante Protagoram scriptus putandus sit. Atque haec ratio non mediocriter etiam eo confirmatur, quod ubi artificium, quo in Lachete materia ad illustrandum delecta pertractata est, consideramus, tanta illius similitudo animadvertitur cum disserendi via in Lyside, Hippia maiore, Charmide, ut nihil fingi cogitarique possit convenientius. Ex quo sanequam verisimile fit, dialogum illum fuisse inter primitias Musae Platonicae, quandoquidem antiqua fama est, Lysidem primum fuisse sermonem a Platone in vulgus emissum. In quo tamen tenendum est, arctissima eum contineri cum iis dialogis argumenti cognatione, qui in virtutis rationibns exquirendis versantur, Hippia minore, Charmide, Menone, Euthyphrone et Protagora. Quos si cum ipso contendimus, nescio quo modo animum subit cogitatio, contineri in ipso tamquam initia quaestionum deinceps de virtutis natura ac disciplina more Socratico institutarum, quae quodammodo etiam

---

*) Opp. Plat. Vol. I. P. I. p. 321 sqq.

in aliis quibusdam dialogis magis dialectice scriptis continuatae sunt. Itaque illud quidem videmur non temere coniicere, Lachetem aliquanto ante Socratis accusationem scriptum esse, quandoquidem Meno et Euthyphro dubitari non potest quin lite iudicii Socrati iamiam imminente litteris exarati sint. Verum satis de hac re; nam ordinem temporum, quo isti dialogi sese exceperint, etiam accuratius definire velle propemodum audax ac temerarium existimamus; quamquam fuerunt sane qui sibi viderentur in his omnia atque minima posse cernere et tamquam gramina crescentia audire.

Ceterum habitum fingitur colloquium inter Olymp. 89. 1. = 424. a. Chr. et Olymp. 90. 3. = 418. a. Chr. Nam Olymp. 89. 1. pugna ad Delium est commissa, cuius mentio p. 181. B. iniicitur; Olymp. 90. 3. autem Laches in proelio ad Mantineam, de quo v. Thucyd. V. 61 75. occubuit, sicuti testimonio Androtionis apud Schol. ad Aristoph. Avv. V. 13. constat, ubi Athenienses narrantur utrumque praetorem amisisse. Fuerunt autem praetores Laches et Nicostratus, ut ex Thucyd. V. 61. et 74. intelligitur. v. Clinton. Fast. Hellen. ad Olymp. 93. 3.

CODICES MANUSCRIPTI
ad LACHETEM EXCUSSI.

Clarkian. s. Bodlei. Gaisfordi. — Coisl. *Γ*. Vat. *Θ*. Veneti *ΞΣ*. Parisini BCEFG. Angel. w. Barberin. *η*. Palatin. e. Urbin. t. Vat. r. Florentini a. b. c. o. Vindob. 54.

EDITIONES.

Illustravit librum docto commentario primus magnus ille Fridr. Iacobsius, qui eum inseruit operi scholasticae institutioni destinato, quod Socratis nomine inscriptum et repetitis vicibus editum

est, cui grati fatemur nos non pauca accepta referre. Hunc sequutus est proxime Engelhardtus, qui eum et ipse in usum scholarum una cum Menexeno, Euthyphrone et Apologia Socratis doctis instruxit commentariis. Praeterea ei lucem affuderunt etiam docti viri, qui eum nuper in Germanicum sermonem transtulerunt, Schleiermacherus, Hier. Müllerus, alii, itemque illi, qui dedita opera de eius argumento et consilio disputaverunt, Socherus, Astius, C. Fr. Hermannus, C. Steinhartus, Fr. Susemihlius. Quorum omnium, si qua usi sumus ipsorum copiis, suo loco mentionem fecimus. Ceterum adhibuimus etiam in hac parte operis recentiores operum Platonicorum editiones, quas C. Fr. Hermannus et R. B. Hirschigius curaverunt; de quibus in Praefat. ad Phaedrum p. CXXVIII. exposuimus.

ΛΑΧΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ, ΜΕΛΗΣΙΑΣ, ΝΙΚΙΑΣ, ΛΑΧΗΣ, ΠΑΙΔΕΣ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ ΚΑΙ ΜΕΛΗΣΙΟΥ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Cap. I. *Τεθέασθε μὲν τὸν ἄνδρα μαχόμενον* 178
ἐν ὅπλοις, ὦ Νικία τε καὶ Λάχης· οὗ δ᾽ ἕνεκα ὑμᾶς

Cap. I. P. 178. *Τεθέασθε μὲν τὸν ἄνδρα—*] Lysimachus, magni Aristidis filius, et Melesias, filius Thucydidis illius, qui fuit aliquamdiu inter potentissimos Periclis adversarios, posteaquam una cum Nicia et Lachete, clarissimis imperatoribus, *ὁπλομάχον* quendam Stesilaum, artem suam ostentantem spectaverunt, cum his communi consilio deliberare instituunt, num filios suos hac arte erudiendos curare debeant. In huius autem deliberationis societatem deinde Socratem advocant, cuius familiaritate usos esse adolescentulos diserte testatur auctor Theagis p. 130. Etenim Lysimachus et Melesias, quo illustrioribus usi erant parentibus, eo vehementius dolere debebant conditionem suam, qua ignobiles fere et obscuri in civitate vivebant. Lysimachus enim quum a paterna virtute descivisset, maluit vitae privatae otio frui et cum mediocris fortunae hominibus, veluti cum Sophronisco Socratis patre (Lach. p. 180. E.) conversari, quam rebus praeclare gerendis laudem et honorem quaerere. v. Lach. p. 180. C. 189. C. Menon. p. 94. A. Melesias autem, etsi luctando plurimum valuit, tamen rerum omnium, quae hominem ingenuum decerent, propemodum ignarus fuit. Itaque ambo, quum tristem agerent aetatem atque vitae ingloriae poenitentia tangerentur, faciendum putarunt, ut filios suos quam diligentissime educarent. Sed hanc eorum diligentiam prospero caruisse successu colligere licet e Theag. p. 130. et Theaet. p. 150. E. Athenaeus XI. 114. Platonem accusat malignae calumniae, qui ambos illos finxerit plane caruisse vitae publicae ac privatae laudibus. Cui adversatus est C. Fr. Hermann. Hist. Phil. Plat. I. p. 617. ann. 318. Caussas, cur insignium virorum filii parentibus virtute plurimum saepe cedant, Protagoras in cognomine dialog. p. 326. E. copiose persequitur. De Nicia et Lachete, quorum illum constat fuisse lentum cunctatorem, hunc calidiorem et strenuiorem imperatorem, non est cur exponamus. De illo v. Thucyd. V. 16., de Lachete autem III. 90.

μαχόμενον ἐν ὅπλοις] Quid sit *ἐν ὅπλοις μάχεσθαι* sive *ὁπλομαχία*, viri docti valde inter se dissentiunt. Partem veri

ἐκελεύσαμεν συνθεάσασθαι ἐγώ τε καὶ Μελησίας ὅδε, τότε μὲν οὐκ εἴπομεν, νῦν δ' ἐροῦμεν. ἡγούμεθα γὰρ χρῆναι πρός γε ὑμᾶς παῤῥησιάζεσθαι. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ τῶν τοιούτων καταγελῶσι, καὶ ἐάν τις αὐτοῖς συμβουλεύσηται, οὐκ ἂν εἴποιεν ἃ νοοῦσιν,
B ἀλλὰ στοχαζόμενοι τοῦ συμβουλευομένου ἄλλα λέγουσι παρὰ τὴν ἑαυτῶν δόξαν· ὑμᾶς δὲ ἡμεῖς ἡγησάμενοι καὶ ἱκανοὺς γνῶναι, καὶ γνόντας ἁπλῶς ἂν

Cap. I. P. 178. συνθεάσασθαι] Ven. Ξ. Pal. et in marg. BC. Barb. Flor. a. c. o. συνθεάσασθαι. Bodl. συνθεάσασθε. Vat. Θ, συντεθέασθε. Vett. editt. praeter Bas. 2. συντεθεᾶσθαι.

B. ἄλλα λέγουσι] νοοῦσι Bodl. Vat. Θ. Par. G. Vind. et in marg. Flor. a. c. Male. Dein pro ἑαυτῶν Vat. Θr, αὐτῶν. Bodl. αὐτῶν, quod nuper editum.

περὶ ὧν μέλλομεν] Steph. ἐμέλλομεν, quod unus habet Par.

vidit **Casaubonus** ad Theophrast. Char. p. 79. ed. Fisch. „Ὁπλομάχοι sunt, inquit, qui sub campidoctore veris armis certare discunt, aut ipsi qui docent: puto enim utrumque hac voce significari. v. Platon. Lachet. At iuventus non veris armis se exercebat, sed rudibus aut pilis praepilatis, quae dicuntur Graecis *ἐσφαιρωμένα ἀκόντια*. **Xenophon** libr. II. Anabaseos de Phalino quodam ita scribens: *προσεποιεῖτο ἐπιστήμων εἶναι τῶν περὶ τὰς τάξεις καὶ ὁπλομαχίαν*, videtur innuere hoplomachos ea aetate fuisse appellatos etiam eos, qui tactici Graecis proprie dicuntur.“ Locus **Xenophontis** est Anab. II, 1, 7., ad quem **Schneiderus** et **Bornemannus** de eadem re diligentius exposuerunt. Acute enim observavit **Bornemannus**, quum Persae non nisi iis armis usi sint, quibus eminus pugnare licuerit, Graeci autem praeter thoracem galea, gladiis, ocreis induti pugnam inierint, Phalinum hoc pugnae genere maxime superbiisse, ut videlicet barbari haberent quem in addiscenda pugnandi ratione Graecis usitata magistrum sequerentur. Ex qua observatione clarum fit, quid sit *ὁπλομαχία*. Dicebantur enim *ἐν ὅπλοις μάχεσθαι*, qui omni utentes armatura pugnando sese scienter exercebant atque armis ludebant. Quam quidem artem **Athenaeus** IV, 13. p. 154. E. auctor est primum docuisse Demeam quendam Mantineeusem lanistam; deinde etiam a sophistis factitatam esse ex **Plat.** Euthydem. p. 271. E. et **Xenoph.** Mem. III. 1. constat, quanquam hi saepe nonnisi disciplinam eius quandam tradidisse videntur. Itaque omnino quidem simillima fuit arti armis certandi, qualem hodie studiosi litterarum exercent. Id quod intelligitur etiam ex p. 182. A. ubi *τοῦτο τὸ γυμνάσιον* dicitur *μάλιστα προσήκειν ἐλευθέρῳ*, sicuti etiam *ἡ ἱππική*, **ars equestris**. Fallitur autem mirifice **Winkelmann.** Prolegg. ad Euthydem. p. XXVIII. omnem tacticam artem *ὁπλομαχίᾳ* comprehensam fuisse existimans. Cui opinioni vel ea adversantur, quae infra p. 182. B. Nicias disserit, ut alia taceamus.

εἰπεῖν ἃ δοκεῖ ὑμῖν, οὕτω παρελάβομεν ἐπὶ τὴν συμβουλὴν περὶ ὧν μέλλομεν ἀνακοινοῦσθαι. ἔστιν οὖν τοῦτο, περὶ οὗ πάλαι τοσαῦτα προοιμιάζομαι, τόδε. ἡμῖν εἰσιν υἱεῖς οὑτοιί, ὅδε μὲν τοῦδε, πάππου ἔχων ὄνομα, Θουκυδίδης, ἐμὸς δὲ αὖ ὅδε· παππῷον δὲ 179
καὶ οὗτος ὄνομ' ἔχει τοὐμοῦ πατρός· Ἀριστείδην γὰρ αὐτὸν καλοῦμεν. ἡμῖν οὖν τούτων δέδοκται ἐπι-

E., quem Stephanus adhibuisse videtur, ut iam alibi suspicati sumus.

P. 179. παππῷον δὲ καὶ οὗτος] Steph. cum. Par. E. Vind. aliis παππῷ ὄντε. Bodl. παππῷι τε. Heindorf. ad Gorg. p. 320. et Schleierm. coniecerunt παππῷόν τε, quod dedit Bekkerus. Verum unus Vat. r. cum Flor. c. servavit. Deinde Stephan. ἔχειν praeter codicum omnium auctoritatem. Heindorf. et Schleierm. ἔχων coniecerunt.

B. ἀλλὰ στοχαζόμενοι τοῦ συμβουλευομένου] Recte Cornarius: sed eius, qui consulit, sententiam coniectantes alia praeter suam ipsorum opinionem dicunt. Usum verbi Iacobsius illustravit comparatis locis Polybii VI. 16, 1. et 5. Plutarch. Vit. Coriol. c. 8. — τῶν τοιούτων, qualia nos vobiscum communicaturi sumus.

ἁπλῶς ἂν εἰπεῖν] simpliciter, sine ulla dissimulatione vel adulatione. De οὕτω post participium ἡγησάμενοι illato v. Phaedon. p. 61. C. et quae notavi ad Phileb. p. 135.

P. 179. ἡμῖν εἰσιν υἱεῖς οὑτοιί] Germanice dixeris: Wir haben Söhne hier. Omissi articuli rationes subtiliter persecutus est Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 177 sqq. imprimis p. 183., quocum contendas Elmslei. ad Acharn. v. 1049. et Hermann. ad Nub. v. 61. huius loci non immemorem.

πάππου ἔχων ὄνομα] Quemadmodum nostri subinde eiusmodi nominibus sine articulo uti solent, etiamsi de certis hominibus sermo est, veluti quum dicunt, er hat Vater und Mutter verloren; ita etiam Graeci minus distincte loquentes nomina patris, matris, fratrum, liberorum, uxorum, sine articulo frequentant; cuius generis multa exempla suppeditabit Schaefer. Melet. Critt. p. 45 et 116. Itaque ne hic quidem τοῦ πάππου dicit Lysimachus, sed in universum rem significans articulum omittit. Docent autem huius modi loci, in quibus quis diserte narratur avi nomen gessisse, hunc morem nec semper observatum esse, nec vero ubique observari potuisse. v. Baguet De Chrysippi Vita, Doctr. et Reliqu. p. 14 sq. anu.

παππῷον δὲ καὶ οὗτος—] Ita scripsi ex uno cod. r. pro eo, quod dedit Bekkerus παππῷόν τε καὶ οὗτος. Liquet enim haec praecedentibus verbis ita adiungi, ut oppositio locum habeat, id quod etiam Sommerus vidit in Iahnii Annal. a. 1831. Vol. II. Fascic. 4. p. 359. De genitivo τοῦ ἐμοῦ πατρὸς

μεληθῆναι ὡς οἷόν τε μάλιστα, καὶ μὴ ποιῆσαι ὅπερ
οἱ πολλοί, ἐπειδὴ μειράκια γέγονεν, ἀνεῖναι αὐτοὺς
ὅ τι βούλονται ποιεῖν, ἀλλὰ νῦν δὴ καὶ ἄρχεσθαι
B αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι καθ' ὅσον οἷοί τ' ἐσμέν. εἰδότες
οὖν καὶ ὑμῖν υἱεῖς ὄντας ἡγησάμεθα μεμεληκέναι
περὶ αὐτῶν, εἴπερ τισὶν ἄλλοις, πῶς ἂν θεραπευ-
θέντες γένοιντο ἄριστοι· εἰ δ' ἄρα πολλάκις μὴ προς-
εσχήκατε τὸν νοῦν τῷ τοιούτῳ, ὑπομνήσοντες, ὅτι
οὐ χρὴ αὐτοῦ ἀμελεῖν, καὶ παρακαλοῦντες ὑμᾶς ἐπὶ
τὸ ἐπιμέλειάν τινα ποιήσασθαι τῶν υἱέων κοινῇ μεθ'
ἡμῶν. Cap. II. Ὅθεν δὲ ἡμῖν ταῦτ' ἔδοξεν, ὦ Νι-
κία τε καὶ Λάχης, χρὴ ἀκοῦσαι, κἂν ᾖ ὀλίγῳ μα-
C κρότερα. συσσιτοῦμεν γὰρ δὴ ἐγώ τε καὶ Μελησίας
ὅδε, καὶ ἡμῖν τὰ μειράκια παρασιτεῖ. ὅπερ οὖν καὶ
ἀρχόμενος εἶπον τοῦ λόγου, παῤῥησιασόμεθα πρὸς
ὑμᾶς. ἡμῶν γὰρ ἑκάτερος περὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς
πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα ἔχει λέγειν πρὸς τοὺς νεανί-

ἀλλὰ νῦν δὴ καὶ ἄ χρ.] Par. G. *δεῖ.*

Cap. II. *καὶ τὰ τῆσδε τῆς πόλεως*] *τῆσδε* om. Steph. cum Par. E. Urbin. Flor. b.

D. *ἐνδεικνύμεθα*] Steph. *ἐκδεικνύμεθα*, quod est in Angel. Urbin.

post *παππῷον* illato v. Brunck. ad Sophocl. Oed. T. v. 267. et Matthiae Gr. §. 431. 1. p. 802.

καὶ μὴ ποιῆσαι ὅπερ οἱ π.] Non dixit *μηδὲ ποιῆσαι*, sed *καὶ μὴ ποιῆσαι*, quia haec praecedentibus cum gravitate quadam opponuntur. Nam *μηδὲ* si dixisset, inchoata sententia continuaretur: nunc ea per contrarium illustratur, ut dici etiam potuerit sic: *ἡμῖν οὖν δέδοκται μὴ ποιῆσαι ὅπερ οἱ πολλοί, ἀλλ' ἐπιμεληθῆναι αὐτῶν ὡς οἷόν τε μάλιστα.* Exempla rei collegit Engelhardt. ad Lachet. p. 195. C. De Latino et non atque ac non dudum similia docuit Matthiae ad Cicer. Orat. pro Roscio Am. §. 92. Ad rem ipsam Iacobsius comparat Xenoph. de Red. Laced. III. 1. *ὅταν γε μὴν ἐκ παίδων εἰς τὸ μειρακιοῦσθαι ἐκβαίνωσι, τηνικαῦτα οἱ μὲν ἄλλοι παύουσι μὲν ἀπὸ παιδαγωγῶν, παύουσι δὲ καὶ ἀπὸ διδασκάλων, ἄρχουσι δὲ ἔτι οὐδένες αὐτῶν, ἀλλ' αὐτονόμους ἀφιᾶσι.*

ἀλλὰ νῦν δὴ καὶ ἄρχεσθαι —] sed nunc, quum adoleverunt, etiam initium facere curae eorum gerendae.

B. *εἰ δ' ἄρα πολλάκις*] sin autem forte adeo, ut p. 194. A. v. Hensd. Specim. Crit. p. 125. et Heindorf. ad Phaedon. p. 60. D. Participia ὑπο-

σκους, καὶ ὅσα ἐν πολέμῳ εἰργάσαντο καὶ ὅσα ἐν
εἰρήνῃ, διοικοῦντες τά τε τῶν συμμάχων καὶ τὰ τῆς-
δε τῆς πόλεως· ἡμέτερα δ' αὐτῶν ἔργα οὐδέτερος
ἔχει λέγειν. ταῦτα δὴ ὑπαισχυνόμεθά τε τούςδε καὶ
αἰτιώμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι ἡμᾶς μὲν εἴων D
τρυφᾶν, ἐπειδὴ μειράκια ἐγενόμεθα, τὰ δὲ τῶν ἄλ-
λων πράγματα ἔπραττον· καὶ τοῖςδε τοῖς νεανίσκοις
αὐτὰ ταῦτα ἐνδεικνύμεθα, λέγοντες, ὅτι, εἰ μὲν ἀμε-
λήσουσιν ἑαυτῶν καὶ μὴ πείσονται ἡμῖν, ἀκλεεῖς γε-
νήσονται, εἰ δ' ἐπιμελήσονται, τάχ' ἂν τῶν ὀνομά-
των ἄξιοι γένοιντο, ἃ ἔχουσιν. οὗτοι μὲν οὖν φασι
πείσεσθαι· ἡμεῖς δὲ δὴ τοῦτο σκοποῦμεν, τί ἂν οὗ-
τοι μαθόντες ἢ ἐπιτηδεύσαντες ὅ τι ἄριστοι γένοιν-
το. εἰςηγήσατο οὖν τις ἡμῖν καὶ τοῦτο τὸ μάθημα, E
ὅτι καλὸν εἴη τῷ νέῳ μαθεῖν ἐν ὅπλοις μάχεσθαι·
καὶ ἐπῄνει τοῦτον, ὃν νῦν ὑμεῖς ἐθεάσασθε ἐπιδει-
κνύμενον· κᾆτ' ἐκέλευε θεάσασθαι. ἔδοξε δὴ χρῆ-

ὑμεῖς δὲ δὴ τοῦτο σκ.] δὴ om. Steph. cum Ald. et Bas. 1. praeter fidem codicum.

E. ὅτι καλὸν εἴη] Bodl. ὅτι οὐ κ. male. Vat. Θ. ὡς, idque fortasse in Bodl. fuit.

μνήσοντες καὶ παρακαλοῦντες, monente Iacobsio, posita sunt, ac si praecessisset ἤλθομεν πρὸς ὑμᾶς ἡγησάμενοι: quod genus anacoluthi paullo est audacius.

Cap. II. C. διοικοῦντες τά τε τῶν σ.] Fuit enim Aristides primus τῶν συμμάχων ταμιεύς: ad quem dubium non est quin haec maxime referenda sint.

D. εἴων τρυφᾶν] molliter vivere; unde τῷ πονεῖν opponitur apud Athenaeum XIII. p. 512. b His non repugnant quae legimus Menon. p. 94. A: ἄλλον δὲ δὴ σκεψώμεθα, Ἀριστείδην τὸν Λυσιμάχου. — οὐκοῦν καὶ οὗτος τὸν υἱὸν τὸν αὑτοῦ Λυσίμαχον, ὅσα μὲν διδασκάλων εἴχετο, κάλλιστα Ἀθηναίων ἐπαίδευσεν;

εἰςηγήσατο οὖν τις —] Suasit igitur aliquis atque commendavit nobis etiam hanc artem. Sympos. p. 176. E: τὸ μετὰ τοῦτο εἰςηγοῦμαι τὴν μὲν ἄρτι εἰςελθοῦσαν αὐλητρίδα χαίρειν ἐᾶν. Criton. p. 48. A: οὐκ ὀρθῶς εἰςηγεῖ, εἰςηγούμενος — δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν κ. τ. λ. Xenoph. Mem. II, 7, 10. μὴ οὖν ὄκνει ταῦτα εἰςηγεῖσθαι αὐταῖς, ἃ σοί τε λυσιτελεῖ κἀκείναις. Hesychius s. v interpretatur συμβουλεύειν, παραινεῖν.

E. ἐθεάσασθε ἐπιδεικνύμενον] h. e. ἐπίδειξιν ποιούμενον. v. ad Gorg. p. 447. B. Sic infra p. 183. B. C.

ναι αὐτούς τε ἐλθεῖν ἐπὶ θέαν τἀνδρὸς καὶ ὑμᾶς συμπαραλαβεῖν ἅμα μὲν συνθεατάς, ἅμα δὲ συμβούλους τε καὶ κοινωνούς, ἐὰν βούλησθε, περὶ τῆς
180 τῶν υἱέων ἐπιμελείας. ταῦτ' ἐστὶν ἃ ἐβουλόμεθα ὑμῖν ἀνακοινώσασθαι. ἤδη οὖν ὑμέτερον μέρος συμβουλεύειν καὶ περὶ τούτου τοῦ μαθήματος, εἴτε δοκεῖ χρῆναι μανθάνειν εἴτε μή, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, εἴ τι ἔχετε ἐπαινέσαι μάθημα νέῳ ἀνδρὶ ἢ ἐπιτήδευμα, καὶ περὶ τῆς κοινωνίας λέγειν ὁποῖόν τι ποιήσετε.

Cap. III. *ΝΙ.* Ἐγὼ μέν, ὦ Λυσίμαχε καὶ Μελησία, ἐπαινῶ τε ὑμῶν τὴν διάνοιαν καὶ κοινωνεῖν ἕτοιμος, οἶμαι δὲ καὶ Λάχητα τόνδε.

B *ΛΑ.* Ἀληθῆ γὰρ οἴει, ὦ Νικία, ὥς ὅ γε ἔλεγεν ὁ Λυσίμαχος ἄρτι περὶ τοῦ πατρὸς τοῦ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Μελησίου, πάνυ μοι δοκεῖ εὖ εἰρῆσθαι καὶ εἰς ἐκείνους καὶ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς ἅπαντας, ὅσοι τὰ τῶν πόλεων πράττουσιν, ὅτι αὐτοῖς σχεδόν τι ταῦτα συμβαίνει, ἃ οὗτος λέγει, καὶ περὶ παῖδας καὶ περὶ τἆλλα ἴδια, ὀλιγωρεῖσθαί τε καὶ ἀμελῶς διατίθεσθαι.

P. 180. *ὑμέτερον μέρος*] Vat. Θ. Bodl. *γένος*. errore.

Cap. III. B. *τοῦ αὐτοῦ τε*] *τοῦ* hic vulgo omissum e Bodl. Vat. Θ. Flor. a. b. c. o. restitutum est.

ταῦτα συμβαίνει] Vulgo *ταὐτά*, quod e Bodl. Vat. Θ. Pal. mutatum.

C. *Τοῦτο μέν σοι*] Sic Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. CEG. Ang. Barb. Pal. Urb. Vat. Flor, a. b. c. o. Vulgo *Τοῦτο μέντοι*.

P. 180. *ὑμέτερον μέρος συμβ.*] vestrum iam est consilium dare. Verba *περὶ τῆς κοινωνίας* refertur ad superiora illa *ἐπὶ τὸ ἐπιμέλειάν τινα ποιήσασθαι τῶν υἱέων κοινῇ μεθ' ἡμῶν*.

Cap. III. *οἶμαι δὲ καὶ Λάχητα τόνδε*] sc. *ἕτοιμον εἶναι κοινωνεῖν*. De Rep. X. p. 608. B. *ξύμφημί σοι, ἔφη, ἐξ ὧν διεληλύθαμεν· οἶμαι δὲ καὶ ἄλλον ὀντινοῦν*. Sympos. p. 176. A. *ἐγὼ οὖν λέγω ὑμῖν, ὅτι τῷ ὄντι πάνυ χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου καὶ δέομαι ἀναψυχῆς τινος, οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλούς*. Plura huius generis exempla collegi ad Apolog. Socrat. p. 25. E. et Protagor. p. 314. C. De *εἰμὶ* apud *ἕτοιμος* omitti solito scripsimus ad Remp. VI. p. 499. D. Euthyd. p. 285. C. Phaedr. p. 238. C. Parmenid. p. 137. B. cfr. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 605. et Melet. Critt. p. 43 sqq. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. p. 355.

B. *ὀλιγωρεῖσθαί τε καὶ ἀμελῶς διατίθεσθαι*] Continent haec verba, ut bene monuit Iacobs, *ἐπεξήγησιν* pronominis *ταῦτα*.

C. *ὄντα δημότην*] Nam

ταῦτα μὲν οὖν καλῶς λέγεις, ὦ Λυσίμαχε· ὅτι δ' ἡμᾶς μὲν συμβούλους παρακαλεῖς ἐπὶ τὴν τῶν νεανίσκων παιδείαν, Σωκράτη δὲ τόνδε οὐ παρακαλεῖς, C *θαυμάζω, πρῶτον μὲν ὄντα δημότην, ἔπειτα ἐνταῦθα ἀεὶ τὰς διατριβὰς ποιούμενον, ὅπου τί ἐστι τῶν τοιούτων ὧν σὺ ζητεῖς περὶ τοὺς νέους ἢ μάθημα ἢ ἐπιτήδευμα καλόν.*

ΛΥ. Πῶς λέγεις, ὦ Λάχης; Σωκράτης γὰρ ὅδε τινὸς τῶν τοιούτων ἐπιμέλειαν πεποίηται;

ΛΑ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Λυσίμαχε.

ΝΙ. Τοῦτο μέν σοι κἂν ἐγὼ ἔχοιμι εἰπεῖν οὐ χεῖρον Λάχητος· καὶ γὰρ αὐτῷ μοι ἔναγχος ἄνδρα προὐξένησε τῷ υἱεῖ διδάσκαλον μουσικῆς, Ἀγαθοκλέ- D *ους μαθητὴν Δάμωνα, ἀνδρῶν χαριέστατον οὐ μόνον τὴν μουσικήν, ἀλλὰ καὶ τἆλλα ὁπόσου βούλει ἄξιον συνδιατρίβειν τηλικούτοις νεανίσκοις.*

Cap. IV. *ΛΥ. Οὔτοι τι, ὦ Σώκρατές τε καὶ Νικία καὶ Λάχης, οἱ ἥλικοι ἐγὼ ἔτι γιγνώσκομεν τοὺς νεωτέρους, ἅτε κατ' οἰκίαν τὰ πολλὰ διατρί-*

D. *ὁπόσου βούλει*] Sic Vat. Θ. Par. G. Vat. Vind. Ante Bekkerum legebatur *ὁπόσα.*

Cap. IV. *οἱ ἥλικοι ἐγὼ*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Par. BC. Urbin. Vat. Vulgo erat *οἱ ἥλικες,* quod olim mutaturus eram, si Bekkeri copiis iam tum uti licuisset.

κατ' οἰκίαν τὰ πολλὰ] Steph. cum Par. E. *τὰ πολλὰ κατ' οἰκίαν.*

Socrates pariter atque Aristides et Thucydides e demo Alopece oriundi fuerunt. v. Plutarch. Pericl. p. 168. B. Aristid. in. Mox *Πῶς λέγεις;* est mirantis, ut Latine reddendum sit: Ain tu?

τῶν τοιούτων ἐπιμ. π.] rerum ad iuventutis educationem pertinentium.

ἄνδρα προὐξένησε τῷ υἱεῖ] Duplicem dativum illustrat Matthiae Gr. §. 392. et ad Eurip. Med. v. 981. Ad *προὐξένησε* contulit Iacobs. Alcibiad. I. p. 109. D. *φράσον καὶ ἐμοί, ἵνα αὐτῷ φοιτητὴν προξενήσῃς ἐμέ.* De Damone musico eodemque rei civilis peritissimo nolumus iterare quae ad Remp. III. p. 400. B. monuimus. Agathocles memoratur etiam Protagor. p. 316. E. Ceterum *χαρίεντες* saepe sunt homines elegantis ingenii. vid. Hermann. ad Lucian. De Conscrib. Histor. p. 15.

Cap. IV. *οἱ ἥλικοι ἐγὼ ἔτι γ.*] Hoc merito restituit Bekkerus. Est autem dictum per attractionem pro *οἱ τηλικοῦτοι, ἥλικος ἐγώ εἰμι.* Aristoph. Eccles. v. 465. *ἐκεῖνο δεινὸν τοῖ-*

βοντες, ὑπὸ τῆς ἡλικίας· ἀλλ' εἴ τι καὶ σύ, ὦ παῖ Σωφρονίσκου, ἔχεις τῷδε τῷ σαυτοῦ δημότῃ ἀγαθὸν
E συμβουλεῦσαι, χρὴ συμβουλεύειν. δίκαιος δ' εἶ· καὶ γὰρ πατρικὸς ἡμῖν φίλος τυγχάνεις ὤν. ἀεὶ γὰρ ἐγὼ καὶ ὁ σὸς πατὴρ ἑταίρω τε καὶ φίλω ἦμεν, καὶ πρότερον ἐκεῖνος ἐτελεύτησε, πρίν τι ἐμοὶ διενεχθῆναι. περιφέρει δέ τίς με καὶ μνήμη ἄρτι τῶνδε λεγόντων· τὰ γὰρ μειράκια τάδε πρὸς ἀλλήλους οἴκοι διαλεγόμενοι θαμὰ ἐπιμέμνηνται Σωκράτους καὶ σφόδρα ἐπαινοῦσιν· οὐ μέντοι πώποτε αὐτοὺς ἀνηρώτησα,
181 εἰ τὸν Σωφρονίσκου λέγοιεν. ἀλλ', ὦ παῖδες, λέγετέ μοι, ὅδ' ἐστὶ Σωκράτης, περὶ οὗ ἑκάστοτε μέμνησθε;

ΠΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ πάτερ, οὗτος.

D. διαλεγόμενοι θαμὰ] V. διαλεγόμενα, quod e Bodl. Vat. Θ. Par. G. Vat. mutatum.

P. 181. ἑκάστοτε μέμνησθε] V. ἐμέμνησθε, quod cum Bekkero e Ven. Σ. correxi.

σιν ἡλίκοισι νῷν, i. e. τηλικούτοις, ἡλίκοι νώ ἐσμεν. cf. Matthiae Gr. Ampl. p. 885.

D. ὑπὸ τῆς ἡλικίας] Nam Lysimachus et Melesias, quo tempore colloquium hoc habitum est, iam aetate provecti fuisse finguntur.

τῷδε τῷ σαυτοῦ δημότῃ] h. e. ἐμοί; sed illud dictum maiore cum vi et efficacia.

E. δίκαιος δ' εἶ] sc. τοῦτο πράττειν. Ita ponitur formula Cratyl. p. 428. A., ubi plura collegit Heindorf.

περιφέρει δέ τίς με καὶ μνήμη] Iungas hunc in modum: μνήμη δέ τίς με περιφέρει ἄρτι τῶνδε λεγόντων: atque his loquentibus nunc ipsum animum subit rei cuiusdam recordatio. Similiter Herodot. VI. 86, 2. οὔτε μέμνημαι τὸ πρῆγμα, οὔτε με περιφέρει οὐδὲν εἰδέναι τουτέων τῶν ὑμεῖς λέγετε, ad quem locum plura Wesselingius, hoc nomine iam a Iacobsio laudatus. Deinde γὰρ est explicantis, ut saepe.

τὰ γὰρ μειράκια — διαλεγόμενοι] Theaetet. p. 146. B. ἀλλὰ τῶν μειρακίων τινὰ κέλευέ σοι ἀποκρίνεσθαι, ubi vulgo τι legebatur. v. ad Phaedr. p. 238. E. Phavorinus ad voc. κλυτός: Τοῖς οὐδετέροις ὀνόμασιν ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ ἐπίθετα καὶ μετοχὰς ἀρσενικάς τε καὶ θηλυκὰς ἐπιφέρουσιν, οἷον εὐφυὴς παιδίον, καὶ κόριον καλλίστη, καὶ γύναιον ἐρχομένη, καὶ μειράκιον λέγων, κ. τ. λ. Huius generis exempla e citerioris Graecitatis scriptoribus collegit Bastius Epistol. Crit. p. 198. et 282. ed. Lips.

P. 181. περὶ οὗ ἑκάστοτε μέμνησθε] Eandem structuram verbi habes Menex. p. 239. C. Ion. p. 536. C. al. conf. Matth. Gr. §. 347. 1.

ὅτι ὀρθοῖς τὸν πατέρα] Ὀρθοῦν τινα dicuntur, qui quem

ΛΥ. Εὖ γε νὴ τὴν Ἥραν, ὦ Σώκρατες, ὅτι ὀρθοῖς τὸν πατέρα, ἄριστον ἀνδρῶν ὄντα, καὶ ἄλλως, καὶ δὴ καὶ ὅτι οἰκεῖα τά τε σὰ ἡμῖν ὑπάρξει καὶ σοὶ τὰ ἡμέτερα.

ΛΑ. Καὶ μήν, ὦ Λυσίμαχε, μὴ ἀφίεσό γε τἀνδρός· ὡς ἐγὼ καὶ ἄλλοθί γε αὐτὸν ἐθεασάμην οὐ μόνον τὸν πατέρα, ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα ὀρθοῦντα· ἐν γὰρ τῇ ἀπὸ Δηλίου φυγῇ μετ' ἐμοῦ ξυνανεχώρει, κἀγώ σοι λέγω, ὅτι, εἰ οἱ ἄλλοι ἤθελον τοιοῦτοι εἶναι, ὀρθὴ ἂν ἡμῶν ἡ πόλις ἦν καὶ οὐκ ἂν ἔπεσε τότε τὸ τοιοῦτον πτῶμα. B

ΛΥ. Ὦ Σώκρατες, οὗτος μέντοι ὁ ἔπαινός ἐστι καλός, ὃν σὺ νῦν ἐπαινεῖ ὑπ' ἀνδρῶν ἀξίων πιστεύεσθαι, καὶ εἰς ταῦτα εἰς ἃ οὗτοι ἐπαινοῦσιν. εὖ

τά τε σὰ ἡμῖν ὑπ.] γε pro τε e corr. Bekkeri scripsimus.
B. *ὅτι, εἰ οἱ ἄλλοι*] Vat. Θ. Urbin. Vind. *ὅτι οἱ ἄλλοι.* Vatic. *ὅτε εἰ οἱ ἄλλοι*, quod dedit Bekkerus. Vulgo *οἱ* aberat.
τὸ τοιοῦτον πτῶμα] *τὸ* e Coisl. cum Bekkero addidi.

adiuvant eiusque causam sustentant, quocunque id modo et ratione fiat. Menon. p. 99. C. *εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γίγνεται, ᾗ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρώμενοι τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν.* Thucyd. III. 42. *καὶ πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο ἡ πόλις ἀδυνάτους λέγειν ἔχουσα τοὺς τοιούτους.* Sophocl. Oed. Tyr. v. 39. Antig. v. 167, 1158. Mox, *ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα ὀρθοῦντα.* Sententia verborum haec est: Optime factum, o Socrate, quod patris tui, optimi viri, memoriam quum aliis modis ornas, tum etiam eo, quod tuae res nobis ac vicissim nostrae tibi suppetent: erit enim inter nos eadem amicitia, quae mihi cum patre tuo, Sophronisco, intercessit.

B. *ἐν γὰρ τῇ ἀπὸ Δηλίου φυγῇ*] V. Sympos. p. 221. A. B., ubi inter alia Alcibiades: *πρῶτον μὲν (εἶδον) ὅσον περιῆν Λάχητος τῷ ἔμφρων εἶναι.* Apolog. Socr. p. 28. E. Aelian. V. H. III, 17. VII, 14. Diog. Laërt. II, 22. De clade Delia consulas Bährium ad Plutarch. Alcib. p. 98 sq. — *τὸ τοιοῦτον πτῶμα*, quum ad cladem apud Delium acceptum referatur, recte Bekker. e cod. Coisl. *τὸ* adiecit.

καὶ εἰς ταῦτα, εἰς ἃ —] idque de iis rebus, in quibus isti te laudibus ornant. Nam fallitur Engelhardt. *εἰς ταῦτα* putans cum *ἀξίων πιστεύεσθαι* connecti oportere. Imo consequutio verborum haec est: *ὃν σὺ νῦν ἐπαινεῖ ὑπ' ἀνδρῶν ἀξίων πιστεύεσθαι, καὶ ὃν ἐπαινεῖ εἰς ταῦτα, εἰς ἃ οὗτοι ἐπαινοῦσιν*, ut luce clarius sit *εἰς ταῦτα* pertinere ad *ἐπαινεῖ.* Frustra hanc loci conformationem reprehendit Astius De Vit. et Script. Plat. p. 459. Nec audiendus Heusdius est, qui Specim. Crit. p. 121: legendum censet: *πιστεύε-*

οὖν ἴσθι, ὅτι ἐγὼ ταῦτα ἀκούων χαίρω, ὅτι εὐδοκιμεῖς. καὶ σὺ δὲ ἡγοῦ με ἐν τοῖς γ' εὐνουστάτοις
C σοι εἶναι. χρῆν μὲν οὖν καὶ πρότερόν σε φοιτᾶν αὐτὸν παρ' ἡμᾶς καὶ οἰκείους ἡγεῖσθαι, ὥςπερ τὸ δίκαιον· νῦν δ' οὖν ἀπὸ τῆςδε τῆς ἡμέρας, ἐπειδὴ ἀνεγνωρίσαμεν ἀλλήλους, μὴ ἄλλως ποίει, ἀλλὰ σύνισθί τε καὶ γνώριζε καὶ ἡμᾶς καὶ τούςδε τοὺς νεωτέρους, ὅπως ἂν διασώζητε καὶ ὑμεῖς τὴν ἡμετέραν φιλίαν. ταῦτα μὲν οὖν καὶ σὺ ποιήσεις, καὶ ἡμεῖς σε καὶ αὖθις ὑπομνήσομεν· περὶ δὲ ὧν ἠρξάμεθα τί φατε; τί δοκεῖ; τὸ μάθημα τοῖς μειρακίοις ἐπιτήδειον εἶναι ἢ οὔ, τὸ μαθεῖν ἐν ὅπλοις μάχεσθαι;

καὶ σὺ δὲ ἡγοῦ με] V. *κἀμὲ δὲ ἡγοῦμαι*, quod est in Par. E. et Flor. b. Deinde *γ'* ex Bodl. Vat. *Θ*. accessit.

C. *πρότερόν σε φοιτᾶν*] Sic ex corr. Coisl. dedit Bekker. Vulgo *γε*, probantibus Turr.

Cap. V. D. *νεώτερον ὄντα τῶνδε*] Steph. hic cum Par. E. Flor. b. *τούτων*, ut dein pro *τούτων τῶνδε*.

σθαι καὶ ἐπαινεῖσθαι εἰς ταῦτα, εἰς ἃ αὐτοὶ ἐπ.

καὶ σὺ δὲ ἡγοῦ — εἶναι] At tu quoque tibi persuadeas me erga te esse benevolentissimum, quemadmodum ego vehementer laetor, quod tanta apud alios flores existimatione. Hanc sententiarum coniunctionem et necessitudinem non perspicientes Stephanus aliique scripserunt *Κἀμὲ δὲ ἡγοῦμαι ἐν τοῖς κ. τ. λ.*, quod a codicibus parum aut nihil habet commendationis.

C. *καὶ πρότερόν σε φοιτᾶν αὐτὸν*] De Republ. B. I. p. 328. C. *ὦ Σώκρατες, οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ· χρῆν μέντοι. — μὴ οὖν ἄλλως ποίει, ἀλλὰ τοῖσδέ τε τοῖς νεανίσκοις ξύνισθι καὶ δεῦρο παρ' ἡμᾶς φοίτα ὡς παρὰ φίλους τε καὶ πάνυ οἰκείους.* — *αὐτὸν* est sponte, ut sexcenties. — *γνωρίζειν* dicuntur qui alicuius ineunt consuetudinem et familiaritatem, quam in rem Iacobs laudavit De Rep. III. p. 402. A. Politic. p. 258. A. Itaque *ἀναγνωρίζειν* h. l. est pristinam familiaritatem meminisse et revocare. Parmenid. p. 124. A. *ἀνεγνώρισέ τέ με ἐκ τῆς προτέρας ἐπιδημίας.* De usu formulae *μὴ ἄλλως ποίει* v. ad Remp. p. 328. A.

ὅπως ἂν διασώζητε καὶ ὑμεῖς —] ut vos quoque porro conservetis, si fors ferat, nostram amicitiam, iam cum patre tuo a me iunctam. Hermannus De Particula *ἄν* p. 120. „Consilii indicandi causa, inquit, quum particulae *ὡς* et *ὅπως* coniunctivo consociantur, si deest *ἄν*, simpliciter enuntiatur consilium; si adiicitur, aliquid fortuiti accidit, quasi dicas ut sit, si sit.“ cfr. De Rep. V. p. 460. C. D. VI. p. 498. D. p. 489. D. 494. E. 504. E. Gorg. p. 481. A. 487. C. D. 510. A. 513. A. 515. A. Phaedon. p. 91. A. C.

Cap. V. ΣΩ. Ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι, ὦ Λυσίμαχε, ἔγωγε πειράσομαι συμβουλεύειν, ἄν τι δύνωμαι, καὶ αὖ ἃ προκαλεῖ πάντα ποιεῖν. δικαιότατον μέντοι μοι δοκεῖ εἶναι, ἐμὲ νεώτερον ὄντα τῶνδε καὶ ἀπειρότερον τούτων ἀκούειν πρότερον, τί λέγουσι, καὶ μανθάνειν παρ' αὐτῶν· ἐὰν δ' ἔχω τι ἄλλο παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων λεγόμενα, τότ' ἤδη διδάσκειν καὶ πείθειν καὶ σὲ καὶ τούτους. ἀλλ', ὦ Νικία, τί οὐ λέγει πότερος ὑμῶν; D

ΝΙ. Ἀλλ' οὐδὲν κωλύει, ὦ Σώκρατες. δοκεῖ γάρ ἐμοὶ τοῦτο τὸ μάθημα τοῖς νέοις ὠφέλιμον εἶναι ἐπίστασθαι πολλαχῇ. καὶ γὰρ τὸ μὴ ἄλλοθι E

τί οὐ λέγει πότερος ὑμῶν;] Vulgo erat λέγεις πρότερος ἡμῶν, quod nunc cum Bekkero ex optimis plurimisque codd. mutavi. Nam λέγει habent praeter Venet. Ξ. ad unum omnes. πότερος exhibent Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. BCE. Flor. a. c. et marg. Ven. Ξ. Denique ἡμῶν Flor. b. c. Ven. Ξ. soli habent.

δοκεῖ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο τὸ μ.] V. γὰρ ἐμοὶ καὶ τοῦτο. Recte καὶ om. Bodl. Vat. Θ.

Sympos. p. 174. E. Protag. p. 313. C. Menex. p. 236. B. Cratyl. p. 430. D. 439. B. Lysid. p. 206. B. 211. B. Apolog. Socr. p. 39. A. Phaedr. p. 239. B. Alcibiad. II. p. 148. B.

καὶ αὖθις ὑπομνήσομεν] et posthac commonefaciemus. Nam ita αὖθις intelligendum, ut Protagor. p. 347. B. 357. B. 361. E. Charmid. p. 169. D. Euthyphr. p. 6. C. De Rep. VI. p. 510. B. V. p. 466. A. Gorg. p. 447. B. C. p. 449. C. D. Phileb. p. 33. B. al.

τί φατε; τί δοκεῖ; τὸ μάθημα —] Interrogatio repetita inservit augendae sermonis alacritati. Ad haec vero, τὸ μάθημα — ἐπιτήδειον εἶναι, denuo intelligendum est δοκεῖ, in qua ratione si quis offendat, tolletur scrupulus inspectis iis, quae ad Hipp. minor. p. 372. D. adscripsimus. conf. infra p. 184. B.

Cap. V. D. καὶ τούτων πέρι — καὶ αὖ ἃ προκαλεῖ —] Criton. p. 48. B. οὗτός τε ὁ λόγος — ἔμοιγε δοκεῖ ἔτι ὅμοιος εἶναι — καὶ τόνδε αὖ σκόπει. Charmid. p. 157. E sq. ἥ τε γὰρ πατρῴα ὑμῖν οἰκία — ἐγκεκωμιασμένη παραδέδοται ἡμῖν — καὶ αὖ ἡ πρὸς μητρὸς ὡσαύτως. De Rep. IX. p. 577. A. B. al. — ἃ προκαλεῖ, i. e. εἰς ἃ πρ. cfr. Matth. Gr. §. 419. b. Rost. §. 104. annot. 11. ed. IV.

νεώτερον ὄντα τῶνδε] Niciam intelligit et Lachetem. Quocirca illum deinceps cohortatur, ut primus dicat utpote aetate maior, si quidem vulgata servatur scriptura. Sed praestat quod nunc cum Bekkero ex codd. restituimus, τί οὐ λέγει πότερος ὑμῶν; i. e. vestrum alteruter. Nam πότερον teste Hesychio saepe est ἓν ἐκ δυοῖν. v. Sophist. p. 264. D. 252. A. Legg. XI. p. 914. C. Reip. VI. p. 509. A. Phileb. p. 20. E. Theaet. p. 145. A. al.

διατρίβειν, ἐν οἷς δὴ φιλοῦσιν οἱ νέοι τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, ὅταν σχολὴν ἄγωσιν, ἀλλ' ἐν τούτῳ, εὖ ἔχει, ὅθεν καὶ τὸ σῶμα βέλτιον ἴσχειν ἀνάγκη —
182 οὐδενὸς γὰρ τῶν γυμνασίων φαυλότερον οὐδ' ἐλάττω πόνον ἔχει —, καὶ ἅμα προσήκει μάλιστ' ἐλευθέρῳ τοῦτό τε τὸ γυμνάσιον καὶ ἡ ἱππική· οὗ γὰρ ἀγῶνος ἀθληταί ἐσμεν καὶ ἐν οἷς ἡμῖν ὁ ἀγὼν πρόκειται, μόνοι οὗτοι γυμνάζονται οἱ ἐν τούτοις τοῖς περὶ τὸν πόλεμον ὀργάνοις γυμναζόμενοι. ἔπειτα ὀνήσει μέν τι τοῦτο τὸ μάθημα καὶ ἐν τῇ μάχῃ αὐτῇ, ὅταν ἐν τάξει δέῃ μάχεσθαι μετὰ πολλῶν ἄλλων· μέγιστον μέντοι αὐτοῦ ὄφελος, ὅταν λυθῶσιν αἱ τά-
B ξεις καὶ ἤδη τι δέῃ μόνον πρὸς μόνον ἢ διώκοντα ἀμυνομένῳ τινὶ ἐπιθέσθαι ἢ καὶ ἐν φυγῇ ἐπιτιθεμένου ἄλλου ἀμύνασθαι αὐτόν· οὔτ' ἂν ὑπό γε ἑνὸς

E. *ἀλλ' ἐν τούτῳ, εὖ ἔχει*] *ἔχειν* Coislin. Ven. Σ. Par. BCEG. Angl. Barb. Pal. Urb. Flor. a. b. c. o.

P. 182. *τοῦτό τε τὸ γυμν.*] Ven. Ξ. Angel. habent *τοῦτό γε*, quod vulgo circumfertur.

E. *ἀλλ' ἐν τούτῳ* —] sc. *ἐν τῷ ὅπλοις μάχεσθαι.* Itaque *ἄλλοθι* nunc non de loco accipiendum, sed est potius *ἐν ἄλλοις τισὶν ἔργοις,* de quo vocabuli usu Iacobs conferri iubet Bastium Epist. Crit. p. 238. ann. 96. Adde quae ad Erastas p. 136. C. de simili usu particulae *ποῦ* diximus. Quod codd. non pauci habent *εὖ ἔχειν,* id si verum est, ex *δοκεῖ* pendet, sed vereor, ne haec lectio scribarum errore nata sit.

P. 182. *οὗ γὰρ ἀγῶνος ἀθληταί ἐσμεν* —] De Rep. III. p. 403. C. *ἀθληταὶ μὲν γὰρ οἱ ἄνδρες τοῦ μεγίστου ἀγῶνος,* ubi hoc genus loquendi attigimus. Ibid. VIII. p. 543. B. *ὥσπερ ἀθλητάς τε πολέμου καὶ φύλακας.* Verbum *προκεῖσθαι* de certamine frequens. v. ad Remp. X. p. 608. C. Ad *γυμνάζονται* intell. *πρὸς ταῦτα* aut simile quiddam, quod cur reticeatur, e proximis verbis intelligitur. Sententia haec est: Sicubi certamus aut pugna nobis aliqua subeunda est, ad haec omnia ii soli probe exercentur, qui armis in bello usitatis utuntur. Aliarum enim exercitationum gymnicarum etsi alias magna est utilitas, tamen ad bellum illae nihil conferunt, ut hoc in genere *ὁπλομαχία* praestantissima censeatur.

μόνον πρὸς μόνον] Volebat dicere simpliciter *μόνον πρὸς μόνον μάχεσθαι.* Sed hanc sententiam deinde per partes ita illustrat, ut et persecutionis hostilis et defensionis in fuga susceptae mentionem iniiciat. Dein sermonem ita poterat continuare: *οὔτε γὰρ ὑπό γε ἑνὸς εἷς ὁ τ. ἐπ.* Sed *γὰρ* nemo inferciendum putabit memor eorum, quae Schaeferus ad

εἷς ὁ τοῦτ' ἐπιστάμενος οὐδὲν ἂν πάθοι, ἴσως δ' οὐδὲ ὑπὸ πλειόνων, ἀλλὰ πανταχῇ ἂν ταύτῃ πλεονεκτοῖ. ἔτι δὲ καὶ εἰς ἄλλου καλοῦ μαθήματος ἐπιθυμίαν παρακαλεῖ τὸ τοιοῦτον· πᾶς γὰρ ἂν μαθὼν ἐν ὅπλοις μάχεσθαι ἐπιθυμήσειε καὶ τοῦ ἑξῆς μαθήματος τοῦ περὶ τὰς τάξεις, καὶ ταῦτα λαβὼν καὶ φιλοτιμηθεὶς ἐν αὐτοῖς ἐπὶ πᾶν ἂν τὸ περὶ τὰς στρατηγίας ὁρμήσειε. καὶ ἤδη δῆλον, ὅτι τὰ τούτων ἐχό- C μενα καὶ μαθήματα [πάντα] καὶ ἐπιτηδεύματα πάντα καὶ καλὰ καὶ πολλοῦ ἄξια ἀνδρὶ μαθεῖν τε καὶ ἐπιτηδεῦσαι, ὧν καθηγήσαιτ' ἂν τοῦτο τὸ μάθημα. προςθήσομεν δ' αὐτῷ οὐ σμικρὰν προςθήκην, ὅτι πάντα ἄνδρα ἐν πολέμῳ καὶ θαῤῥαλεώτερον καὶ ἀνδρειότερον ἂν ποιήσειεν αὐτὸν αὑτοῦ οὐκ ὀλίγῳ αὕτη ἡ ἐπιστήμη. μὴ ἀτιμάσωμεν δὲ εἰπεῖν, εἰ καί τῳ

B. *οὔτ' ἂν ὑπό γε ἑνὸς*] *ὅταν* Bodl. Vat. Θr. Par. G. unde Herm. extudit *οὐ τἄν*.

C. *ἐπιτηδεύματα πάντα*] *πάντα* e Vat. Θ. Par. G. Vat. additum. Videtur tamen *πάντα* post *μαθήματα* delendum.

Dionys. Hal. De comp. verb. p. 408. ad Demosth. App. I. p. 785. Dobree ad Aristoph. T. VII. p. 560. Commentar. ed. Lips. Buttmann. ad Demosth. Midian. p. 48. de hoc loquendi genere exposuerunt. Nec illud quenquam morabitur, quod in altera enuntiati parte mutata verborum consecutione *ἴσως δ' οὐδὲ ὑπὸ πλειόνων* infertur pro eo, quod exigebat ratio vulgaris, *οὔτε ὑπὸ πλειόνων*. Qua lege et conditione post *οὔτε* in altero membro *δὲ* vel *οὐδὲ* ponatur, ad Apolog. Socrat. p. 19. D. et Remp. X. p. 608. B. significavimus. Itaque non opus, quod edidit Hermannus, *οὐ τἄν ὑπό γε κ. τ. λ.* i. e. *οὔ τοι ἄν*.

B. *ταῦτα λαβὼν*] his perceptis, intell. *τὴν ὁπλομαχίαν* et *τὸ περὶ τὰς τάξεις μάθημα*. Verbum *λαμβάνειν* fere idem quod *μανθάνειν* significare notavit Schol. Aristoph. ad Ran. v. 253.

C. *τὰ τούτων ἐχόμενα —*] artes ac studia cum istis coniuncta. Loquutio Atticis crebro usurpata. v. Hemsterhus. ad Aristoph Plut. Schol. v. 1195. Bach. ad Xenoph. Oecon. VI, 1. Fischer. ad Aeschin. Socrat. I, 4, 6. Platonica dederunt Heindorf. ad Theaet. p. 292. ad Euthydem. §. 81. Ast. ad Legg. p. 384. Cfr. etiam Indicem nostrum ad Rempubl. s. v. *ἔχεσθαι*. Ceterum Heusdius Specim. Crit. p. 121. legi voluit: *καὶ τί δεῖ δηλοῦν, ὅτι τὰ τούτων κ. τ. λ.*, ne languida esset oratio. Non opus.

ἀνδρειότερον — αὐτὸν αὑτοῦ] V. Matth. Gr. §. 452.

ὅτι καὶ εὐσχημονέστερον ἐνταῦθα] Repete ex antecedentibus *ποιήσειεν ἄν*.

σμικρότερον δοκεῖ εἶναι, ὅτι καὶ εὐσχημονέστερον ἐν-
D ταῦθα, οὗ χρὴ τὸν ἄνδρα εὐσχημονέστερον φαίνεσθαι, οὗ ἅμα καὶ δεινότερος τοῖς ἐχθροῖς φανεῖται διὰ τὴν εὐσχημοσύνην. ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ Λυσίμαχε, ὥςπερ λέγω, δοκεῖ τε χρῆναι διδάσκειν τοὺς νεανίσκους ταῦτα, καὶ δι' ἃ δοκεῖ εἴρηκα· Λάχητος δ', εἴ τι παρὰ ταῦτα λέγει, κἂν αὐτὸς ἡδέως ἀκούσαιμι.

Cap. VI. ΛΑ. Ἀλλ' ἔστι μέν, ὦ Νικία, χαλεπὸν λέγειν περὶ ὁτουοῦν μαθήματος, ὡς οὐ χρὴ μανθάνειν· πάντα γὰρ ἐπίστασθαι ἀγαθὸν δοκεῖ
E εἶναι. καὶ δὴ καὶ τὸ ὁπλιτικὸν τοῦτο, εἰ μέν ἐστι μάθημα, ὅπερ φασὶν οἱ διδάσκοντες, καὶ οἷον Νικίας λέγει, χρὴ αὐτὸ μανθάνειν· εἰ δ' ἔστι μὲν μὴ μάθημα, ἀλλ' ἐξαπατῶσιν οἱ ὑπισχνούμενοι, ἢ μάθημα μὲν τυγχάνει ὄν, μὴ μέντοι τι πάνυ σπου-

Cap. VI. Ἀλλ' ἔστι μέν] De ἀλλὰ — μέν non subiuncto δέ v. God. Hermann. ad Eur. Med. v. 28. ed. Elmsl. et Klotz. ad Devar. II. p. 56 sqq.

E. τι πάνυ σπουδαῖον] τι, vulgo omissum et nuper

D. εἴ τι παρὰ ταῦτα λέγει] Idem est quod paullo ante legebatur ἄλλο παρὰ ταῦτα.

E. τί καὶ δέοι ἂν αὐτὸ μ.] Germanice ad eundem modum dixeris: warum sollte man es *auch* lernen? Infra p. 184. D. τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιοῖ; Vim et potestatem vocabuli καὶ ita in interrogatione usurpati optime declaraverunt Hermannus ad Viger. p. 837. et Bremi ad Demosthen. Oratt. Select. Sect. I. p. 143.

P. 183. ἀλλ' οὐ τούτους γε τοὺς δ.] Sophist. p. 254. C. εἰ μὴ πάσῃ σαφηνείᾳ δυνάμεθα λαβεῖν, ἀλλ' οὖν λόγου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνώμεθα περὶ αὐτῶν. Phaedon. p. 91. B. εἰ δὲ μηδὲν ἔστι τελευτήσαντι, ἀλλ' οὖν τοῦτόν γε τὸν χρόνον — ἀηδὴς ἔσομαι. Protagor. p. 353. A. εἰ μὴ ἔστι τοῦτο τὸ πάθημα, ἀλλὰ τί ποτ' ἐστίν; Menon. p. 84. A. εἰ μὴ βούλει ἀριθμεῖν; ἀλλὰ δεῖξον ἀπὸ ποίας. Ibid. p. 86. E. εἰ μή τι οὖν, ἀλλὰ σμικρόν γέ μοι τῆς ἀρχῆς χάλασον. Xenoph. Cyrop. I. 3, 6. VIII. 7, 22. Eodem modo Latini at vel at certe usurpant, ubi antecedunt coniunctiones si non, si minus, et si, etiamsi, ut significetur, etiamsi altera res alteram tollere aut minuere videatur, hanc tamen locum habere et constare. v. Gronov. ad Liv. XXIV, 37. Oudendorp. ad Caesar. B. C. VI, 40, 2. Handii Tursellin. Vol. I. p. 427.

καὶ ὅτι παρ' ἐκείνοις ἄν τις τ. —] Sic ἂν infra p. 184. B. repetitum: φυλαττόμενος ἂν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰ καὶ σμικρὸν ἐξαμάρτοι, μεγάλας ἂν διαβολὰς ἴσχειν. Sententia haec est: non potuit latere hu-

δαῖον, τί καὶ δέοι ἂν αὐτὸ μανθάνειν; Λέγω δὲ ταῦτα περὶ αὐτοῦ εἰς τάδε ἀποβλέψας, ὅτι οἶμαι ἐγώ, τοῦτο εἴ τι ἦν, οὐκ ἂν λεληθέναι Λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ ἢ τοῦτο ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ τι ἂν μαθόντες καὶ ἐπιτη- 183
δεύσαντες πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον. εἰ δ' ἐκείνους ἐλελήθει, ἀλλ' οὐ τούτους γε τοὺς διδασκάλους αὐτοῦ λέληθεν αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἐκεῖνοι μάλιστα τῶν Ἑλλήνων σπουδάζουσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, καὶ ὅτι παρ' ἐκείνοις ἄν τις τιμηθεὶς εἰς ταῦτα καὶ παρὰ τῶν ἄλλων πλεῖστ' ἂν ἐργάζοιτο χρήματα, ὥςπερ γε καὶ τραγῳδίας ποιητὴς παρ' ἡμῖν τιμηθείς. τοιγάρτοι ὃς ἂν οἴηται τραγῳδίαν καλῶς ποιεῖν, οὐκ ἔξωθεν κύκλῳ περὶ τὴν Ἀττικὴν κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις ἐπιδεικνύμενος περιέρχεται, ἀλλ' εὐθὺς δεῦρο φέρεται καὶ τοῖςδ' ἐπιδείκνυσιν.

quoque a Turic. repudiatum, ex Coisl. Vat. Θ. Ven. Σ. Paris. BCG. Ang. Barb. Pal. Vat. Flor. b. o. Vind. additum. In Bodl. scriptum exstat. ὅν, μηδέν τοί τι πάνυ σπ. apposita tamen in marg. erroris nota.

ius artis magistros, eum, qui apud illos propter talia artificia honoretur, etiam a ceteris Graecis magnam pecuniae vim esse confecturum. Iam facile apparet ad proxima, ὥςπερ γε τιμηθεὶς intelligendum relinqui: καὶ παρὰ τῶν ἄλλων πλεῖστ' ἂν ἐργάζοιτο χρήματα. Enimvero hoc non sic intelligendum est, ac si tragici poëtae ceteras etiam Graeciae urbes visitaverint quaestum poësi factitantes; sed hoc potius dicitur, eos, qui Athenis artis poëticae praemium reportent, facile etiam in aliis Graeciae urbibus effecturos esse, ut magnam poesis mercedem accipiant.

B. καὶ τοῖςδ' ἐπιδείκνυσιν. εἰκότως.] Fuit qui ante εἰκότως tollendam censeret verborum interpunctionem, ut nuper Hermannus fecit. Quod consilium omnino improbamus. Non raro enim εἰκότως et alia id genus adverbia ita postponuntur praecedenti sententiae, ut loquentis de iis, quae dicta sunt, iudicium fiat, ut si Latine dicas: et quidem iure ac merito. Legg. p. 948. B. ἐναργῶς εἶναι θεούς· εἰκότως. ubi vulgo male ante εἰκότως neglecta est interpunctio. Apolog. Socr. p. 32. B. ubi παρανόμως ita subiectum. Aeschines adv. Ctesiph. §. 10. p. 284. ed. Brem. Goth. πολλοὶ γὰρ πάνυ τῶν ὑπευθύνων, ἐπ' αὐτοφώρῳ κλέπται τῶν δημοσίων χρημάτων ὄντες ἐξελεγχόμενοι, διεφύγγανον ἐκ τῶν δικαστηρίων. εἰκότως. ᾐσχύνοντο γάρ, οἶμαι, κ. τ. λ. Demosth. adv. Mid. p. 528. ed. Reisk. πρῶτον μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες — ἁπλοῦν τὸ βλα-

εἰκότως. τοὺς δὲ ἐν ὅπλοις μαχομένους ἐγὼ τούτους ὁρῶ τὴν μὲν Λακεδαίμονα ἡγουμένους εἶναι ἄβατον ἱερὸν καὶ οὐδὲ ἄκρῳ ποδὶ ἐπιβαίνοντας, κύκλῳ δὲ περιιόντας αὐτὴν καὶ πᾶσι μᾶλλον ἐπιδεικνυμένους, καὶ μάλιστα τούτοις, οἳ κἂν αὐτοὶ ὁμολογήσειαν πολλοὺς σφῶν προτέρους εἶναι πρὸς τὰ τοῦ πολέμου.

C Cap. VII. Ἔπειτα, ὦ Λυσίμαχε, οὐ πάνυ ὀλίγοις ἐγὼ τούτων παραγέγονα ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, καὶ ὁρῶ, οἷοί εἰσιν. ἔξεστι δὲ καὶ αὐτόθεν ἡμῖν σκέψασθαι· ὥςπερ γὰρ ἐπίτηδες οὐδεὶς πώποτ' εὐδόκιμος γέγονεν ἐν τῷ πολέμῳ ἀνὴρ τῶν τὰ ὁπλιτικὰ ἐπιτηδευσάντων. καίτοι εἴς γε τἆλλα πάντα ἐκ τούτων οἱ ὀνομαστοὶ γίγνονται, ἐκ τῶν ἐπιτηδευσάντων ἕκαστα· οὗτοι δ', ὡς ἔοικε, παρὰ τοὺς ἄλλους οὕτω σφόδρα εἰς τοῦτο δεδυςτυχήκασιν. ἐπεὶ καὶ τοῦτον τὸν Στη-
D σίλεων, ὃν ὑμεῖς μετ' ἐμοῦ ἐν τοσούτῳ ὄχλῳ ἐθεά-

Cap. VII. P. 183. D. ἐφ' ᾗ ἐπεβάτευε] Steph. cum uno Par. E. ἧς.

τοῦ πρὸς τῇ λόγχῃ] Hic Steph. cum Par. E. om. τοῦ, quod est in ceteris codd. omnibus.

βος κελεύουσιν ἐκτίνειν. εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ παθὼν κ. τ. λ. Quod τοῖς δ' ἐπιδείκνυσιν nunc dicitur, eodem modo activum hoc post medium illatum est Hipp mai. p. 286. B., ubi vid. ann.

ἄβατον ἱερὸν] Isocrat. Hel. Laud. p. 217. ed. Cor. ὅσοι δ' ἂν τὴν αὑτῶν ὥραν διαφυλάξωσιν, ἄβατον ὥςπερ ἱερὸν ποιήσαντες, τούτους — τιμῶμεν. Hinc Plat. Phaedr. p. 245. A. ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχήν.

Cap. VII. C. ἔξεστι δὲ καὶ αὐτόθεν ἡμῖν σκ.] h. e. vel ex hac ipsa re per se spectata. v. ad Philebum p. 170. Dein ὥςπερ ἐπίτηδες dicitur sicut quasi dedita opera, quo utitur Cicero De Orat. I, 20. nam primum, *quasi dedita opera*, neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, quem locum commode cum his comparat Iacobs. Apte Schleiermacher: dass, *recht als müsste es so sein*, niemals irgend einer von diesen Fechtkünstlern ein berühmter Mann geworden ist im Kriege. Nimirum ludit orator verbis ὥςπερ, ἐπίτηδες et τῶν ἐπιτηδευσάντων. Mox ἐκ τῶν ἐπιτηδευσάντων ἕκαστα pronomini τούτων per epexegesin subiectum, cuius usus exempla consignavimus ad Gorg. p. 494. B. Prot. p. 356. C. Reip. I. p. 338. D. IX. p. 578. D. al. — παρὰ τοὺς ἄλλους, praeter ceteros, i. e. magis quam ceteri; ut Apolog. p. 28. C. Ion. p. 539. E.

D. ἐθεασάμην ἐν τῇ ἀληθείᾳ ὡς ἀληθῶς ἐπιδεικνύμενον] Haec ἐκ παραλλήλου posita, monente Heindorfio ad

σασθε ἐπιδεικνύμενον καὶ τὰ μεγάλα περὶ αὐτοῦ λέ-
γοντα ἃ ἔλεγεν, ἑτέρωθι ἐγὼ κάλλιον ἐθεασάμην ἐν
τῇ ἀληθείᾳ ὡς ἀληθῶς ἐπιδεικνύμενον οὐχ ἑκόντα.
προςβαλούσης γὰρ τῆς νεώς, ἐφ' ᾗ ἐπεβάτευε, πρὸς
ὁλκάδα τινά, ἐμάχετο ἔχων δορυδρέπανον, διαφέρον
δὴ ὅπλον, ἅτε καὶ αὐτὸς τῶν ἄλλων διαφέρων. τὰ
μὲν οὖν ἄλλα οὐκ ἄξια λέγειν περὶ τἀνδρός, τὸ δὲ
σόφισμα τὸ τοῦ δρεπάνου τοῦ πρὸς τῇ λόγχῃ οἷον
ἀπέβη. μαχομένου γὰρ αὐτοῦ, ἐνέσχετό που ἐν τοῖς E
τῆς νεὼς σκεύεσι καὶ ἀντελάβετο. εἷλκεν οὖν ὁ Στη-
σίλεως βουλόμενος ἀπολῦσαι, καὶ οὐχ οἷός τ' ἦν·
ἡ δὲ ναῦς τὴν ναῦν παρῄει. τέως μὲν οὖν παρέθει
ἐν τῇ νηὶ ἀντεχόμενος τοῦ δόρατος· ἐπεὶ δὲ δὴ παρ-
ημείβετο ἡ ναῦς τὴν ναῦν καὶ ἐπέσπα αὐτὸν τοῦ
δόρατος ἐχόμενον, κατηφίει τὸ δόρυ διὰ τῆς χειρός,
ἕως ἄκρου τοῦ στύρακος ἀντελάβετο. ἦν δὲ γέλως 184

E. *ἐπεὶ δὲ δὴ παρημ.*] δὴ e Bodl. Vat. Θ. Par. C. additum vulgo aberat.

κατηφίει τὸ δόρυ] Sic Ven. Ξ. Par. G., quos praeeunte Bekkero sequuti sumus. Vulgo erat *ἐφίει*. Vat. habet *ἠφίει*. De terminatione v. ad Menex. p. 236. B. Lysid. p. 222. B.

Phaedon. p. 66. C. *τὸ λεγόμενον ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι*. De Rep. I. p. 347. D. *ὁ τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ συμφέρον σκοπεῖσθαι*. Sensus hic est: alia opportunitate eum pulcrius spectabam in ipsa veritatis luce reapse artem suam ostendentem. — *ἐπιβατεύειν* dicitur miles classiarius, qui non tantum vehitur navi, sed etiam ex ea pugnat. v. Duker. ad Thucyd. VI, 43.

τὸ δὲ σόφισμα τὸ τοῦ δρ.] h. e. callidum illud inventum. Post *οἷον ἀπέβη* int. *ἄξιον λέγειν*.

E. *τέως μὲν οὖν παρέθει* —] usque ad id tempus, dum navis iuxta navem vehebatur. Hunc voculae usum exemplis illustrarunt Ruhnken. ad Tim. p. 256. et Blomfield. ad Aeschyl. Choëphor. v. 980. conf. Ruhnk. ad Tim. 207. A. — *ἐπεὶ δὲ δὴ παρημείβετο*, quum autem iam navis navem praeteriret ipsumque traheret hastam tenentem, hastam coepit per manum dimittere, usque dum extremam fere cuspidem eius teneret. Restitui igitur cum Bekkero quod codd. nonnulli praebuerunt *κατηφίει* pro eo, quod vulgo scribebatur *ἐφίει*. Ceterum Schol. ad h. l. *στύραξ· κέντρον, κέρας, ἐπιδορατίς*. Ammonius: *στύραξ· τὸ ξύλον τοῦ ἀκοντίου*. Etymol. M. *στύραξ· τὸ κάτω τοῦ δόρατος τραχήλιον, ὃ καταπηγνύειν εἰς τὴν γῆν εἰώθασι· ἢ ὁ σαυρωτὴρ καλούμενος, ἢ τοῦ δόρατος ἀρχή, ἐφ' ᾗ στηρίζεται τὸ δόρυ*. Eadem fere narrant Timaeus, Hesychius, Suidas et Schol. ad Thucyd. II, 4., ubi plura interpretes.

καὶ κρότος ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς ὁλκάδος ἐπί τε τῷ σχήματι αὐτοῦ, καὶ ἐπειδὴ βαλόντος τινὸς λίθῳ παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐπὶ τὸ κατάστρωμα ἀφίεται τοῦ δόρατος, τότ' ἤδη καὶ οἱ ἐκ τῆς τριήρους οὐκέτι οἷοί τ' ἦσαν τὸν γέλωτα κατέχειν, ὁρῶντες αἰωρούμενον ἐκ τῆς ὁλκάδος τὸ δορυδρέπανον ἐκεῖνο. ἴσως μὲν οὖν εἴη ἄν τι ταῦτα, ὥςπερ Νικίας λέγει· οἷς δ' οὖν ἐγὼ ἐντετύχηκα, τοιαῦτ' ἄττα ἐστίν.

B Cap. VIII. Ὃ οὖν καὶ ἐξ ἀρχῆς εἶπον, ὅτι εἴτε οὕτω σμικρὰς ὠφελείας ἔχει μάθημα ὄν, εἴτε μὴ ὂν φασὶ καὶ προςποιοῦνται αὐτὸ εἶναι μάθημα, οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν μανθάνειν. καὶ γὰρ οὖν μοι δοκεῖ, εἰ μὲν δειλός τις ὢν οἴοιτο αὐτὸν ἐπίστασθαι, θρασύτερος ἂν δι' αὐτὸ γενόμενος ἐπιφανέστερος γένοιτο οἷος

P. 184. τὸ δορυδρέπανον ἐκεῖνο] Plurimi codd. ἐκείνῳ. τοιαῦτ' ἄττα ἐστίν] Steph. εἰσίν, quod soli Par. E. Palat. habent.

Cap. VIII. B. αὐτόν ἐπίστασθαι] Vulgo δεῖν αὐτὸ ἐπίστασθαι. Sed δεῖν om. Bodl. Vat. Θ. r. alii post αὐτόν ponunt. Codd. omnes αὐτὸν vel αὐτὸν praeter Coisl., qui αὐτὸ habet ex

P. 184. ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς ὁλκάδος] Cur ἐκ τῆς ὁλκάδος neque ἐν τῇ ὁλκάδι dicatur, docebunt quae ad Apol. Socr. p. 32. B. p. 35. B. Phaedon. p. 58. A. p. 76. D. monuimus. conf. Matth. Gr. §. 596. 5. a. et b.

ἐπί τε τῷ σχήματι] Voculae τε in proximis respondet enuntiatum, quod est instar nominis substantivi: καὶ — τότ' ἤδη — τὸ δορύπεδον ἐκεῖνο, quod tamen admisso anacolutho liberius est conformatum.

ἴσως μὲν οὖν εἴη ἄν τι ταῦτα, —] Fortasse igitur ista artificia τῆς ὁπλομαχίας non nihil pretii et utilitatis habeant, quemadmodum Nicias censet; at enimvero quae ego vidi et cognovi, talia fere sunt. Rem factam esse quo tempore classis Atheniensium Lachete praetore ad oram Siciliae appulerat, praestantissimi Iacobsii coniectura est. v. Thucyd. III, 90.

Cap. VIII. B. Ὃ οὖν καὶ ἐξ ἀρχῆς εἶπον, ὅτι — οὐκ ἄξιον ἐπ. μ.] h. e. τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐκ ἄξιόν ἐστιν ἐπ. μ. Breviloquentiae genus satis tritum; v. De Rep. VI. p. 491. B. Lysid. p. 204. D. Hipp. min. p. 368. C. Phaedr. p. 248. B. conf. Matthiae Gr. §. 432. 5. pag. 806.

καὶ γὰρ οὖν μοι δοκεῖ — διαβολὰς ἴσχειν] Duplex structura verborum cum δοκεῖ consociata, quod in priore membro optativum habet adiunctum, in posteriore usu vulgari infinitivum adsciscit. Optativum non miraberis memor eorum, quae de formulis οἶμαι δέ, δοκεῖ μέν,

ἦν· εἰ δὲ ἀνδρεῖος, φυλαττόμενος ἂν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰ καὶ σμικρὸν ἐξαμάρτοι, μεγάλας ἂν διαβολὰς ἴσχειν· ἐπίφθονος γὰρ ἡ προςποίησις τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης, ὥςτ', εἰ μή τι θαυμαστὸν ὅσον διαφέρει C τῇ ἀρετῇ τῶν ἄλλων, οὐκ ἔσθ' ὅπως ἄν τις φύγοι τὸ καταγέλαστος γενέσθαι, φάσκων ἔχειν ταύτην τὴν ἐπιστήμην. Τοιαύτη τις ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Λυσίμαχε, ἡ περὶ τοῦτο τὸ μάθημα εἶναι σπουδή· χρὴ δ', ὅπερ σοι ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, καὶ Σωκράτη τόνδε μὴ ἀφιέναι, ἀλλὰ δεῖσθαι συμβουλεύειν, ὅπῃ δοκεῖ αὐτῷ περὶ τοῦ προκειμένου.

ΛΥ. Ἀλλὰ δέομαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ ὥςπερ ἔτι τοῦ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ D βουλή. εἰ μὲν γὰρ συνεφερέσθην τώδε, ἧττον ἂν τοῦ

corr. Scripsi igitur *οἴοιτο αὐτόν*, extruso *δεῖν*, quod post nos suasit etiam Winckelm. ad Euthyd. p. 146.

C. *ἡ περὶ τοῦτο τὸ μάθημα* *τοῦτο* om. Steph. cum Par. E.

ὥςπερ ἔτι τοῦ διακρ.] V. *ἐπί*, quod emendavit Heindorf. ad Charmid. §. 7.

et similibus, rectae orationi praemissis ad Lysid. p. 206. C. 218. E. Alcibiad. I. p. 112. C. Gorg. p. 260. A. Reip. VI. p. 507. D. X. p. 608. D. exposuimus. Nec constructionis mutatio quenquam male habebit, qui, quanta libertate Graeci hoc in genere usi sint, fuerit recordatus. Illud unum fortasse quispiam moleste ferat, quod *δοκεῖ*, quum sit in principio enuntiati impersonaliter positum, tamen ad haec: *φυλαττόμενος ἂν — διαβολὰς ἴσχειν*, ita refertur, ut personaliter accipiendum sit. Sed hunc quoque scrupulum eximent quae ad Hipp. min. p. 372. D. annotavi. Ante *οἷος ἦν* Schleiermacherus *ἢ* delendum censet, ut sententia verborum haec sit: *ἡ αὐτοῦ δειλία μᾶλλον ἂν φαίνοιτο.* Cui recte assensi sunt Iacobsius et Bekkerus. Contorta est Engelhardti interpretatio, qui, ut *ἢ* tueatur, haec putat ex duobus enuntiatis per breviloquentiam conflata esse, altero: *ἐπιφανέστερος ἂν γένοιτο ἢ ἦν, sc. δειλὸς ὤν*: altero, *ἐπιφανέστερος ἂν γένοιτο οἷός ἐστιν.* Ceterum de *αὐτὸν ἐπίστασθαι*, accusativo cum infinitivo, v. ad Sympos. p. 175. C. et Krüger. De Attractione p. 386. Bernhardy Synt. p. 367.

C. *ὥςπερ ἔτι τοῦ διακρινοῦντος*] De hoc usu articuli v. ad Menexen. p. 235. D. et Reip. VII. p. 524. E. Illud *ὥςπερ* illustrabunt quae ad Menex. p. 235. C. adscripsimus. Vana est Heusdii suspicio specim. Crit. p. 122. scribendum putantis: *καὶ ὥςπερ ἐπικρινοῦντός του καὶ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν.*

τοιούτου ἔδει· νῦν δέ — τὴν ἐναντίαν γάρ, ὡς ὁρᾷς, Λάχης Νικίᾳ ἔθετο· εὖ δὴ ἔχει ἀκοῦσαι καὶ σοῦ, ποτέρῳ τοῖν ἀνδροῖν σύμψηφος εἶ.

Cap. IX. *ΣΩ. Τί δαί, ὦ Λυσίμαχε; ὁπότερ' ἂν οἱ πλείους ἐπαινῶσιν ἡμῶν, τούτοις μέλλεις χρῆσθαι;*

ΛΥ. Τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιοῖ, ὦ Σώκρατες;

E *ΣΩ. Ἦ καὶ σύ, ὦ Μελησία, οὕτως ἂν ποιοῖς; κἂν εἴ τις περὶ ἀγωνίας τοῦ υἱέος σοι βουλὴ εἴη, τί χρὴ ἀσκεῖν, ἆρα τοῖς πλείοσιν ἂν ἡμῶν πείθοιο, ἢ ἐκείνῳ, ὅςτις τυγχάνει ὑπὸ παιδοτρίβῃ ἀγαθῷ πεπαιδευμένος καὶ ἠσκηκώς;*

ΜΕ. Ἐκείνῳ εἰκός γε, ὦ Σώκρατες.

*ΣΩ. Αὐτῷ ἄρ' ἂν μᾶλλον *πείθοιο ἢ τέτταρσιν οὖσιν ἡμῖν;*

ΜΕ. Ἴσως.

ΣΩ. Ἐπιστήμῃ γάρ, οἶμαι, δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ' οὐ πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κριθήσεσθαι.

ΜΕ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ νῦν χρὴ πρῶτον αὐτὸ τοῦτο

D. *ἀκοῦσαι καὶ σοῦ*] Steph. cum Par. E. *καὶ σοῦ ἀκοῦσαι.*
Cap. IX. *ὁπότερ' ἂν οἱ πλείους*] Libri omnes *ὁπότε*, quod emendavit Bekker. de coniectura Schleiermacheri.
E. *ἢ ἐκείνῳ*] Sic Ven. Ξ. Par. G. Ang. Pal. Flor. o. Vulgo *κείνῳ*. Flor. a. b. c. *'κείνῳ*. Deinde codd. omnes *τυγχάνει*. conf. ad

concordat cum praeceptis veterum grammaticorum. v. Moeris p. 246. Gregor. Corinth. p. 148. *οἱ Ἀττικοὶ καὶ τὸν πνεύμονα πλεύμονα, καὶ τὸ νίτρον λίτρον.* conf. Brunck. ad Aristoph. Ran. v. 271. ad Sophocl. Trachin. v. 567. Porson. ad Eurip. Orest. v. 271. Blomfield. ad Aeschyl. Sept. adv. Theb. v. 61. Lobeck. ad Phrynich. p. 305. — Pro: *Οὐδ' ὁπωστιοῦν οὐδ' αὕτη.* exspectabas *Οὐδ' ὁπωστιοῦν οὐδὲ τοῦτον.* Sed respicitur ad superius illud: *ἴδωμεν δὴ ἡ εἰς τί φρόνιμος* sc. *καρτερία ἀνδρία ἐστίν*: quibus iam femininum pronominis accommodatum est.

P. 193. *φρονίμως λογιζόμενον*] h. e. *τὸν κίνδυνον ὑπολογιζόμενον.*

B. *Τὸν ἐν τῷ ἐναντίῳ*] Intell. *καλεῖν ἀνδρεῖον.*

D ΣΩ. Οὐκοῦν αἰσχρὰ ἡ ἄφρων τόλμα τε καὶ καρτέρησις ἐν τῷ πρόσθεν ἐφάνη ἡμῖν οὖσα καὶ βλαβερά;

ΛΑ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἡ δέ γε ἀνδρεία ὡμολογεῖτο καλόν τι εἶναι.

ΛΑ. Ὡμολογεῖτο γάρ.

ΣΩ. Νῦν δ' αὖ πάλιν φαμὲν ἐκεῖνο τὸ αἰσχρόν, τὴν ἄφρονα καρτέρησιν, ἀνδρείαν εἶναι.

ΛΑ. Ἐοίκαμεν.

ΣΩ. Καλῶς οὖν σοι δοκοῦμεν λέγειν;

ΛΑ. Μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, ἐμοὶ μὲν οὔ.

Cap. XXI. ΣΩ. Οὐκ ἄρα που κατὰ τὸν σὸν E λόγον δωριστὶ ἡρμόσμεθα ἐγώ τε καὶ σύ, ὦ Λάχης· τὰ γὰρ ἔργα οὐ ξυμφωνεῖ ἡμῖν τοῖς λόγοις. ἔργῳ μὲν γάρ, ὡς ἔοικε, φαίη ἄν τις ἡμᾶς ἀνδρείας μετέχειν, λόγῳ δ', ὡς ἐγῷμαι, οὐκ ἄν, εἰ νῦν ἡμῶν ἀκούσειε διαλεγομένων.

ΛΑ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Τί οὖν; δοκεῖ καλὸν εἶναι οὕτως ἡμᾶς διακεῖσθαι;

ΛΑ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν.

ΣΩ. Βούλει οὖν ᾧ λέγομεν πειθώμεθα τό γε τοσοῦτον;

D. ὡμολογεῖτο καλόν τι εἶναι] Sic Bodl. Vulgo ὡμολόγητο. Eodem modo paullo post.

Cap. XX. E. εἰ νῦν ἡμῶν ἀκούσειε διαλ.] Ita scripsimus de coniectura Iacobsii, etiam Bekkero probata. Vulgo ἀκούσει.

Cap. XXI. E. εἰ νῦν ἡμῶν ἀκούσειε διαλεγομένων] h. e. quum parum constanter disseramus atque pugnantia proferamus.

P. 194. εἰ ἄρα πολλάκις] V. ad p. 179. B. Post ἡ καρτέρησίς ἐστιν Heusdius ἀνδρία delendum putat. Non assentior.

Ἐγὼ μὲν ἕτοιμος] Intell. εἰμί. v. ad p. 180. A. Verbum προαφίστασθαι ita positum Phaedon. p. 85. C. τὸ μέντοι αὖ τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν μὴ οὐχὶ παντὶ τρόπῳ ἐλέγχειν καὶ μὴ προαφίστασθαι, πρὶν ἂν πανταχῇ σκοπῶν ἀπείπῃ τις, πάνυ μαλθακοῦ εἶναι ἀνδρός. Politic. p. 285. A. μὴ προαφίστασθαι, πρὶν ἂν ἐν αὐτῇ τὰς διαφορὰς ἴδῃ πάσας. — τίς με καὶ φιλονεικία εἴληφε, ut Phaedr. p. 238. C. εὔροιά τίς σε εἴληφεν.

B. ἀγανακτῶ, εἰ — μὴ

ΛΑ. Τὸ ποῖον δὴ τοῦτο, καὶ τίνι τούτῳ;

ΣΩ. Τῷ λόγῳ, ὃς καρτερεῖν κελεύει. εἰ οὖν 194 βούλει, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῇ ζητήσει ἐπιμείνωμέν τε καὶ καρτερήσωμεν, ἵνα καὶ μὴ ἡμῶν αὐτὴ ἡ ἀνδρεία καταγελάσῃ, ὅτι οὐκ ἀνδρείως αὐτὴν ζητοῦμεν, εἰ ἄρα πολλάκις αὐτὴ ἡ καρτέρησίς ἐστιν ἀνδρεία.

ΛΑ. Ἐγὼ μὲν ἕτοιμος, ὦ Σώκρατες, μὴ προαφίστασθαι. καίτοι ἀήθης γ' εἰμὶ τῶν τοιούτων λόγων, ἀλλά τίς με καὶ φιλονεικία εἴληφε πρὸς τὰ εἰρημένα, καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγανακτῶ, εἰ οὑτωσὶ ἃ νοῶ B μὴ οἷός τ' εἰμὶ εἰπεῖν· νοεῖν μὲν γάρ ἔμοιγε δοκῶ περὶ ἀνδρείας, ὅ τι ἔστιν, οὐκ οἶδα δ' ὅπῃ με ἄρτι διέφυγεν, ὥστε μὴ ξυλλαβεῖν τῷ λόγῳ αὐτὴν καὶ εἰπεῖν ὅ τι ἔστιν.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ φίλε, τὸν ἀγαθὸν κυνηγέτην μεταθεῖν χρὴ καὶ μὴ ἀνιέναι;

ΛΑ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Βούλει οὖν καὶ Νικίαν τόνδε παρακαλῶμεν ἐπὶ τὸ κυνηγέσιον, εἴ τι ἡμῶν εὐπορώτερός ἐστιν;

ΛΑ. Βούλομαι· πῶς γὰρ οὔ;

Cap. XXII. *ΣΩ.* Ἴθι δή, ὦ Νικία, ἀνδράσι C φίλοις χειμαζομένοις ἐν λόγῳ καὶ ἀποροῦσι βοήθησον, εἴ τινα ἔχεις δύναμιν. τὰ μὲν γὰρ δὴ ἡμέτερα ὁρᾷς

P. 194. *ἵνα καὶ μὴ ἡμῶν αὐτὴ ἡ ἀνδρ.*] *αὐτῶν* vulgo ante *ἡμῶν* interpositum delevi cum Bodl. Coisl. Ven. Ξ. Par. G. Urb. Vat. r. Praeterea pro *μὴ καὶ* ex plurimis optimisque *καὶ μὴ* dedimus.

οἷός τ' εἰμί] In talibus *εἰ* quid ab *ὅτι* differat, perspecte docuit Rost. Gr. §. 121. ann. 5. p. 607. ed. IV.

τὸν ἀγαθὸν κυνηγέτην μεταθεῖν χρὴ —] Verba venatoria saepe a Platone ad disputationem et veri investigationem transferuntur. Parmenid. p. 128. C. *καίτοι ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα.* Theaet. p. 203. D. Politic. p. 258. E. p. 284. B. p. 301. E. De Rep. IV. p. 432. B. ubi v. ann. conf. Wyttenbach. Ep. crit. p. 41. Creuzer. ad Proclum et Olympiodorum T. I. p. 177.

Cap. XXII. C. *χειμαζομένοις ἐν λόγῳ*] Apte comparavit Iacobs. Phileb. p. 29. B. *χειμαζόμεθα γὰρ ὄντως ὑπ' ἀπορίας ἐν τοῖς νῦν λόγοις.* Eadem imago est De Rep. V. p. 472. A. p. 457. B. p. 453. D. p. 441. C. Euthyd. p. 292. E.

ὡς ἄπορα· σὺ δ' εἰπὼν ὅ τι ἡγεῖ ἀνδρείαν εἶναι, ἡμᾶς τε τῆς ἀπορίας ἔκλυσαι καὶ αὐτὸς ἃ νοεῖς τῷ λόγῳ βεβαίωσαι.

ΝΙ. Δοκεῖτε τοίνυν μοι πάλαι οὐ καλῶς, ὦ Σώκρατες, ὁρίζεσθαι τὴν ἀνδρείαν· ὃ γὰρ ἐγὼ σοῦ ἤδη καλῶς λέγοντος ἀκήκοα, τούτῳ οὐ χρῆσθε.

ΣΩ. Ποίῳ δή, ὦ Νικία;

D ΝΙ. Πολλάκις ἀκήκοά σου λέγοντος, ὅτι ταῦτα ἀγαθὸς ἕκαστος ἡμῶν, ἅπερ σοφός, ἃ δὲ ἀμαθής, ταῦτα δὲ κακός.

ΣΩ. Ἀληθῆ μέντοι νὴ Δία λέγεις, ὦ Νικία.

ΝΙ. Οὐκοῦν εἴπερ ὁ ἀνδρεῖος ἀγαθός, δῆλον, ὅτι σοφός ἐστιν.

ΣΩ. Ἤκουσας, ὦ Λάχης;

ΛΑ. Ἔγωγε, καὶ οὐ σφόδρα γε μανθάνω ὃ λέγει.

ΣΩ. Ἀλλ' ἐγὼ δοκῶ μανθάνειν, καί μοι δοκεῖ· ἁνὴρ σοφίαν τινὰ τὴν ἀνδρείαν λέγειν.

ΛΑ. Ποίαν, ὦ Σώκρατες, σοφίαν;

E ΣΩ. Οὐκοῦν τόνδε τοῦτο ἐρωτᾷς;

Cap. XXII. D. *δοκεῖ ἁνὴρ σοφίαν τινὰ*] V. *ὁ ἀνήρ*, quod est in Par. E. Ceteri codd. *δοκεῖ ἀνήρ σ. τ.* Scripsi cum Bekkero *ἁνήρ*, quae crasis saepe obliterata est.

D. *ταῦτα ἀγαθὸς ἕκαστος — ἅπερ σοφός*] Socrates enim scientiam non putabat seiunctam esse ab usu et actione vitae ideoque *τὴν ἐπιστήμην* volebat esse etiam *δύναμιν*. Xenoph. Mem. IV. 6, 7. *ὃ ἄρα ἐπίσταται ἕκαστος, τοῦτο καὶ σοφός ἐστιν.* Oecon. I. 2. Plat. Alcibiad. I. p. 125. A. *ὃ ἕκαστος φρόνιμος, τοῦτο καὶ ἀγαθός.* Ion. p. 532. C. Itaque vir sapientissimus non noverat scientiam puram, quam vocant, ab ipsius vitae veritate segregatam.

Ποίαν — σοφίαν] Habet haec interrogatio lenem quandam admirationis et irrisionis significationem. Genus loquendi affatim illustrarunt Heusdius Specim. Crit. p. 108. Heindorf. ad Charmid. p. 174. B. Reisig. Coniectan. in Aristoph. p. 34 sq., quibus adde nostra ad Hipp. mai. p. 285. D. Paullo ante quod post *ἃ δὲ ἀμαθὴς* sequitur *ταῦτα δέ*, iterata particula, nihil hoc usu est frequentius, de quo legas, si placet, quae exposuimus ad Phaedon. p. 78. C.

P. 195. *Πρὸς ὅ τι; χωρὶς δήπου σ. ἐ. ἀνδρείας*] Ferri non potest quod ante Bekkerum erat divulgatum, *Πρὸς τί;* Nam alterius interrogatio sicubi iteratur, relativo opus est propterea, quod ellipsis verbi locum habet, unde ea interrogatio suspensa esse cogitatur. Veluti hoc loco ad *πρὸς ὅ τι* ex ipsa disputationis ratione facile intel-

ΛΑ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἴθι δή, αὐτῷ εἰπέ, ὦ Νικία, ποία σοφία ἀνδρεία ἂν εἴη κατὰ τὸν σὸν λόγον. οὐ γάρ που ἥ γε αὐλητική.

ΝΙ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Οὐδὲ μὴν ἡ κιθαριστική.

ΝΙ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀλλὰ τίς δη αὕτη ἢ τίνος ἐπιστήμη;

ΛΑ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς αὐτὸν ἐρωτᾷς, ὦ Σώκρατες, καὶ εἰπέτω γε, τίνα φησὶν αὐτὴν εἶναι.

ΝΙ. Ταύτην ἔγωγε, ὦ Λάχης, τὴν τῶν δεινῶν καὶ θαῤῥαλέων ἐπιστήμην καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν τοῖς 195
ἄλλοις ἅπασιν.

ΛΑ. Ὡς ἄτοπα λέγει, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Πρὸς τί τοῦτ' εἶπες βλέψας, ὦ Λάχης;

ΛΑ. Πρὸς ὅ τι; χωρὶς δήπου σοφία ἐστὶν ἀνδρείας.

ΣΩ. Οὔκουν φησί γε Νικίας.

P. 195. *Πρὸς ὅ τι; χωρὶς δήπου —*] Sic Par. G. et Bekker„ quod unice verum. Vulgo erat *Πρὸς τί; χωρ. δ.* v. ann.

lexeris *ἐρωτᾷς*. Germanice haec ita reddere licebit: Worauf zieltest du mit diesen Worten hin? Lach. Worauf, fragst du? Huic regulae si qui loci non videntur congruere, ii aut corrigendi sunt aut alia ratione interpretandi. Exempla si quaeris, larga manu illa suppeditabunt Matth. Gr. §. 488. 1. et Elmsl. ad Eurip. Med. v. 1103. Conf. etiam nostra ad Menon. p. 74. D. Dein *σοφία* dicitur *χωρὶς εἶναι ἀνδρείας*, h. e. ab ea segregata ac diversa esse. Phileb. p. 44. A. *εἴπερ χωρὶς τοῦ μὴ λυπεῖσθαι καὶ τοῦ χαίρειν ἡ φύσις.* Euthydem. p. 289. D. *δῆλον οὖν ὅτι καὶ περὶ λόγους χωρὶς ἡ τοῦ ποιεῖν τέχνη καὶ ἡ τοῦ χρῆσθαι.* Sophocl. Oed. Col. 808. *χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὸ καίρια*: nam sic ibi legendum pro vulg. *καὶ τὰ καίρια*. Eurip. Iphig. Aul. v. 859. *χωρὶς τἀμὰ κἀγαμέμνονος*. v. ad Protagor. p. 336. B.

Οὔκουν φησί γε Νικίας] h. e. Id quidem negat Nicias. Lach. Negat vero per Iovem: in eo sane etiam delirat. Nam *οὔ φάναι* est negare.

Οὔκ, ἀλλά μοι δοκεῖ] Non est ita; h. e. non meliora docendus videtur: sed mihi videtur Laches optare, ut ego quoque nihil dicere videar. Fallitur enim Engelhardt. post *Οὔκ* supplen-

ΛΑ. Οὐ μέντοι μὰ Δία· ταῦτά τοι καὶ ληρεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν διδάσκωμεν αὐτόν, ἀλλὰ μὴ λοιδορῶμεν.

ΝΙ. Οὔκ, ἀλλά μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, Λάχης ἐπιθυμεῖν κἀμὲ φανῆναι μηδὲν λέγοντα, ὅτι καὶ αὐτὸς ἄρτι τοιοῦτος ἐφάνη.

B Cap. XXIII. *ΛΑ.* Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Νικία, καὶ πειράσομαί γε ἀποφῆναι· οὐδὲν γὰρ λέγεις· ἐπεὶ αὐτίκα ἐν ταῖς νόσοις οὐχ οἱ ἰατροὶ τὰ δεινὰ ἐπίστανται; ἢ οἱ ἀνδρεῖοι δοκοῦσί σοι ἐπίστασθαι; ἢ τοὺς ἰατροὺς σὺ ἀνδρείους καλεῖς;

ΝΙ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν.

ΛΑ. Οὐδέ γε τοὺς γεωργούς, οἶμαι. καίτοι τά γε ἐν τῇ γεωργίᾳ δεινὰ οὗτοι δήπου ἐπίστανται, καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργοὶ ἅπαντες τὰ ἐν ταῖς αὑτῶν τέχναις δεινά τε καὶ θαῤῥαλέα ἴσασιν· ἀλλ' οὐδέν τι
C μᾶλλον οὗτοι ἀνδρεῖοί εἰσι.

ΣΩ. Τί δοκεῖ Λάχης λέγειν, ὦ Νικία; ἔοικε μέντοι λέγειν τι.

τοιοῦτος ἐφάνη] V. τοιοῦτός τις ἐφ., quod e Bodl. Vat. Θ. Pal. Flor. o. mutavi.

Cap. XXIII. B. οὐχ οἱ ἰατροί] V. οὐχὶ οἱ ἰατροί, quod paucissimi cum Par. E. tuentur.

C. οἱ δὲ δή τοι τοσ.] Vulgo τι pro τοι, quod habent Ven. Ξ. et Ang. Dein Bodl. Vat. Θ. Coisl. Par. G. et rec. Ven. Ξ. τοσοῦτον δήπου μόνον. Unde Winckelm. coni. οἱ δέ τι τοσοῦτον

dum ratus ἐθέλει διδάσκειν ἐμέ. Ceterum haec orationis forma apud Platonem non infrequens est. v. De Rep. III. p. 405. C. Parmenid. p. 128. A. Phaedr. p. 236. D. Theaet. p. 149. Protagor. p. 343. D. Gorg. p. 448. D. p. 453. D. p. 477. A. al. — τοιοῦτος, qui nihil sani in medium attulerit.

Cap. XXIII. B. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Νικία] Int. ἐπιθυμῶ σὲ φανῆναι μηδὲν λέγοντα. — ἐπεὶ αὐτίκα, nam ut statim exemplum afferam; quemadmodum est continuo apud Virgil. Georg. I. 356. conf. Gorg. p. 472. D. Protagor. p. 359. E. Sed v. intpp. ad Gregor. Corinth. p. 416. Ruhnken. ad Tim. p. 56.

C. Ὅτι οἴεται τοὺς ἰατρούς] Pendet haec ex verbis: λέγει οὐδὲν ἀληθές; quae ex antecedentibus huc revocanda sunt. Mox illud οἷόν τε nescio quid habet offensionis. Nisi forte existimare licet scriptorem in mente habuisse οἷόν τε καὶ μή, sed pro καὶ μὴ posuisse καὶ νοσῶδες. Itaque nolim statim cor-

ΝΙ. Καὶ γὰρ λέγει γέ τι, οὐ μέντοι ἀληθές γε.

ΣΩ. Πῶς δή;

ΝΙ. Ὅτι οἴεται τοὺς ἰατροὺς πλέον τι εἰδέναι περὶ τοὺς κάμνοντας ἢ τὸ ὑγιεινὸν εἰπεῖν οἷόν τε καὶ νοσῶδες. οἱ δὲ δή τοι τοσοῦτον μόνον ἴσασιν· εἰ δὲ δεινόν τῳ τοῦτό ἐστι, τὸ ὑγιαίνειν, μᾶλλον ἢ τὸ κάμνειν, ἡγεῖ σὺ τουτί, ὦ Λάχης, τοὺς ἰατροὺς ἐπίστασθαι; ἢ οὐ πολλοῖς οἴει ἐκ τῆς νόσου ἄμεινον εἶναι μὴ ἀναστῆναι ἢ ἀναστῆναι; τοῦτο γὰρ εἰπέ· D σὺ πᾶσι φῂς ἄμεινον εἶναι ζῆν καὶ οὐ πολλοῖς κρεῖττον τεθνάναι;

ΛΑ. Οἶμαι ἔγωγε τοῦτό γε.

ΝΙ. Οἷς οὖν τεθνάναι λυσιτελεῖ, ταὐτὰ οἴει δεινὰ εἶναι καὶ οἷς ζῆν;

ΛΑ. Οὐκ ἔγωγε.

ΝΙ. Ἀλλὰ τοῦτο δὴ σὺ δίδως τοῖς ἰατροῖς γιγνώσκειν ἢ ἄλλῳ τινὶ δημιουργῷ πλὴν τῷ τῶν δεινῶν καὶ μὴ δεινῶν ἐπιστήμονι, ὃν ἐγὼ ἀνδρεῖον καλῶ;

ΣΩ. Κατανοεῖς, ὦ Λάχης, ὅ τι λέγει;

ΛΑ. Ἔγωγε, ὅτι γε τοὺς μάντεις καλεῖ τοὺς E

δήπου μόνον ἴσασιν. Hermann. scripsit οἱ δὲ δήπου τοσοῦτον μόνον.

D. *Οἶμαι ἔγωγε τοῦτό γε*] Οἶμαι nuper demum e Bodl. Vat. Θ. Par. G. Ven. Ξ. Vat. r. Vind. additum. Paullo ante vulg. κρεῖττόν γε τεθν., quod solus Par. E. servat: ceteri γε extrudunt.

καὶ μὴ δεινῶν Haec vulgo absunt: servarunt ea Bodl. Vat. Θ. Par. G. Vat. r. Vind. Deinceps pro vulg. οἷον e Bodl. Vat. Θ. r. Ven. Ξ. Par G. Vind. scripsimus ὅν.

rigere οἷόν ἐστιν. Engelhardtus τε putat traiectum esse, quum proprie dicendum fuerit ἢ τὸ ὑγιεινόν τε εἰπεῖν οἷόν ἐστιν. Quae ratio et ipsa non improbabilis est, modo ne voculam opineris revera alieno loco collocatam esse. Imo potius ea propterea est postposita, quod verba τὸ ὑγιεινὸν εἰπεῖν οἷόν ἐστι in unum coniunguntur.

τοῦτό ἐστι, τὸ ὑγιαίνειν, μᾶλλον —] Additur τὸ ὑγιαίνειν pronomini τοῦτο perspicuitatis gratia; de quo loquendi genere v. ad Gorg. p. 501. A. et supra p. 183. C.

D. *καὶ οὐ πολλοῖς*] V. ad p. 179. A.

E. *ὅτι γε τοὺς μάντεις καλεῖ τοὺς ἀνδρείους*] Ita articulus praedicato iunctus Legg. I. p. 633. E. λέγομεν τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν κρατούμενον τοῦτον τὸν ἐπονειδίστως ἥττονα ἑαυτοῦ. Theaet. p. 145. D. ἆρ' οὖν τὸ μανθάνειν ἐστὶ τὸ σοφώτερον γίγνεσθαι; Gorg. p. 491 E. τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς σώφρονας.

ἀνδρείους· τίς γὰρ δὴ ἄλλος εἴσεται, ὅτῳ ἄμεινον ζῆν ἢ τεθνάναι; καίτοι σύ, ὦ Νικία, πότερον ὁμολογεῖς μάντις εἶναι, ἢ οὔτε μάντις οὔτε ἀνδρεῖος;

ΝΙ. Τί δαί; μάντει αὖ οἴει προσήκειν τὰ δεινὰ γιγνώσκειν καὶ τὰ θαῤῥαλέα;

ΛΑ. Ἔγωγε· τίνι γὰρ ἄλλῳ;

Cap. XXIV. *ΝΙ.* Ὧι ἐγὼ λέγω, πολὺ μᾶλλον, ὦ βέλτιστε· ἐπεὶ μάντιν γε τὰ σημεῖα μόνον δεῖ γιγνώσκειν τῶν ἐσομένων, εἴτε τῳ θάνατος εἴτε νόσος
196 εἴτε ἀποβολὴ χρημάτων ἔσται, εἴτε νίκη εἴτε ἧττα ἢ πολέμου ἢ καὶ ἄλλης τινὸς ἀγωνίας· ὅ τι δέ τῳ ἄμεινον τούτων ἢ παθεῖν ἢ μὴ παθεῖν, τί μᾶλλον μάντει προσήκει κρῖναι ἢ ἄλλῳ ὁτῳοῦν;

ΛΑ. Ἀλλ' ἐγὼ τοῦτον οὐ μανθάνω, ὦ Σώκρατες, ὅ τι βούλεται λέγειν· οὔτε γὰρ μάντιν οὔτε ἰατρὸν οὔτε ἄλλον οὐδένα δηλοῖ, ὅντινα λέγει τὸν ἀνδρεῖον, εἰ μὴ εἰ θεόν τινα λέγει αὐτὸν εἶναι. ἐμοὶ
B μὲν οὖν φαίνεται Νικίας οὐκ ἐθέλειν γενναίως ὁμολογεῖν, ὅτι οὐδὲν λέγει, ἀλλὰ στρέφεται ἄνω καὶ κάτω ἐπικρυπτόμενος τὴν αὑτοῦ ἀπορίαν. καίτοι κἂν ἡμεῖς οἷοί τε ἦμεν ἄρτι ἐγώ τε καὶ σὺ τοιαῦτα στρέφεσθαι,

E. *αὖ οἴει προσήκειν*] προσήκει Herm. ex Bodl. et Urb.
Cap. XXIV. P. 196. *ἢ καὶ ἄλλης*] V. καὶ om. invitis codd. fere omnibus.

P. 196. *εἰ μὴ εἰ θεόν τινα*] Ponitur εἰ μὴ εἰ prorsus eodem modo, quo Latini nisi si usurpant. v. ad Gorg. p. 480. B. In Sympos. p. 221. D. nunc ex optimis libris legitur εἰ μὴ ἄρα εἰ οἷς ἐγὼ λέγω ἀπεικάζοι τις αὐτόν.

B. *στρέφεται ἄνω καὶ κάτω*] Dicitur de eo, qui prae consilii inopia callide tergiversatur, ut Ion. p. 541. E., ubi v. ann. De Rep. III. p. 405. C. πάσας στροφὰς στρέφεσθαι dicitur de homine versuto et fraudulento. Mox ad εἶχεν ἄν τινα λόγον conf. Alcib. II. p. 142. εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ κίνδυνοί τε καὶ πόνοι φέροντες εἰς ὠφέλιμον, εἶχεν ἄν τινα λόγον, sc. αὐτό. Phaedon. p. 62. B. ἀλλ' ἴσως ἔχει γέ τινα λόγον. Apol. p. 31. B. ubi tamen codd. meliores εἶχον. De usu verborum νῦν δέ v. p. 184. D.

ὁρῶμεν, μὴ Νικίας οἴεταί τι λέγειν] V. Rost. Gr. §. 122. 12. ann. 9. p. 629. ed. IV. — *λόγου ἕνεκα*, dicis causa, quod Galli dicunt pour parler; ut Criton. p. 46. D. Theaet. p. 191. C. Euthydem. p. 286. D.

C. *ἐγὼ δ' ἴσως ἱκανῶς πέπυσμαι*] Ita ἴσως cum irri-

εἰ ἐβουλόμεθα μὴ δοκεῖν ἐναντία ἡμῖν αὐτοῖς λέγειν. εἰ μὲν οὖν ἐν δικαστηρίῳ ἡμῖν οἱ λόγοι ἦσαν, εἶχεν ἄν τινα λόγον ταῦτα ποιεῖν· νῦν δὲ τί ἄν τις ἐν ξυνουσίᾳ τοιᾷδε μάτην κενοῖς λόγοις αὐτὸς αὐτὸν κοσμοῖ;

ΣΩ. Οὐδὲν οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Λάχης· ἀλλ' ὁρῶμεν μὴ Νικίας οἴεταί τι λέγειν καὶ οὐ λόγου ἕνεκα ταῦτα λέγει. αὐτοῦ οὖν σαφέστερον πυθώμεθα, τί ποτε νοεῖ· καὶ ἐάν τι φαίνηται λέγων, ξυγχωρησόμεθα, εἰ δὲ μή, διδάξομεν. C

ΛΑ. Σὺ τοίνυν, ὦ Σώκρατες, εἰ βούλει πυνθάνεσθαι, πυνθάνου· ἐγὼ δ' ἴσως ἱκανῶς πέπυσμαι.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐδέν με κωλύει· κοινὴ γὰρ ἔσται ἡ πύστις ὑπὲρ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ.

ΛΑ. Πάνυ μὲν οὖν.

Cap. XXV. *ΣΩ.* Λέγε δή μοι, ὦ Νικία, μᾶλλον δ' ἡμῖν· κοινούμεθα γὰρ ἐγώ τε καὶ Λάχης τὸν λόγον· τὴν ἀνδρείαν ἐπιστήμην φὴς δεινῶν τε καὶ θαῤῥαλέων εἶναι; D

ΝΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τοῦτο δὲ οὐ παντὸς δὴ εἶναι ἀνδρὸς γνῶ-

τοῦτον οὐ μανθάνω] Libri τοῦτο, quod cum Bekkero mutavi.

sione positum De Republ. I. p. 339. A. Gorg. p. 473. B., ubi v. ann. Deinde πύστις rariore usu est percontatio, ἐρώτησις, v. Blomfield. ad Aeschyl. Septem. c. Theb. v. 54. — ὑπὲρ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, meo atque tuo nomine.

Cap. XIV. μᾶλλον δὲ ἡμῖν] vel potius nobis v. ad Criton. p. 46. A.

D. Τοῦτο δὲ οὐ παντὸς δὴ εἶναι] Pronomen κατὰ σύνεσιν positum, perinde ac si τοῦ δεινοῦ τε καὶ θαῤῥαλέου praecessisset. Discrimen vocularum μήτε et μηδὲ quoniam non aliud esse potest, quam quod inter simplex δὲ atque τὲ intercedit, consequitur μήτε adiungendi, μηδὲ disiungendi vim et potestatem habere. Atque hinc fit, ut οὔτε s. μήτε poni soleat, ubi notio aliqua generalis per partes suas declaratur, μηδὲ autem, sicubi praecedentibus novi quid adiicitur, quod ab illis diversum sit sententiarumque continuet seriem. Quod prorsus in hunc locum convenit, quandoquidem notio οὐ παντὸς ἀνδρὸς generalior explicatur verbis μήτε ἰατρὸς μήτε μάντις. ac deinde tanquam novum quiddam subiicitur μηδὲ ἀνδρεῖος ἔσται. Copiosius de hac re explicabimus

ναι, ὁπότε γε μήτε ἰατρὸς μήτε μάντις αὐτὸ γνώσεται, μηδὲ ἀνδρεῖος ἔσται, ἐὰν μὴ αὐτὴν ταύτην τὴν ἐπιστήμην προςλάβῃ. οὐχ οὕτως ἔλεγες;

ΝΙ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΣΩ. Κατὰ τὴν παροιμίαν ἄρα τῷ ὄντι οὐκ ἂν πᾶσα ὗς γνοίη οὐδ' ἂν ἀνδρεία γένοιτο.

ΝΙ. Οὔ μοι δοκεῖ.

E *ΣΩ. Δῆλον δή, ὦ Νικία, ὅτι οὐδὲ τὴν Κρομμυωνίαν ὗν πιστεύεις σύ γε ἀνδρείαν γεγονέναι. τοῦτο δὲ λέγω οὐ παίζων, ἀλλ' ἀναγκαῖον οἶμαι τῷ ταῦτα λέγοντι μηδενὸς θηρίου ἀποδέχεσθαι ἀνδρείαν, ἢ ξυγχωρεῖν θηρίον τι οὕτω σοφὸν εἶναι, ὥςτε ἃ ὀλίγοι ἀνθρώπων ἴσασι, διὰ τὸ χαλεπὰ εἶναι γνῶναι, ταῦτα λέοντα ἢ πάρδαλιν ἤ τινα κάπρον φάναι εἰδέναι· ἀλλ' ἀνάγκη ὁμοίως λέοντα καὶ ἔλαφον καὶ ταῦρον καὶ πίθηκον πρὸς ἀνδρείαν φάναι πεφυκέναι τὸν τιθέμενον ἀνδρείαν τοῦθ', ὅ περ σὺ τίθεσαι.*

197 *ΛΑ. Νὴ τοὺς θεούς, καὶ εὖ γε λέγεις, ὦ Σώκρατες. καὶ ἡμῖν ὡς ἀληθῶς τοῦτο ἀπόκριναι, ὦ*

Cap. XXV. E. *Δῆλον δή, ὦ Ν.*] V. *δέ*, quod Par. E. Urb. Flor. a. b. c. et Vind. servant. Deinde Vat. r. et Vind. *κρωμυονίαν*, v. ann.

P. 197. *Νὴ τοὺς θεούς, καὶ εὖ γε λ.*] Vulgo haec distribuebantur sic: *ΝΙΚ. Ναὶ τοὺς θεοὺς καὶ εὖ λέγεις, ὦ Σώκρατες. ΛΑ. Καὶ ἡμῖν ὡς ἀληθῶς τ. ἀπ. κ. τ. λ.* Mutavi cum Bekad Parmenid. p. 152. E. Nunc haec apposuisse satis erit, ut intelligatur, quantum ab Engelhardto dissentiamus, qui de eodem argumento ad h. l. disputavit.

Κατὰ τὴν παροιμίαν ἄρα τῷ ὄντι —] Schol. *κἂν κύων κἂν ὗς γνοίη· ἐπὶ τοῦ ῥᾳδίου καὶ εὐγνώστου, ὥςτε καὶ τὰ ἀμαθέστατα ζῶα καταμαθεῖν.* Proverbium non videtur alibi reperiri. Praeterea observes *ὡς ἀληθῶς* et *τῷ ὄντι* citatis locis addi solere, de quo loquendi genere exposuit Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. d. 156. — 160. ed. Lips.

E. *οὐδὲ τὴν Κρομμυωνίαν ὗν*] Crommyon teste Strabone VIII. p. 583. et Pausania Corinth. 1. fuit pagus agri Corinthiaci. Ad Atticam refert Plinius Hist. Nat. IV, 7, apud quem Cremmyon scriptum legitur, quod etiam Stephanus Byzantinus habet. Hic pagus maxime nobilitatus fuit sue illa, quae eam regionem devastavisse et ab Theseo occisa esse ferebatur. Ovid. Metam. VII, 435. Quodque suis securus arat Cromyona colonus, Munus opusque tuum est. Scribendum autem videtur *Κρομυωνίαν*.

Νικία, πότερον σοφώτερα φῂς ἡμῶν ταῦτα εἶναι τὰ θηρία, ἃ πάντες ὁμολογοῦμεν ἀνδρεῖα εἶναι, ἢ πᾶσιν ἐναντιούμενος τολμᾷς μηδὲ ἀνδρεῖα αὐτὰ καλεῖν;

ΝΙ. Οὐ γάρ τι, ὦ Λάχης, ἔγωγε ἀνδρεῖα καλῶ οὔτε θηρία οὔτε ἄλλο οὐδὲν τὸ τὰ δεινὰ ὑπὸ ἀνοίας μὴ φοβούμενον, ἀλλ' ἄφοβον καὶ μωρόν. ἢ καὶ τὰ παιδία πάντα οἴει με ἀνδρεῖα καλεῖν, ἃ δι' B ἄνοιαν οὐδὲν δέδοικεν; ἀλλ' οἶμαι, τὸ ἄφοβον καὶ τὸ ἀνδρεῖον οὐ ταὐτόν ἐστιν. ἐγὼ δὲ ἀνδρείας μὲν καὶ προμηθείας πάνυ τισὶν ὀλίγοις οἶμαι μετεῖναι, θρασύτητος δὲ καὶ τόλμης καὶ τοῦ ἀφόβου μετὰ ἀπρομηθείας πάνυ πολλοῖς καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων καὶ θηρίων. ταῦτ' οὖν, ἃ σὺ καλεῖς ἀνδρεῖα καὶ οἱ πολλοί, ἐγὼ θρασέα καλῶ. ἀνδρεῖα δὲ τὰ φρόνιμα, περὶ ὧν λέγω. C

Cap. XXVI. ΛΑ. Θέασαι, ὦ Σώκρατες, ὡς εὖ ὅδε ἑαυτὸν δή, ὡς οἴεται, κοσμεῖ τῷ λόγῳ· οὓς δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν ἀνδρείους εἶναι, τούτους ἀποστερεῖν ἐπιχειρεῖ ταύτης τῆς τιμῆς.

kero, cuius libri Ξ. et C. haec inde a verbis καὶ ἡμῖν priori collocutori continuant.

τὰ δεινὰ ὑπὸ ἀνοίας] Una Bas. 2. et Bekker. ἀγνοίας. Ceteri libri et mss. et editi omnes ἀνοίας. Mox item vulgo ἄνοιαν. Hic tamen ἄγνοιαν habent Coisl. Flor. a. Ang. Pal. Urbin. et in marg. Par. BC. Flor. o.

ἢ ξυγχωρεῖν — ὥστε — φάναι εἰδέναι] Recte observat Engelhardt. φάναι per negligentiam quandam interpositum redundare. Similia sunt Hipp. min. p. 369. E. ἐπεὶ καὶ νῦν ἐννενόηκα σοῦ λέγοντος, ὅτι — ἄτοπόν μοι δοκεῖ εἶναι, εἰ σὺ ἀληθῆ λέγεις. Demosth. adv. Mid. p. 581. ed. R. ἐνθυμεῖσθ', ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ κ. τ. λ., τίνος συγγνώμης ἢ τίνος ἐλέου τυχεῖν ἂν οἴεσθε; Aliae id genus ex oratoribus congessit C. Foertsch. Comment. crit. de locis nonnullis Lysiae et Demosth. p. 46. — ὁμοίως λέοντα καὶ ἔλαφον κ. τ. λ., h. e. eodem modo natura comparatos esse, ut iis fortitudo nullo modo tribui possit.

P. 197. ὑπὸ ἀνοίας] Quum intelligatur periculorum ignorantia moxque opponatur προμήθεια, videri sane possit ἀγνοίας et mox ἄγνοιαν requiri. Sed fortius suam eloquens sententiam vocabulo generalioris significationis utitur. Recte igitur se habet librorum plurimorum optimorumque scriptura.

Cap. XXVI. C. ὡς εὖ ὅδε — κοσμεῖ τῷ λόγῳ] Respicit ad p. 196. B. νῦν δὲ τί ἄν τις ἐν ξυνουσίᾳ τοιᾷδε μάτην κενοῖς λόγοις αὐτὸς αὑτὸν κοσμοῖ;

ΝΙ. Οὔκουν ἔγωγε, ὦ Λάχης, ἀλλὰ θάῤῥει· φημὶ γάρ σε εἶναι σοφόν, καὶ Λάμαχόν γε, εἴπερ ἐστὲ ἀνδρεῖοι, καὶ ἄλλους γε συχνοὺς Ἀθηναίων.

ΛΑ. Οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτα, ἔχων εἰπεῖν, ἵνα μή με φῇς ὡς ἀληθῶς Αἰξωνέα εἶναι.

D *ΣΩ.* Μηδέ γε εἴπῃς, ὦ Λάχης· καὶ γάρ μοι δοκεῖς οὐδὲ μὴ ᾐσθῆσθαι, ὅτι ὅδε ταύτην τὴν σοφίαν παρὰ Δάμωνος τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου παρείληφεν, ὁ δὲ Δάμων τῷ Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει, ὃς δὴ δοκεῖ τῶν σοφιστῶν κάλλιστα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα διαιρεῖν.

ΛΑ. Καὶ γὰρ πρέπει, ὦ Σώκρατες, σοφιστῇ τὰ τοιαῦτα μᾶλλον κομψεύεσθαι ἢ ἀνδρὶ, ὃν ἡ πόλις ἀξιοῖ αὐτῆς προϊστάναι.

E *ΣΩ.* Πρέπει μέντοι, ὦ μακάριε, τῶν μεγίστων προστατοῦντι μεγίστης φρονήσεως μετέχειν. δοκεῖ δέ

Cap. XXVI. D. *ὅτι ὅδε ταύτην τ. σ.*] *ὅδε* om. Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. BE. Ang. Barb. Pal. Urbin. alii; errore, ut videtur.

ἵνα μή με φῇς ὡς ἀληθῶς Αἰξωνέα εἶναι] Fuit Laches, sicut videtur, e demo *Αἰξωνῇ*, de quo praeter Harpocrationem, Suidam, Stephanum Byzantinum, legas Anecd. Bekker. T. I. p. 358. Quod autem dicit: ne me revera Aexonensem esse iudices, pagi illius incolae petulantis maledicentiae nomine male audiebant. Schol. ad h. l. *Αἰξωνὶς δῆμος Κεκρόπιδος, καὶ Αἰξωνεῖς οἱ ἐκεῖθεν, οἳ καὶ βλάσφημοι ἐκωμῳδοῦντο εἶναι· παρ' ὃ καὶ αἰξωνεύεσθαί φασι τὸ βλασφημεῖν· ὃ καὶ ἡ Πλατωνικὴ ῥῆσις δηλοῖ.* Schol. codicis Clark. *ἀντὶ τοῦ ὑπερήφανον· οἱ γὰρ Αἰξωνεῖς εἰς ὑπερηφανίαν ἐσκώπτοντο.* Eadem Harpocratio refert, eam in rem hoc ipso Platonis testimonio usus. Enimvero Nicias Lamachum non sine cavillatione quadam memorat; quem etiam bello Syracusano, quamvis aetate provectum, paullo calidiorem fuisse novimus. v. Plutarch. Vit. Nic. c. 15 sqq. Vit. Alcibid. c. 18. *καὶ γὰρ ὁ τρίτος στρατηγὸς Λάμαχος, ἡλικίᾳ προήκων, ὅμως ἐδόκει μηδὲν ἧττον εἶναι τοῦ Ἀλκιβιάδου διάπυρος καὶ φιλοκίνδυνος.*

D. *καὶ γάρ μοι δοκεῖς οὐδὲ μὴ ᾐσθῆσθαι*] Engelhardt. *οὐδὲ μὴ* loco simplicis negationis positum esse ratus haec verba sic interpretatur: denn du scheinst mir auch nicht bemerkt zu haben. In quo vir optimus longe a vero aberravit. Nam *μὴ* arctissime cum *ᾐσθῆσθαι* cohaeret, ita ut ambo vocabula unam notionem efficiant idemque fere significent, quod *ἀναίσθητος γεγονέναι.* Hanc autem notionem Socrates praemisso

μοι Νικίας ἄξιος εἶναι ἐπισκέψεως, ὅποι ποτὲ βλέπων τοὔνομα τοῦτο τίθησι, τὴν ἀνδρείαν.

ΛΑ. Αὐτὸς τοίνυν σκόπει, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τοῦτο μέλλω ποιεῖν, ὦ ἄριστε· μὴ μέντοι οἴου με ἀφήσειν σε τῆς κοινωνίας τοῦ λόγου, ἀλλὰ πρόσεχε τὸν νοῦν καὶ συσκόπει τὰ λεγόμενα.

ΛΑ. Ταῦτα δὲ ἔστω, εἰ δοκεῖ χρῆναι.

Cap. XXVII. Ἀλλὰ δοκεῖ. σὺ δέ, Νικία, λέγε 198
ἡμῖν πάλιν ἐξ ἀρχῆς. οἶσθ', ὅτι τὴν ἀνδρείαν κατ' ἀρχὰς τοῦ λόγου ἐσκοποῦμεν ὡς μέρος ἀρετῆς σκοποῦντες;

ΝΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σὺ τοῦτο ἀπεκρίνω ὡς μόριον, ὄντων δὴ καὶ ἄλλων μερῶν, ἃ ξύμπαντα ἀρετὴ κέκληται;

E. *καὶ συσκόπει τὰ λ.*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Par. BE. Vat. r. Vind. Vulgo erat *καὶ σὺ σκόπει*, quod emendaverat Heusdius Specim. p. 125.

οὐδὲ negat. Quocirca plane contrarium eius, quod Engelhardt. voluit, his verbis continetur. Hoc enim dicit Socrates: denn ich denke, es ist dir auch nicht entgangen, dass er diese Weisheit vom Damon habe. Ita primus locum interpretatus est vir summus God. Hermannus Annal. Litterar. Lipsiens. n. 251. a. 1828. p. 2004. Nec video caussam idoneam, cur nuper C. Fr. Hermann. ea interpretatione repudiata de coniectura sua maluerit edere: *δοκεῖς τόνδε μὴ ᾖσθῆσθαι*, quod certe fieri nullo pacto potest.

τῷ Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει] Prodicus enim magnum studium posuit in discernendis vocabulorum significationibus, quo nomine ridetur in Protagora p. 337. A sqq., ubi v. ann. Similiter atque hic Nicias in Charmide p. 163. D. Critias dicitur artem istam discernendorum vocabulorum Prodici acumini acceptam referre. *Πολλὰ* ita positum Phaedon. p. 61. C. *πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντετύχηκα τῷ ἀνδρί.* Parmenid. p. 126. B. Xenoph. Cyrop. I. 5, 14. Aristoph. Ran. v. 697. Eurip. Alcest. v. 189. al. Eodem modo *πλεῖστα* Hipp. mai. p. 281. B. De verbo *κομψεύεσθαι* eleganter disputavit Ruhnken. ad Tim. p. 154 sq.

E. *ὅποι ποτὲ βλέπων τοὔνομα τ. τίθησι*] h. e. quid sibi velit isto fortitudinis nomine; quamnam vim huic vocabulo subiectam esse velit.

Cap. XXVII. P. 198. *καὶ σὺ τοῦτο ἀπεκρίνω ὡς μόριον*] Mox p. 199. C. *μέρος ἄρ' ἀνδρείας ἡμῖν, ὦ Νικία, ἀπεκρίνω σχεδόν τι τρίτον*, ubi eandem habes breviloquentiam.

ΝΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἅπερ ἐγὼ καὶ σὺ ταῦτα λέγεις; ἐγὼ δὲ καλῶ πρὸς ἀνδρείᾳ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ ἄλλ' ἄττα τοιαῦτα. οὐ καὶ σύ;

B *ΝΙ.* Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἔχε δή· ταῦτα μὲν γὰρ ὁμολογοῦμεν, περὶ δὲ τῶν δεινῶν καὶ θαῤῥαλέων σκεψώμεθα, ὅπως μὴ σὺ μὲν ἄλλ' ἄττα ἡγῇ, ἡμεῖς δὲ ἄλλα. ἃ μὲν οὖν ἡμεῖς ἡγούμεθα, φράσομέν σοι· σὺ δὲ ἂν μὴ ὁμολογῇς, διδάξεις. ἡγούμεθα δ' ἡμεῖς δεινὰ μὲν εἶναι ἃ καὶ δέος παρέχει, θαῤῥαλέα δὲ ἃ μὴ δέος παρέχει. δέος δὲ παρέχει οὐ τὰ γεγονότα οὐδὲ τὰ παρόντα τῶν κακῶν, ἀλλὰ τὰ προσδοκώμενα· δέος
C γὰρ εἶναι προσδοκίαν μέλλοντος κακοῦ. ἢ οὐχ οὕτω καὶ σοὶ δοκεῖ, ὦ Λάχης;

ΛΑ. Πάνυ γε σφόδρα, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τὰ μὲν ἡμέτερα τοίνυν, ὦ Νικία, ἀκούεις, ὅτι δεινὰ μὲν τὰ μέλλοντα κακά φαμεν εἶναι, θαῤῥαλέα δὲ τὰ μὴ κακὰ ἢ ἀγαθὰ μέλλοντα· σὺ δὲ ταύτῃ ἢ ἄλλῃ περὶ τούτων λέγεις;

ΝΙ. Ταύτῃ ἔγωγε.

ΣΩ. Τούτων δέ γε τὴν ἐπιστήμην ἀνδρείαν προσαγορεύεις;

Cap. XXVII. P. 198. B. *οὕτω καὶ σοὶ δοκεῖ*] Sic Bodl. Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. G. Vat. r. Vind. Vulgo *οὕτω δοκεῖ καὶ σοί.*

B. *Ἔχε δή· ταῦτα μὲν γὰρ ὁμ.*] V. ad Prot. p. 349. D. Ion. p. 535. A.

ἃ καὶ δέος παρέχει] quae sicuti *δεινὰ* dicuntur, ita etiam *δέος* afferunt. Nam ita hoc *καὶ* intelligimus. Mox verba, *δέος δὲ παρέχει — προσδοκώμενα*, in codd. aliquot omissa sunt. Quod temere factum esse unumquemque docebit quae deinceps instituitur disputatio. Pro *δέος δὲ παρέχει* autem vide ne reponendum sit *δέος δὲ παρέχειν*. Turbat enim indicativus orationis tenorem mirifice, praesertim quum sequatur *δέος γὰρ εἶναι προσδοκίαν μέλλοντος κακοῦ*. Nec ad defendendam librorum scripturam utar illis p. 186. B.

Cap. XXVIII. C. *Ἔτι δὴ τὸ τρίτον σκεψώμεθα*] Prima enim parte huius argumentationis ponebatur fortitudinem esse universae virtutis partem. Deinde docebatur *δεινὰ* esse *τὰ μέλλοντα κακά, θαῤῥαλέα δὲ τὰ μὴ κακὰ ἢ ἀγαθὰ μέλλοντα.* Nunc illud efficere instituit, ut scien-

ΝΙ. Κομιδῇ γε.

Cap. XXVIII. *ΣΩ.* Ἔτι δὴ τὸ τρίτον σκεψώμεθα εἰ ξυνδοκεῖ σοί τε καὶ ἡμῖν.

ΝΙ. Τὸ ποῖον δὴ τοῦτο; D

ΣΩ. Ἐγὼ δὴ φράσω. δοκεῖ γὰρ δὴ ἐμοί τε καὶ
τῷδε, περὶ ὅσων ἐστὶν ἐπιστήμη, οὐκ ἄλλη μὲν εἶναι
περὶ γεγονότος, εἰδέναι ὅπῃ γέγονεν, ἄλλη δὲ περὶ γι-
γνομένων, ὅπῃ γίγνεται, ἄλλη δὲ ὅπῃ ἂν κάλλιστα
γένοιτο καὶ γενήσεται τὸ μήπω γεγονός, ἀλλ' ἡ αὐ-
τή. οἷον περὶ τὸ ὑγιεινὸν εἰς ἅπαντας τοὺς χρόνους
οὐκ ἄλλη τις ἢ ἡ ἰατρική, μία οὖσα, ἐφορᾷ καὶ
γιγνόμενα καὶ γεγονότα καὶ γενησόμενα, ὅπῃ γενήσε-
ται. καὶ περὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς αὖ φυόμενα ἡ γεωργία E
ὡσαύτως ἔχει. καὶ δήπου τὰ περὶ τὸν πόλεμον αὐτοὶ
ἂν μαρτυρήσαιτε ὅτι ἡ στρατηγία κάλλιστα προμη-
θεῖται τά τε ἄλλα καὶ περὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι, οὐδὲ
τῇ μαντικῇ οἴεται δεῖν ὑπηρετεῖν, ἀλλὰ ἄρχειν, ὡς
εἰδυῖα κάλλιον τὰ περὶ τὸν πόλεμον καὶ γιγνόμενα
καὶ γενησόμενα· καὶ ὁ νόμος οὕτω τάττει, μὴ τὸν 199
μάντιν τοῦ στρατηγοῦ ἄρχειν, ἀλλὰ τὸν στρατηγὸν
τοῦ μάντεως. φήσομεν ταῦτα, ὦ Λάχης;

ΛΑ. Φήσομεν.

ΣΩ. Τί δέ; σὺ ἡμῖν, ὦ Νικία, ξύμφῃς περὶ

Cap. XXVIII. D. *ἢ ἡ ἰατρική*] V. *ἡ* articulus aberat, quem libri meliores exhibuerunt.

tia rei cuiuspiam ad omnia tempora pertinere iudicanda sit.

D. *οἷον περὶ τὸ ὑγιεινὸν — ὅπῃ γενήσεται*] Uti mox *καὶ δήπου τὰ περὶ τὸν πόλεμον — ἡ στρατηγία κάλλιστα προμηθεῖται,* ita Heusdius Specim. Crit. p. 125. etiam hoc loco legendum censet *οἷον τὰ περὶ τὸ κ. τ. λ.* At non videtur animadvertisse vir egregius diversam esse utriusque enuntiati rationem. Nam *καὶ γιγνόμενα καὶ γεγονότα καὶ γενησόμενα* nunc sine articulo dicitur, quemadmodum paullo ante erat *οὐκ ἄλλη μὲν εἶναι περὶ γεγονότος, ἄλλη δὲ περὶ γιγνομένων.* Quod cur in sequentibus fieri non potuerit, causa in promtu est. Neque alteram viri docti coniecturam, qua post *ὑγιεινὸν* addendum censet *καὶ νοσῶδες,* necessariam esse putamus. Orellius coni. *ὅπῃ γίγνεται καὶ γέγονε καὶ γενησέται.*

E. *οὐδὲ τῇ μαντικῇ οἴεται δεῖν ὑπηρετεῖν*] Tangitur, ut videtur, Niciae superstitio. conf. Plutarch. Vit.

τῶν αὐτῶν τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην καὶ ἐσομένων καὶ γιγνομένων καὶ γεγονότων ἐπαΐειν;

ΝΙ. Ἔγωγε· δοκεῖ γάρ μοι οὕτως, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ ἄριστε, καὶ ἡ ἀνδρεία τῶν δει-
B νῶν ἐπιστήμη ἐστὶ καὶ θαῤῥαλέων, ὡς φής; ἦ γάρ;

ΝΙ. Ναί.

ΣΩ. Τὰ δὲ δεινὰ ὡμολόγηται καὶ τὰ θαῤῥαλέα τὰ μὲν μέλλοντα ἀγαθά, τὰ δὲ μέλλοντα κακὰ εἶναι.

ΝΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἡ δέ γ' αὐτὴ ἐπιστήμη τῶν αὐτῶν καὶ μελλόντων καὶ πάντως ἐχόντων εἶναι.

ΝΙ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐ μόνον ἄρα τῶν δεινῶν καὶ θαῤῥαλέων ἡ ἀνδρεία ἐπιστήμη ἐστίν· οὐ γὰρ μελλόντων μόνον πέρι τῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν ἐπαΐει, ἀλλὰ

P. 199. B. Ἡ δέ γε αὐτὴ ἐπιστ.] V. αὕτη. ut est in Ven. Ξ. Par. B C E. Ang. Barb. Palat. Correxit iam Heusdius.
C. Ἔοικέ γε] Steph. γε om., quod deest etiam in Par. E.
Ca. XXIX. καὶ νῦν δή, ὡς ἔοικε] V. νῦν δέ, sine codicum suffragio.

Nic. c. 13. et c. 24., ubi viri δεισιδαιμονία describitur.

P. 199. τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην — ἐπαΐειν;] Mox B. οὐ γὰρ μελλόντων μόνον πέρι — ἐπαΐει. P. 198. D. δοκεῖ γὰρ δὴ — περὶ ὅσων ἐστὶν ἐπιστήμη οὐκ ἄλλη μὲν εἶναι περὶ γεγονότος, εἰδέναι ὅπῃ γέγονεν, ubi postrema explicationis causa addita sunt. Ceterum frequens est dictio apud Platonem ἐπαΐειν περί τινος, alicuius rei peritum esse, v. ad Gorg. p. 464. D.

Οὐκοῦν, ὦ ἄριστε, καὶ ἡ ἀνδρεία τ. δ.] Nonne igitur etiam fortitudo, sicuti omnes reliquae artes et disciplinae, scientia est, eaque rerum et formidolosarum et sine timore subeundarum? Vis inest in ἐπιστήμη ἐστίν.

B. καὶ μελλόντων καὶ πάντως ἐχόντων εἶναι.] Heusdius l. c. p. 126. e Ficino restituendum putat: ἡ δέ γ' αὐτὴ ἐπιστήμη τῶν αὐτῶν καὶ γεγονότων καὶ γιγνομένων καὶ μελλόντων καὶ πάντως ἐχόντων εἶναι. Sed primum interpretis Florentini in talibus nulla est auctoritas. Deinde ipsum illud καὶ πάντως ἐχόντων εἶναι satis testatur noluisse scriptorem singulas temporum rationes diligenter enarrare. Denique τῶν μελλόντων potissimum factam esse mentionem nemo mirabitur, quum argumentatio a τῶν δεινῶν καὶ θαῤῥαλέων commemoratione ducatur.

ἀλλὰ καὶ γιγνομένων καὶ

καὶ γιγνομένων καὶ γεγονότων [καὶ πάντως ἐχόντων], ὥςπερ αἱ ἄλλαι ἐπιστῆμαι. C

ΝΙ. Ἔοικέ γε.

Cap. XXIX. ΣΩ. Μέρος ἄρα ἀνδρείας ἡμῖν, ὦ Νικία, ἀπεκρίνω σχεδόν τι τρίτον· καίτοι ἡμεῖς ἠρωτῶμεν ὅλην ἀνδρείαν ὅ τι εἴη. καὶ νῦν δή, ὡς ἔοικε, κατὰ τὸν σὸν λόγον οὐ μόνον δεινῶν τε καὶ θαῤῥαλέων ἐπιστήμη ἡ ἀνδρεία ἐστίν, ἀλλὰ σχεδόν τι ἡ περὶ πάντων ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν καὶ πάντως ἐχόντων, ὡς νῦν αὖ ὁ σὸς λόγος, ἀνδρεία ἂν εἴη. D
οὕτως αὖ μετατίθεσθαι ἢ πῶς λέγεις, ὦ Νικία;

ΝΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Δοκεῖ οὖν σοι, ὦ δαιμόνιε, ἀπολείπειν ἄν τι ὁ τοιοῦτος ἀρετῆς, εἴπερ εἰδείη τά τε ἀγαθὰ πάντα καὶ παντάπασιν ὡς γίγνεται καὶ γενήσεται καὶ γέγονε, καὶ τὰ κακὰ ὡςαύτως; καὶ τοῦτον οἴει ἂν σὺ ἐνδεᾶ εἶναι σωφροσύνης ἢ δικαιοσύνης τε καὶ

θαῤῥαλέων ἐπιστήμη ἡ ἀνδρεία] Par. G. ἡ ἐπιστήμη ἀνδρ. quod recepit Bekkerus.

D. αὖ μετατίθεσθαι] V. μετατίθεσαι, ut in uno Ven. Ξ. scriptum.

οἴει ἂν σὺ ἐνδεᾶ] ἂν invitis codd. olim aberat.

γεγονότων [καὶ πάντως ἐχόντων]] Hoc loco miror interpretes non offendisse in isto καὶ πάντως ἐχόντων, quod sanequam importune intrusum est. Quum enim scriptor antea nonnisi tria tempora distinxerit eamque rationem etiam mox teneat in verbis: Μέρος ἄρα ἀνδρείας ἀπεκρίνω σχεδόν τι τρίτον, haud sane intelligo, cur iam omnibus temporis rationibus commemoratis καὶ πάντως ἐχόντων adiecerit. Nimirum adiecit hoc sciolus aliquis significaturus verba καὶ γιγνομένων καὶ γεγονότων illud ipsum indicare, quod paullo ante per καὶ πάντως ἐχόντων expressum esset.

Cap. XXIX. C. Μέρος ἄρα ἀνδρείας —] Retulit enim fortitudinem, etiamsi eam scientia contineri voluisset, ad sola futura; praesentis et praeteriti temporis rationem duxit nullam.

ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν καὶ πάντως ἐχόντων] Hic quoque formula καὶ πάντως ἐχόντων de temporis rationibus intelligenda est. Nam Socrates hoc dicit: atque nunc fortitudo tuo iudicio non solum rerum formidolosarum et sine timore subeundarum scientia erit, sed omnium fere bonorum et malorum, eorumque omnes omnium temporum rationes complectentium.

D. οὕτως αὖ μετατίθεσθαι — λέγεις;] Itane an quomodo dicis sententiam te tuam mutare? Itaque μετατίθεσθαι non debebat

ὁσιότητος, ᾧ γε μόνῳ προσήκει καὶ περὶ θεοὺς καὶ
E περὶ ἀνθρώπους ἐξευλαβεῖσθαί τε τὰ δεινὰ καὶ τὰ μή, καὶ τἀγαθὰ πορίζεσθαι, ἐπισταμένῳ ὀρθῶς προσομιλεῖν;

ΝΙ. Λέγειν τι ὦ Σώκρατές μοι δοκεῖς.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα, ὦ Νικία, μόριον ἀρετῆς ἂν εἴη τὸ νῦν σοι λεγόμενον, ἀλλὰ σύμπασα ἀρετή.

ΝΙ. Ἔοικε.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἔφαμέν γε τὴν ἀνδρείαν μόριον εἶναι ἓν τῶν τῆς ἀρετῆς.

ΝΙ. Ἔφαμεν γάρ.

ΣΩ. Τὸ δέ γε νῦν λεγόμενον οὐ φαίνεται.

ΝΙ. Οὐκ ἔοικεν.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα εὑρήκαμεν, ὦ Νικία, ἀνδρεία ὅ τι ἔστιν.

ΝΙ. Οὐ φαινόμεθα.

ΛΑ. Καὶ μὴν ἔγωγε, ὦ φίλε Νικία, ᾤμην σε
200 εὑρήσειν, ἐπειδὴ ἐμοῦ κατεφρόνησας Σωκράτει ἀποκριναμένου· πάνυ δὴ μεγάλην ἐλπίδα εἶχον, ὡς τῇ παρὰ τοῦ Δάμωνος σοφίᾳ αὐτὴν ἀνευρήσεις.

Cap. XXX. ΝΙ. Εὖ γε, ὦ Λάχης, ὅτι οὐ-

Οὐκ ἄρα, ὦ Νικία —] Haec cum Schleiermachero Socrati tribui: vulgo Lacheti adscribebantur.

P. 200. *πάνυ δὴ μεγάλην ἐλπίδα εἶχον*] Frustra Steph. legendum coniecit *καὶ πάνυ δὴ μ. ἐ. εἶχον*. Adduntur enim haec praecedentibus explicationis gratia.

invitis codd. fere omnibus in *μετατίθεσαι* mutari. Ad Ἔμοιγε δοκεῖ int. *μετατίθεσθαι*.

ᾧ γε μόνῳ προσήκει —] in quem solum cadat ratione et deorum et hominum habita res formidolosas contrariasque cavere, et bona sibi comparare, ut qui recte cum iis (diis et hominibus) conversari sciat. Usum hunc formulae *προσήκει τινὶ* Heindorf. ad Phaedon. p. 88. B. et Gorg. p. 479. E. illustravit.

Cap. XXX. P. 200. *οὐδὲν — ἔτι πρᾶγμα εἶναι*] quod nihil referre arbitraris. Loquutionem ad Euthyphron. p. 3. C. explicavi. *ἕτερος τοιοῦτος*, item talis. v. Symp. p. 201. B. Phaedon. p. 58. D. al.

B. *ἀνθρώπειον πρᾶγμα ἐργάζεσθαι —*] quod hominis imbecillitatem deceat. Comparat Iacobs. Heliodor. VII, 21. *ἐπειδή τι πέπονθεν ἀνθρώπινον – καὶ ἥττων ἐστὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Deinde infinitivus *βλέπειν* per epexegesin additur. Sympos. p. 180. D. *ἐγὼ οὖν πει-*

δὲν οἴει σὺ ἔτι πρᾶγμα εἶναι, ὅτι αὐτὸς ἄρτι ἐφάνης ἀνδρείας πέρι οὐδὲν εἰδώς, ἀλλ' εἰ καὶ ἐγὼ ἕτερος τοιοῦτος ἀναφανήσομαι, πρὸς τοῦτο βλέπεις, καὶ οὐδὲν ἔτι διοίσει, ὡς ἔοικε, σοὶ μετ' ἐμοῦ μηδὲν εἰδέναι ὧν προσήκει ἐπιστήμην ἔχειν ἀνδρὶ οἰομένῳ τι εἶναι. σὺ μὲν οὖν μοι δοκεῖς ὡς ἀληθῶς B ἀνθρώπειον πρᾶγμα ἐργάζεσθαι, οὐδὲν πρὸς αὑτὸν βλέπειν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄλλους· ἐγὼ δ' οἶμαι ἐμοὶ περὶ ὧν ἐλέγομεν νῦν τε ἐπιεικῶς εἰρῆσθαι, καὶ εἴ τι αὐτῶν μὴ ἱκανῶς εἴρηται, ὕστερον ἐπανορθώσεσθαι καὶ μετὰ Δάμωνος, οὗ σύ που οἴει καταγελᾶν, καὶ ταῦτα οὐδὲ ἰδὼν πώποτε τὸν Δάμωνα, καὶ μετ' ἄλλων. καὶ ἐπειδὰν βεβαιώσωμαι αὐτά, διδάξω καὶ σέ, καὶ οὐ φθονήσω· δοκεῖς γάρ μοι καὶ μάλα σφόδρα C δεῖσθαι μαθεῖν.

ΛΑ. Σοφὸς γάρ τοι σὺ εἶ, ὦ Νικία. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ Λυσιμάχῳ τῷδε καὶ Μελησίᾳ συμβουλεύω σὲ μὲν καὶ ἐμὲ περὶ τῆς παιδείας τῶν νεανίσκων χαίρειν ἐᾶν, Σωκράτη δὲ τουτονί, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, μὴ ἀφιέναι· εἰ δὲ καὶ ἐμοὶ ἐν ἡλικίᾳ ἦσαν οἱ παῖδες, ταὐτὰ ἂν ταῦτ' ἐποίουν.

Cap. XXX. B. *ἀνθρώπειον πρᾶγμα*] *ἀνθρώπειόν τι πρ.* Vat. r.

C. *Σοφὸς γάρ τοι σὺ εἶ*] *εἶ* vulgo aberat invitis codicibus.

εἰ δὲ καὶ ἐμοὶ ἐν ἡλ.] Sic Bodl Coisl. Ven. Ξ Σ. Par. C.

ράσομαι τοῦτο ἐπανορθώσασθαι, πρῶτον μὲν Ἔρωτα φράσαι, ὃν δεῖ ἐπαινεῖν, ἔπειτα ἐπαινέσαι ἀξίως τοῦ θεοῦ. Quocirca neque copula *καὶ* ante *οὐδὲν* requiritur, neque cum Schleiermachero *βλέπων* legendum. De pronomine *αὑτὸν* pro *σαυτὸν* posito v. ad Alcib. II. p. 143. C.

οὗ σύ που οἴει καταγελᾶν] Recte haec interpretatur Schleiermacher.: „den du glaubst auslachen zu dürfen.“ v. ad Protagor. p. 346. B. Hermann. ad Viger. p. 143. n. 158. De proximis conf. Protagor. p. 348. D. *ζητεῖ ὅτῳ ἐπιδείξηται καὶ μεθ' ὅτου βεβαιώσηται.* De Rep. V. 461. E. *δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου.* Sympos. p. 199. B. Gorg. p. 189. A. supra p. 194. C.

C. *ἐν ἡλικίᾳ ἦσαν*] iustam aetatis maturitatem adepti essent. v. ad Charmid. p. 154. A. — Niceratus, Niciae imperatoris filius, a Xenophonte narratur Socrati fuisse familiarissimus idemque

NI. Ταῦτα μὲν κἀγὼ ξυγχωρῶ, ἐάνπερ ἐθέλῃ Σωκράτης τῶν μειρακίων ἐπιμελεῖσθαι, μηδένα ἄλλον
D ζητεῖν, ἐπεὶ κἂν ἐγὼ τὸν Νικήρατον τούτῳ ἥδιστα ἐπιτρέποιμι, εἰ ἐθέλοι οὗτος· ἀλλὰ γὰρ ἄλλους μοι ἑκάστοτε ξυνίστησιν, ὅταν τι αὐτῷ περὶ τούτου μνησθῶ, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐθέλει. ἀλλ' ὅρα, ὦ Λυσίμαχε, εἴ τι σοῦ ἂν μᾶλλον ὑπακούοι Σωκράτης.

ΛΥ. Δίκαιόν γέ τοι, ὦ Νικία· ἐπεὶ καὶ ἐγὼ τούτῳ πολλὰ ἂν ἐθελήσαιμι ποιεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλοις πάνυ πολλοῖς ἐθέλοι. πῶς οὖν φής, ὦ Σώκρατες; ὑπακούσει τι καὶ ξυμπροθυμήσει ὡς βελτίστοις γενέσθαι τοῖς μειρακίοις;

E Cap. XXXI. *ΣΩ.* Καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη, ὦ Λυσίμαχε, τοῦτό γε, μὴ ἐθέλειν τῳ ξυμπροθυμεῖσθαι ὡς βελτίστῳ γενέσθαι. εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς διαλόγοις τοῖς ἄρτι ἐγὼ μὲν ἐφάνην εἰδώς, τώδε δὲ μὴ εἰδότε, δίκαιον ἂν ἦν ἐμὲ μάλιστα ἐπὶ τοῦτο τὸ ἔρ-

Ang. Barb. Pal. Urb. Vat. r. Flor. a. b. c. o. Editt. omnes praeter nostram *εἰ γὰρ καὶ ἐ.*, de qua vocularum permutatione v. Porson. ad Eurip. Orest. v. 779. v. 815. Phoeniss. v. 205. et 525.

studiosissimus Homeri. Etiam in Platonis Politia sermoni interest, quanquam ibi Thrasymacho favere videtur v. libr. I. p. 327. C. Interfectus est a triginta tyrannis, teste Xenoph. Hellen. II. 3, 39. et Lysia Or. contra Poliuch. p. 602. Verbum *συνιστάναι* Hesychius interpretatur per *ἐπαινεῖν*. v. Lexic. Xenoph. T. IV. p. 188.

D. *καὶ ξυμπροθυμήσει ὡς βελτίστοις γ.*] et parato animo id dabis operam, ut optimi evadant adolescentuli?

E. *εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς διαλόγοις* —] Hoc *μὲν* respondet voculae *δὲ* in verbis *νῦν δ' ὁμοίως — ἐγενόμεθα.* Ad *νῦν δὲ* conf. p. 184. D.

τί οὖν ἄν τις ἡμῶν τινα προαιροῖτο;] Cur igitur quis nostrum aliquem eligat? mihi quidem ipsi nullus videtur esse eligendus.

P. 201. *οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγου* —] Sensus verborum hic est: Libere vobiscum mihi licet hoc consilium communicare; neque enim quisquam est qui sermonem efferat, ut mihi talia dicere haudquaquam verecundandum sit. Lectio librorum *ἔκφορος λόγος* ferri non potest. Nam etiamsi interpretari liceat: sermo, qui efferatur, quandoquidem *ἔκφορος* passive dicitur, ut Eurip. Hippol. 295. *ἔκφορός σοι συμφορὰ πρὸς ἄρσενας*, tamen isto pa-

γον παρακαλεῖν· νῦν δέ — ὁμοίως γὰρ πάντες ἐν
ἀπορίᾳ ἐγενόμεθα· τί οὖν ἄν τις ἡμῶν τινα προαι-
ροῖτο; ἐμοὶ μὲν οὖν δὴ αὐτῷ δοκεῖ οὐδένα. ἀλλ'
ἐπειδὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, σκέψασθε, ἄν τι δόξω
ξυμβουλεύειν ὑμῖν. ἐγὼ γάρ φημι χρῆναι, ὦ ἄνδρες,
— οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγου — κοινῇ πάντας ἡμᾶς
ζητεῖν μάλιστα μὲν ἡμῖν αὐτοῖς διδάσκαλον ὡς ἄρι-
στον, δεόμεθα γάρ, ἔπειτα καὶ τοῖς μειρακίοις, μήτε
χρημάτων φειδομένους μήτε ἄλλου μηδενός· ἐὰν δὲ
ἡμᾶς αὐτοὺς ἔχειν ὡς νῦν ἔχομεν, οὐ ξυμβουλεύω.
εἰ δέ τις ἡμῶν καταγελάσεται, ὅτι τηλικοίδε ὄντες
εἰς διδασκάλων ἀξιοῦμεν φοιτᾶν, τὸν Ὅμηρον δοκεῖ B
μοι χρῆναι προβάλλεσθαι, ὃς ἔφη οὐκ ἀγαθὴν
εἶναι αἰδῶ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. καὶ
ἡμεῖς οὖν ἐάσαντες χαίρειν εἴ τίς τι ἐρεῖ, κοινῇ ἡμῶν
αὐτῶν καὶ τῶν μειρακίων ἐπιμέλειαν ποιησώμεθα.

ΛΥ. Ἐμοὶ μὲν ἀρέσκει, ὦ Σώκρατες, ἃ λέγεις.

Med. v. 34 et 1083.

Cap. XXXI. P. 201. B. *ἐπιμέλειαν ποιησώμεθα*] *ποιησόμεθα* Steph, libris mss. omnibus adversantibus.

cte non potuit dici *οὐδεὶς γάρ*, sed debuit potius *οὐ γάρ*. Itaque verissime Heusdius Spec. Crit. p. 126. *ἔκφορος λόγου* coniecit. Ne autem moleste feras articuli omissionem, conf. Aristoph. Thesmoph. v. 479. *αὐταὶ γάρ ἐσμεν, κοὐδαμοῦ ἐκφορὰ λόγου*. Eurip. Suppl. v. 1066. *οὐ μὴ μῦθον ἐπὶ πολλοὺς ἐρεῖς.* Verbo *ἐκφέρειν* ita utitur Plato Menexen. p. 236. C. *ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, ἂν ἐξενέγκω αὐτῆς τὸν λόγον.* Isocrat. De Pace p. 180. ed. Bekk. *ὃ δὲ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὅτι τοῖς μὲν ἐκφέρουσιν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τὰ τῆς πόλεως ἁμαρτήματα τοσαύτην ἔχετε χάριν.* Alia dabit Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 294. Cicero De Orat. I. 24, 111. Dicam equidem, quoniam institui, petamque a vobis, ne has meas ineptias *efferatis*. Activam vim vocabulo Aeschyl. Eumen. v. 870. *τῶν δυσσεβούντων ἐκφορωτέρα πέλοις*, vindicare conatus est Fritsch. ad Aristoph. Thesmophor. vers. 472., ubi vulgo perperam interpretantur aliénior.

B. *τὸν Ὅμηρον δοκεῖ μοι πρ.*] Locus est Odyss. XVII, 347., quo utitur Plato etiam Charmid. p. 161. A. Negligentius vero *εἶναι* hic interpositum, quod deinde ipso Homerico *παρεῖναι* explicatur, h. e. *ὥστε παρεῖναι αὐτῷ*. v. ad Remp. VIII. p. 560. B.

καὶ ἐθέλω, ὅσῳπερ γεραίτατός εἰμι, τοσούτῳ προθυμότατα μανθάνειν μετὰ τῶν νεανίσκων. ἀλλά μοι
C οὑτωσὶ ποίησον· αὔριον ἕωθεν ἀφίκου οἴκαδε, καὶ μὴ ἄλλως ποιήσῃς, ἵνα βουλευσώμεθα περὶ αὐτῶν τούτων· τὸ δὲ νῦν εἶναι τὴν συνουσίαν διαλύσωμεν.

ΣΩ. Ἀλλὰ ποιήσω, ὦ Λυσίμαχε, ταῦτα, καὶ ἥξω παρὰ σὲ αὔριον, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ.

C. τὴν συνουσίαν διαλύσωμεν] Sic Ven. Ξ. Par. G. Vat. r. Vind. Vulgo διαλύσομεν.

ὅσῳπερ γεραίτατός εἰμι] V. Matth. Gr. §. 462.

C. τὸ δὲ νῦν εἶναι] V. Hermann. ad Viger. p. 888.

PROLEGOMENA

AD

CHARMIDEM.

PROLEGOMENA

ad

CHARMIDEM.

Quam Socrates informatam tenebat animo notionem eius virtutis, quae Graece σωφροσύνη dicitur, ea sicut a vulgari hominum opinione multum discrepabat, ita patebat latissime. Est enim haec virtus eius iudicio nihil aliud, nisi animi sanitas quaedam, quae corporis sanitati est simillima eique veluti ex altera parte respondet. Cernitur autem in eo, ut animi viribus recte temperatis sedatisque perturbationibus adsit quasi quidam ornatus vitae et voluntatis cum ratione consensio. Hanc fuisse viri sapientis sententiam evidentissime apparet e Stobaeo, qui Sermon. III. p. 96. = 83. ed. Gaisf. Lips. haec habet: Σωκράτης, inquit, ἐρωτηθείς, τί φρόνησις; εὐαρμοστία, εἶπε, ψυχῆς. Ibid. Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, τίνες φρόνιμοι; οἱ μὴ ῥᾳδίως, εἶπεν, ἐξαμαρτάνοντες. coll. Xenoph. Mem. III. 9. 4 — 5. Atque eandem etiam Platoni planissime fuisse probatam patet ex Charmid. p. 157. A. B. sqq. luculentissime. Quemadmodum autem universam virtutem, ita etiam temperantiam scientia potissimum contineri voluit. Itaque Xenophon Mem. III. 9, 4. σοφίαν δὲ καὶ σωφροσύνην οὐ διώριζεν, ἀλλὰ τὸν μὲν καλά τε καὶ ἀγαθὰ γιγνώσκοντα χρῆσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ εἰδότα εὐλαβεῖσθαι. Nimirum scientiam, sicuti quum alibi tum in

Praef. ad Lachetem monuimus, vocavit recti honestique cognitionem cum certa officii persuasione coniunctam, ideoque talem, ut, quae bona et honesta viderentur, ea ipso opere perficeret. Quemadmodum enim ad actionum honestatem necessario recti conscientiam requiri censuit, ita nec veri honestique cognitionem voluit actione vacare, quoniam utraque demum coniuncta virtutis laus absolveretur et consummaretur. Quocirca facile apparet vi et ambitu Socraticae *σωφροσύνης* plures virtutes tanquam partes eius contineri; ut mirandum non sit harum nomina subinde cum ipsa *σωφροσύνῃ* tamquam universo genere et copulari et permutari. Quorsum pertinet *ἡ αἰδημοσύνη* et *κοσμιότης*: unde Phaedon. p. 83. E. Protag. p. 322. C. D. Gorg p. 506. E. sqq. *οἱ κόσμιοι καὶ σώφρονες* memorantur; porro *ἡ εὐταξία*, et *ἡ ἐγκράτεια*, qua vel maxime temperantiae vim patefieri putabant, id quod e Xenoph. Mem. III. 9, 4. IV. 5. Plat. Legg. p. 710. A. Phaedon. p. 69. C. intelligitur; denique scientia sive *ἡ φρόνησις*, quae quoniam est temperantiae veluti mater atque parens, haud raro pro *σωφροσύνῃ* memoratur, quae est sapientia in moderandis affectibus et cupiditatibus conspicua. Quamquam *φρόνησις* etiam latiore significatione a Socraticis dicta est.

Et haec quidem ut diligenter teneamus, maxime necessarium est ad intelligendum eius libri argumentum, qui Charmidis inscriptus est nomine, in quo libro ita de vi et natura *της σωφροσύνης* disceptatur, ut pleraque omnia e ratione Socratica iudicanda sint. Quamquam non id in eo agitur, ut Socratis sententia de hac virtute suscepta clare et perspicue aperiatur, siquidem simili modo atque in Lyside, Hippia, Lachete, fieri meminimus, illud potius propositum scriptori est, ut, dum arguta dialectica per facetum ludibrium adhibita vulgares hominum in iudicandis cognoscendisque virtutibus errores notantur ac ridentur inprimisque docetur ipsos eo fere de temperantia errare, quod vel singulas eius partes et formas easque ne recte quidem informatas pro universo genere amplectantur, vel scientiam ad eam necessariam perperam referant ad rerum singularum cognitionem doctrinaeque copiam, neque de honesti conscientia officiique persuasione cogitare soleant, obiter tantum

illius tamquam elementa ostendantur, ita tamen, ut ex his ipsis suspicari liceat, qualem ipse cogitari voluerit verae temperantiae notionem. Cuius quidem in ipso sermonis principio suavissimam imaginem ob oculos posuit. Quod enim Socrates ibi Charmidem, adolescentem formosissimum, liberaliter educatum et modestissimum, censet explorari oportere, num etiam intus sit talis, qualis specie externa esse videatur, eamque virtutem *σωφροσύνης* nomine appellat, facile potest existimari eum talem intelligere virtutem, quae maxime in illa animi sanitate cernatur, qualem antea adumbravimus, accedente quidem laude scientiae.

Atque his ita expositis accedere licebit ad dialogi enarrationem, qua absoluta simul etiam apparebit, quo iure huius libri fides et auctoritas nuper ab Astio et Sochero in dubitationem vocata sit.

Dialogus est *διηγηματικός*. Narrat enim Socrates familiaribus quibusdam de colloquio, quod aliquando ab expeditione in Thraciam suscepta reversus cum Critia atque Charmide, eius patruele, iuvene pulcherrimo et modestissimo, instituerit.


Vix reverteram, inquit, Athenas, quum solitas repetens conversationes Taureae palaestram ingressus sum. Ubi quum me familiares mei consalutavissent ac de rebus bello gestis meaque fortuna essent sciscitati, consedi aliquando iuxta Critiam, Callaeschri filium, et paullisper cum illis confabulatus sum. Tandem eos interrogavi etiam de philosophiae conditione deque iuvenibus, qui vel sapientia vel pulchritudine vel utraque simul praeter ceteros excellerent. Hic statim Critias: En iuvenes, inquit, palaestram intrantes! inter quos est ille ipse, qui nunc ab omnibus longe pulcherrimus habetur. Est hic Charmides, Glauconis, patrui mei, filius, quem fortasse iam olim nosti adhuc puerulum. Et vero ego eximia adolescentis formositate vehementer perculsus sum, quem nec ceteri sine admiratione intuebantur. Cupiebam igitur scire, numquid in recessu haberet quod fronte promitteret, hoc est, quo esset ingenio et qua eruditione. Quamquam facile poteram suspicari eum, qui e gente Solonis atque Critiae esset oriundus, parem cum genere animi nobilitatem habiturum. Et affirmabat ipse Critias eum quum aliis eruditionis parti-

bus tum poesis facultate pro aetate sua magnopere excellere *).

Hoc igitur sermonis exordium est, in quo quum plura sint quae viris doctis fuerunt offensioni, operae pretium est de eo explicare paullo diligentius.

Et primum quidem iuvabit de stirpe Critiae et Charmidis exponere.

Fuit igitur Charmides, cuius ingenium iisdem fere coloribus, quibus Plato, depinxit Xenophon Mem. III. 7., filius Glauconis, Critiae tutoris, hominis eruditi et poeticae studio dediti **), patruelis. A materno genere Pyrilampes ei erat avunculus. v. Schneider. ad Xenoph. l. c. Bornemann. ad Symp. 4. 31. Prinsterer. Prosopograph. Plat. p. 214. Magna igitur ei cum ipso Platone intercessit generis affinitas: erat enim huius avunculus. Stemma gentis hoc est:



Materni generis mentio iniicitur p. 158. A., ubi Charmidis avunculus appellatur Pyrilampes, quem etiam Parmenid. p. 126. B memorari meminimus. Quo quidem loco quum idem pater Antiphontis, qui fuerit frater ex matre Perictione Glauconis et Adi-

---

*) P. 153 — 154. E.

**) Critiae tyranni Fragmenta ed. N. Bach. Lips. 1827. 8. Vertit ea et illustravit W. E. Weber: Die elegischen Dichter der Hellenen. Frankf. 1826. p. 269 sqq. et p. 641. sqq., ubi etiam de vita Critiae exposuit. conf. etiam Pauly Encyclop. Philol. s. v.

manti, fuisse narretur, stemma gentis cum C. Fr. Hermanno Annal. Scholast. Sect. II. N. 82. a. 1831. ita videtur concinnandum:

Pyrilampes, cuius uxor Perictione,
| Charmidis soror,
Antiphon
Glauco Adimantus,
diversi illi a Platonis fratribus.

Cognationem Critiae et Charmidis cum Solone repetunt a Dropide, cuius p. 157. E. mentio facta est. Eum Olymp. 46. 4. = 593 a. Chr. n. archontem fuisse scribunt Corsini Fast. Att. T. III. p. 78. Meurs. De Archont. Athen. I. 38. Quod quo iure ita statuant, equidem non decernam. Illud quidem dubitatione caret, Dropidem illum, cuius filius Critias, Callaeschri pater, fuit, Solonis aequalem fuisse. Sed iure dubitari licet de cognationis origine. Quod enim narrat Proclus ad Tim. p. 25. *Ἐξηκεστίδου παῖδες ἐγενοντο Σόλων καὶ Δρωπίδης· καὶ Δρωπίδου μὲν Κριτίας —, Κριτίου δὲ Κάλλαισχρος καὶ Γλαύκων· Καλλαίσχρου δὲ αὖ Κριτίας οὗτος*, id Schleiermachero non sine idonea causa parum credibile visum est. Et Procli in talibus quoque perexiguam esse auctoritatem, luculento exemplo in commentariis ad Parmenidem demonstravimus. In eodem errore versantur Diogen. Laert. III. 1. et Schol. ad Tim. p. 424. ed. Bekk. Nimirum huic opinioni vel illud magnopere adversatur, quod Charmid. p. 157. E. legimus: *τὴν τοῦ Κριτίου τοῦ Δρωπίδου οἰκίαν ὑπὸ Σόλωνος ἐγκεκωμιασμένην εἶναι.* Meam si quis de hac re sciscitetur sententiam, harum familiarum cognatio ab antiquiore aliquo Dropide repetenda videtur: quae coniectura num vera sit, aliis me doctioribus exquirendum relinquo. Certe quidem Procli error facili negotio inde explicari poterit.

His utcunque disputatis sequitur, ut de Astii iudicio explicandum sit, qui in hoc sermonis exordio complura inesse censuit, quae legentium animos vehementer offendere debeant atque malam de libri fide et auctoritate suspicionem excitare possint. Quae qualia sint ordine deinceps videbimus.

Primum igitur illam commemorationem cognationis, quae Soloni cum Dropide intercesserit, adversari censet iis, quae leguntur Tim. p. 20. E. *ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος καὶ σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωπίδου τοῦ προπάππου, καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσει.* Ad quem locum nollem vir eruditissimus neglexisset scholiastae annotationem: *λέγονται γὰρ οἰκεῖοι καὶ οἱ συγγενεῖς.* Hesychius: *οἰκεῖοι· οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἀλλήλοις προσήκοντες, καὶ ἴδιοι, καὶ οἱ κατ' οἰκίαν πάντες.* Quae observatio quum multis optimorum scriptorum ipsiusque Platonis exemplis confirmetur, quae in Charmide legimus optime cum verbis Timaei convenire manifestum est.

Speciosius est illud, quod vir eruditissimus dicit Platonem in hoc libro ambitiosius suae ipsius gentis nobilitatem praedicavisse. Hoc enim eiusmodi est, ut generosi animi virum sanequam dedecere videatur. Veruntamen re diligentius perpensa ne haec quidem dubitatio multum momenti habet. Ut enim taceam neminem temere gentem suam laudare dubitaturum, siquidem ea revera insignis virtutibus sit, fieri sane potest, id quod pereleganter suspicatus est Schleiermacherus, ut Plato iuvenili ambitione inflatus quo tempore haec scripsit ad rempublicam accedere voluerit. Epistol. VII. p. 324. B. C. *νέος ἐγώ ποτε ὢν πολλοῖς δὴ ταὐτὸν ἔπαθον· ᾠήθην, εἰ θᾶττον ἐμαυτοῦ γενοίμην κύριος, ἐπὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως εὐθὺς ἰέναι. καί μοι τύχαι τινὲς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων τοιαίδε παρέπεσον· ὑπὸ πολλῶν γὰρ τῆς τότε πολιτείας λοιδορουμένης μεταβολὴ γίγνεται, καὶ τῆς μεταβολῆς εἷς καὶ πεντήκοντά τινες ἄνδρες προὔστησαν ἄρχοντες, ἕνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ, περί τε ἀγορὰν ἑκάτεροι τούτων ὅσα τε ἐν τοῖς ἄστεσι διοικεῖν ἔδει, τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. τούτων δή τινες οἰκεῖοί τε ὄντες* (ut Critias, et ipse Charmides, qui teste Xenophonte Hellen. II. 4, 19. inter decem Piraeei archontes fuit et eodem, quo ille, tempore interfectus est,) *καὶ γνώριμοι ἐτύγχανον ἐμοί, καὶ δὴ καὶ παρεκάλουν εὐθὺς ὡς ἐπὶ πράγματα προσήκοντά με. καὶ ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον ὑπὸ νεότητος· ᾠήθην γὰρ αὐτοὺς ἔκ τινος ἀδίκου βίου ἐπὶ δίκαιον τρόπον ἄγοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν —. καὶ ὁρῶν δήπου τοὺς ἄνδρας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ χρυσὸν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν*

πολιτείαν τά τε ἄλλα καὶ φίλον ἄνδρα ἐμοὶ πρεσβύτερον Σωκράτη — ἐπί τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἑτέρων ἔπεμπον (ad Leontem Salaminium), *βίᾳ ἄξοντα ὡς ἀποθανούμενον, ἵνα δὴ μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, εἴτε βούλοιτο εἴτε μή, — ἃ δὴ πάντα καθορῶν καὶ εἴ τιν' ἄλλα τοιαῦτα οὐ σμικρά, ἐδυσχέρανά τε καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν. κ. τ. λ.* Quae qui attento perlegerit animo, facile in eam suspicionem deveniet, ut hunc librum cum Schleiermachero statuat haud ita pridem ante trigintavirorum dominationem literis consignatum esse, quo tempore philosophus e Clintonis rationibus pag. 66. et 70. ed. Krüger circiter annum aetatis vigesimum quartum vel quintum agebat, iam per quadriennium fere Socratis discipulus. Quominus enim postea temporis eum scriptum putemus, illud maxime impedit, quod Socratis cum Critia familiaritas praecipua causa exstitit, cur vir innocentissimus condemnaretur: cuius rei clarum habemus testimonium Aeschin. adv. Timarch. p. 169. ed. Reisk. Atque hanc sententiam ipso sermonis argumento egregie confirmari arbitramur, quod totum ad Socratis doctrinam attemperatum est. Quo ipso Astii argumentatio convellitur.

Progredimur ad tertium quiddam, quod viro docto in hoc sermonis exordio vehementer displicuit. Socratem enim censet in eo introduci, non philosophum, sed vulgarem et libidinosum amatorem, qui se fateatur Charmidis pulcritudine adeo fuisse perculsum, ut vix mentis compos fuerit. Quod convicium, iam ab Athenaeo L. V. p. 187. E. in ipsum Platonem coniectum, miramur sane a quoquam ita proferri potuisse, ut eo ad libri fidem labefactandam abuteretur. Nam primum quidem, ut prudenter monuit Ioannes Ochmannus Disp. de Charmide Plat. p. 16 sq., Socrates apud Platonem etiam in iis sermonibus, quos nec Astius tamquam suppositicios damnavit, talis fuisse perhibetur, qualis in hoc Charmidis loco depingitur. De qua re legisse iuvabit Sympos. p. 214. E. 216. A. C. p. 219. C. Protagor. in. et quae ad Phaedrum p. 227. C. annotavimus. Et omnino frequens est maxime in Socraticorum libris commemoratio consuetudinis illius, quae inter iuvenes et adultos intercedebat, ut profecto malae et ignominiosae rei suspicio procul habenda sit; de qua

re in Prolegg. ad Phaedrum disputatum est uberius. Deinde tota haec descriptio egregie ad universi libri argumentum et consilium est accommodata. Exhibetur enim species et imago adolescentis, cuius ipse vultus, habitus atque cultus talis est, ut facile suspicari liceat etiam animum bene compositum atque temperatum in eo inesse. Quis est igitur, quin Socratem videat Charmidis formositate et modestia ideo delectari maxime, quia in corpore pulcro etiam pulcram mentem habitare sibi persuasit? Nimirum temperantia sane ita demum prorsus absolvitur et consummatur, si cui est sana mens in corpore sano. Quod ipsum sentiens Socrates Platonicus non tam corporis formosi adspectu, quam animi modesti atque pulcri cogitatione abripitur et percellitur *).

Haec igitur sunt fere quae Astius in elegantissimo sermonis exordio vituperavit. Quibus exploratis redeamus tandem unde paullulum deflexit oratio, atque porro de libri argumento videamus. Itaque Socrates apud Platonem ita fere pergit narrare.

His auditis, inquit, ego rogabam Critiam, ut arcesseret adolescentulum, quo mihi cum eo colloquendi et ingenium eius explorandi fieret copia. Advocavit igitur, atque scite me et urbane ei tanquam medicum commendavit; conquestus enim erat de capitis doloribus. Praeter opinionem vero adolescens me statim nomine meo compellavit, ut quem olim cum Critia conversantem cognovisset, rogavitque, ut sibi remedium capitis dolorum indicarem. Respondi ego illud esse folium quoddam, quod tamen sine carmine incantationis vi medicandi careret. Quod enim, inquam, boni apud nos medici solent dictitare, non posse unam aliquam corporis partem recte sanari, nisi respectetur totius corporis valetudo, idem de hoc medicamento tenendum est, cui nisi incantationis formula accesserit, frustra eo ad leniendos dolores uteris. Etenim nuper, quum in Thracia versarer, edocuit me quidam Zamolxidis sacerdos, quemadmodum singulae corporis partes sine totius corporis cura

---

*) Xenoph. Mem. IV. 1, 2. *πολλάκις γὰρ ἔφη μὲν ἄν τινος ἐρᾶν, φανερὸς δ' ἦν οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος.*

non possent persanari, ita nec corpus sine animi curatione posse in integram valetudinem restitui, quoniam quidquid boni vel mali homini accideret, id totum ab animo manaret. Itaque animum censuit ante omnia sanari oportere, idque putavit effici posse quibusdam incantationum formulis, quarum utilitatem ita me edocuit, ut illud medicamentum nunquam nisi his antea usus adhiberem. Nam ita natura comparatum esse, ut restituta demum animi sanitate (σωφροσύνῃ) etiam corpus sanaretur. Ad haec Critias: Et vero adolescens ita capitis dolorem in lucro ponere debebit, siquidem iam futurum est, ut simul mentis medicina fruatur. Nec eam frustra a te puto adhibitum iri, quum Charmides noster non solum corpore, sed etiam animo aequales suos antecellat. Nec mihi ipsi (ita enim Socrates narrare pergit) hoc ullo modo mirum accidebat, quum ortus esset adolescens nobilissimis familiis, iam ab Anacreonte, Solone, aliis, magna humanitatis et sapientiae laude celebratis. Quocirca oratione ad eum conversa, Si igitur, inquam, o Charmide, mentis frueris sanitate, incantatione non erit opus, ut statim remedium capitis dolorum adhibere liceat. Ille vero amabili cum modestia respondit: Nec affirmare hoc ausim, o Socrate, nec negare: affirmans enim iactantiae crimen incurram; negans autem Critiae, tutoris mei, sententiam coarguere velle videbor. Quae quum adolescens dixisset, ego optimum factu arbitratus sum communiter videre, ecquae in eius animo σωφροσύνη inesset, ideoque ante omnia, quaenam esset temperantiae vis et natura, subtilius investigare. Quam conditionem illi acceperunt *).

Nihil est in toto hoc loco, quod quem possit morari aut offendere. Nam quod Astius putat versus Euripideos Hippolyt. v. 480 sq. hic sin stre acceptos et male explicatos esse, ea criminatio tota est ficticia, ut ne verbo quidem redarguenda videatur. Illud autem diligenter est animadvertendum, de quo iam antea monui, vim et naturam τῆς σωφροσύνης talem hic informari, quae in animo bene morato et composito cernatur, et cuius veluti imago quaedam

---

*) P. 155. A. — 158. E.

externa in Charmidis specie, vultu, habitu expressa conspiciatur. Cuius rei observatio quantum momenti faciat ad universi colloquii argumentum recte intelligendum, mox etiam clarius apparebit. Sed his missis pergamus in argumenti enarratione.

Itaque Socrates nunc adolescentem statim interrogat, quidnam illud sit, quo *τὴν σωφροσύνην* contineri arbitretur. Ille vero paullulum cunctatus respondet positam eam videri in e o, u t q u i s o m n i a a g a t l e n t e e t m o d e s t e. Nimirum hoc sane *τῇ κοσμιότητι* vel maxime convenire videri debuit, in qua magnam temperantiae partem inesse negari non potest. Verum Socrates, etsi eam sententiam concedit esse pervulgatam, tamen quoniam *σωφροσύνη* semper sit laudabilis, tarditas autem et cunctatio in plurimis rebus digna reprehensione, illam argumentatur non posse in lenta cunctatione consistere *).

Etenim est profecto haec Charmidis definitio plus quam una ex parte manca et imperfecta, quum tarda cunctatio neque simpliciter sit laudabilis, nec omnem absolvat temperantiae naturam. Ex quibus vitiis Socrates callide non nisi alterum reprehendit, ne adolescentulus ab aliis temperantiae partibus et formis commemorandis prohibeatur. Similis est argumentatio Lachet. p. 192. A. — 194. A.

Intellecto igitur errore suo Charmides deinde aliam proponit *σωφροσύνης* definitionem. Vult enim eam i n p u d o r e e t v e r e c u n d i a inesse. Verum hic Socrates denuo urget, quod antea erat concessum, *σωφροσύνην* esse pulcrum quiddam et honestum, ideoque *τοὺς σώφρονας* per eam fieri honestos et eam ipsam ob caussam etiam bonos, siquidem honesti atque boni arctissima sit coniunctio et necessitudo. Iam vero Homerum ait arbitrari pudorem egeno viro non esse bonum ideoque facere eum deteriorem. Ex quo consequi vult pudorem certe non semper et ubique bonum esse. Quum autem *σωφροσύνη* nunquam non sit honesta atque bona, argute eam colligit a pudore aliquantum differre **).

---

*) P. 159. A. — 160. D.

**) P, 160. D. — 161. A.

Frustra Astius p. 427. in hac argumentatione haesit. Nam etsi ea ducta est e vocabulorum ambiguitate, tamen illud quidem evidenter apparet, scriptorem σοφιστικῶς ludentem ostendere in una verecundia, eaque parum accurate finita, temperantiae notionem haudquaquam ponendam esse.

Reiecta igitur hac quoque definitione adolescens aliam sententiam in medium affert. Narrat enim se aliquando audivisse quendam dicentem τὴν σωφροσύνην in eo positam esse, ut quis suas res agat (τὰ ἑαυτοῦ πράττειν). Cuius sententiae auctorem Socrates protenus suspicatur non alium esse nisi ipsum Critiam.

Etenim fuit haec sententia ore philosophorum multum celebrata, sicut e Timaeo p. 72. A. intelligitur. Quocirca Socrates haud absurde eam Critiae attribuit, quem constat quum omnino doctrinae et eruditionis studiis esse delectatum, tum sophistas lubenter audivisse; de qua re v. Tim. 20. A. Charmid. p. 163. D. Protagor. p. 316. A. p. 336. D. E., ubi Prodico maxime operam dedisse narratur. Itaque mirum non est, quod in proxima huius colloquii parte sophistarum more disserens inducitur similique modo a Socrate refutatur et perstringitur *). Etenim fieri potest, ut aegre tulerit Plato, quod Critias, quum Socratis usus esset familiaritate, tamen se ita sophistis in disciplinam dedisset, ut hos assidue sectaretur. Quocirca eum sic fecit in hoc sermone cum Socrate disserentem, ut ipse haec legens sentire deberet, quantum ratio disputandi Socratica sophistarum argutiis praestaret. Ex qua re facilem habet explicationem, quod Plato propinquum suum, quem alibi, veluti in Timaeo et in eo dialogo, qui ipsius nomine inscriptus est, honorificentissime habuit, in hoc sermone ita induxit colloquentem, ut et ipse sophistarum more disserat, et Socrates eius disputationem non aliter coarguat atque facere consuevit, ubi cum ipsis agit sophistis. Enimvero Plato, quum quo tempore Charmidem scripsit, disciplinae Socraticae plane fuerit de-

---

*) De Critia sophista v. Tennemann. Hist. Philos. T. I. p. 515 sqq. ibique Wendtium.

ditus, fortasse id sibi agendum putavit, ut hominem et doctum et acutum et sibi cognatum a sophistarum familiaritate avocaret. Quod tamen nihil impediit, quominus eundem, utpote Socraticis disputationibus eruditum, in libris postea scriptis alia conditione faceret colloquentem. Et in ea quidem, quae sequitnr, disputationis parte manifestum est eum rideri propter nimium vocabulorum distinguendorum studium, cui se Prodico duce adeo dedisset, ut prae argutiarum captatione quid verum esset non animadvertere videretur. Itaque sic loquens inducitur, ut se ex difficultatibus, quibus obstrictus tenetur, haudquaquam expedire queat, quod idem in Hippia, Lyside, Lachete, aliis dialogis, similiter est institutum.

Audita enim illa temperantiae definitione, cuius postremo Charmides mentionem fecit, Socrates istud suas res agere admodum ambigue dici monet, ut aenigmati simile esse videatur. Nam primum quidem grammatistae exemplo patere ait, posse quem utique *σώφρονα* esse, etiamsi non sua tantum sed etiam aliena faciat, quandoquidem ille non solum suum ipsius nomen scribat vel legat et pueros quoque non minus aliorum quam sua nomina scribere et legere doceat. Deinde idem etiam in republica et negotiis valere ait, quandoquidem nulla civitas consistere possit, in qua cives sua tantum faciant, sua sibi vestes conficiant, suos calceos suant, sua unice munera obeant. Quocirca suspicatur Critiam, aut quisquis fuerit auctor huius sententiae, fortasse ipsum ignoravisse, quaenam huic formulae vis et significatio subiicienda esset *). Quo quidem Socratis dicto Critias graviter lacessitus, ne causam suam deseruisse videatur, protenus se sermoni immiscet. Suscipit autem definitionis illius patrocinium ea ratione, ut inter id, quod facere (*ποιεῖν*) atque agere (*πράττειν*) dicatur, discrimen statuat. Negat igitur agere nos ea, quae sint aliorum; facere, concedit. Quam in rem utitur testimonio Hesiodi, qui quae honeste fiant afferantque utilitatem, opera et actiones appellet; quae autem habeant aliquam vel turpitudinis vel inutilitatis

---

*) P. 161. A. – 162. A.

notam, ea *facere* nos dicat, ut adeo poeta pulcra tantum et utilia *propria* sive οἰκεῖα, noxia autem et inhonesta *aliena* iudicasse censendus sit. Hic vero Socrates: At nonne potius eo, ad quod actiones hominum referuntur, σωφροσύνης notio definienda est? Mihi quidem certe ii soli videntur σώφρονες esse, qui bonum et honestum vel agunt vel faciunt; nihil enim impedio, quominus utrovis verbo utaris. Cui sententiae Critias, sentiens videlicet inane esse illud, quod posuerat, verborum discrimen, protenus assentitur, omnemque σωφροσύνης vim et naturam inesse vult in *actionibus, quae ad bonum et utile referantur* *).

Ad haec Socrates: Fortasse, inquit, recte statuisti. Illud autem miror magnopere, quod σώφρονας putas interdum posse ignorare se esse σώφρονας; concessisti enim paullo ante nihil impedire, quominus opifices etiam aliis aliquid facientes σώφρονες haberentur. Iam vero medici, etiamsi quem sanum reddiderunt, ideoque bonum quiddam et utile fecerunt, tamen non possunt praevidere, qualis futurus sit curationis eventus; similisque aliorum opificum ratio est. Igitur illi inscientes sunt σώφρονες. Quo intellecto Critias mente mutata negat quenquam, siquidem σώφρων videri velit, scientia posse carere, ideoque temperantiam vel maxime in eo vult esse contentam, *ut quis sui ipsius habeat cognitionem, id est, sciens utilia et honesta faciat.* Quod ipsum ait significari etiam illa templi Delphici inscriptione, qua nosmet ipsos noscere iubeamur **).

Et hanc quidem sententiam Socrates, qui callide simulat rei ignorantiam, accuratius censet examinandam esse atque explorandam. Itaque deinceps quaeritur, qualis illa scientia sit et quorsum ea referatur. Qua disputatione Critias pedetentim eo deducitur, ut postremo appareat eum huius scientiae nullam fere habere notitiam planeque expertem esse eius rationis, quam supra Socrati propriam fuisse ostendimus. Tantum abest enim, ut scientiam cum virtute con-

---

*) P. 162. A. — 164. A.

**) P. 164. A. — 165. B.

iunctam videat nihil esse aliud nisi boni et honesti cognitionem cum certa officii persuasione rectique conscientia coniunctam, ut in alia omnia discedat. Quod si perspectum habuisset Astius, certe non erat scripturus quod p. 424. pronuntiavit, temperantiam hoc loco sui cognitione definiri eamque sententiam a Platonis doctrina esse alienam. Nam tota haec disputatio e rationibus doctrinae Socraticae iudicanda est, quam Plato sine dubio quo tempore haec scripsit studiose sectabatur. Huc accedit, quod scientia ne seiungitur quidem ab actione, ut Socratica doctrina hac ex parte facillime queat conciliari cum iis, quae Plato postea temporis de *σωφροσύνης* notione exposuit Phaedr. p. 237. E. *δόξης μὲν οὖν ἐπι το ἄριστον λόγῳ ἀγούσης καὶ κρατούσης, τῷ κράτει σωφροσύνη ὄνομα· ἐπιθυμίας δὲ ἀλόγως ἑλκούσης ἐπὶ ἡδονὰς καὶ ἀρξάσης ἐν ἡμῖν, τῇ ἀρχῇ ὕβρις ἐπωνομάσθη.* Sympos. p. 196. C. *εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν.* De Rep. III. p. 389. D. E. sq. IV. p. 430. C. — E. p. 432. A. p. 442. C. D. Etenim ne posteriore quidem tempore Plato temperantiam rationis imperio vacare posse censuit, quamquam eam, ut omnem virtutem, non tam scientia, quam mentis quadam vi et robore illius iussa et dictata in moderandis animi affectibus et cupiditatibus exsequentis contineri iudicavit. Itaque Phaedon. p. 68. C. p. 82. B. *την δημοτικήν τε καὶ πολιτικην αρετην, ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην,* dicit *ἐξ ἔθους τε καὶ μελέτης γεγονυῖαν ἄνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ,* eoque nomine illam a vera philosophi virtute diversam esse arbitratur, quam sententiam etiam De Rep. X. p. 619. C. adumbravit. Atque his ita explicatis facile iudicabitur, quid de ea, quae deinde agitatur, disputatione statuendum sit. Revertamur igitur ad eius enarrationem.

Itaque Socrates ad Critiam: Ergo tu, inquit, o bone, temperantiam censes scientia esse contentam. Quum vero omni scientiae et disciplinae aliquid sit propositum, in quo efficiendo tanquam opere suo versetur, dic mihi, quaeso, quid tandem illud sit, quod *σωφροσύνῃ* subiectum putari debeat. Negat Critias eandem esse omnium artium ac disciplinarum rationem, siquidem arithmetica, geometria, aliae, nihil

efficiant, quod architecturae ceterarumque id genus artium operibus simile sit. At vero, respondet Socrates, illud tamen non potest negari, omnem scientiam absolvi alicuius rei cognitione: ergo quaerendum certe nobis est, cuiusnam rei scientia sit ἡ σωφροσύνη. Respondet Critias esse eam ceterarum artium (ἐπιστημῶν) omnium atque sui ipsius cognitionem. Nimirum vult ille τὴν σωφροσύνην esse veluti animi quandam conscientiam eorum omnium, quae noverimus. Eandem vero Socratis quoque suspicatur esse sententiam, quam tamen is pro more suo callide dissimulet et occultet. Enimvero inaudiverat Critias fortasse aliquid de hoc Socratis placito, quod tamen parum recte intellexerat. Sed Socrates iterum iterumque affirmat se unice veri exquirendi gratia disputare, eaque re Critiam permovet, ut quid rei sit, porro quaerendum statuat.

Itaque eius sententiam examinaturus Socrates ante omnia tanquam certum et exploratum ponit eum, qui scientiae scientiam teneat, etiam inscientiae scientiam habiturum. Ex quo colligit τὸν σώφρονα solum intellecturum esse tum quid ipse sciat nesciatve, tum quid alii sciant aut scire se opinentur. Quibus ita constitutis duplicem oriri quaestionem ait, alteram, num fieri possit, ut quis sciat, quid sciat nesciatve; alteram, ecquid commodi et utilitatis ex hac scientia redundet *).

Et de priore quidem quaestione Socrates haec fere cum Critia disserit. Videtur, inquit, recte posse dubitari, num eiusmodi scientia, quae sit τῆς ἐπιστήμης ἐπιστήμη, revera reperiatur. Ponentes enim esse scientiam aliquam, quae nullius rei nisi sui ipsius et ceterarum disciplinarum scientiae scientia sit, pugnantia et absurda statuemus. Nam sive corporis sive animi vires sive alia quaecunque consideraveris, nihil usquam invenies, quod vim suam in semet ipso neque in aliis rebus foras prodat. Ita visus non semet ipsum ceterosque visus, sed res adspectabiles percipit: eademque ratio est auditus et ceterorum sensuum omnium. Similiter desiderium alicuius rei non ad ipsum desiderium, voluntas non ad voluntatem, amor non ad amorem, metus non ad metum, opinio non

*) P. 165. B. — 167. B.

ad opinionem refertur, sed haec omnia habent aliquid sibi subiectum, quod ab ipsis diversum sit. Rebus autem ita comparatis qui tandem poterit fieri, ut scientia eiusmodi reperiatur, quae nihil sit nisi sui ipsius ceterarumque ἐπιστημῶν scientia *)? Nimirum quum omnis scientia ad aliquid referatur, quidquid autem ad aliquid refertur, ab eo ipso diversum sit, ad quod referendum est, sequitur, ut scientia ab eo diversa sit, ad quod ipsa pertineat. Ex quo colligere licet non esse ullam scientiam, quae ad semet ipsam pertineat; nisi forte demonstratum fuerit esse nonnulla ita comparata, ut tantummodo ad ipsa referantur neque externam habeant necessitudinem, et ad hoc rerum genus etiam temperantiam referri oportere **).

Critia ita in consilii inopiam coniecto Socrates, missa ampliore huius rei disputatione, iam statim ad alteram quaestionem accedit de talis scientiae utilitate. Sciscitatur igitur, quid tandem sit, quod ope eiusmodi scientiae plenius aut facilius cognoscatur. Enimvero quum antea temperantiae natura in eo posita sit, ut quis sciat ea, quae sciat nesciatve, Socrates hoc nunc quaerere existimandus est, qui fieri possit, ut quis ope τῆς σωφροσύνης sciat quae sciat aut nesciat. Respondet autem ad haec Critias, istud quidem facilem ex ipsa rei natura explicationem habere. Qui enim scientiam habeat, quae semet ipsam cognoscat, eum et ipsum fore talem, quale sit illud, quod habeat. Quemadmodum igitur is, qui habeat velocitatem, velox sit, ita eum, qui habeat scientiam semet ipsam cognoscentem, se ipsum cognoscere ***). Et largitur Socrates eum, qui sui cognitionem habeat, etiam semet ipsum noscere. Illud tamen adhuc incertum atque dubium arbitratur, num is, qui istam sui cognitionem habeat, etiam sciat illud ipsum, quod sciat aut nesciat. Nam quam tu describis, inquit, o Critia, sui cognitionem, ea nihil aliud nisi scientiam ab inscientia potest distinguere; sed illud ipsum,

---

*) P. 167. B. — 168. B.

**) P. 168. B. — 169. B.

***) Usque ad p. 169. E.

quod cuiusque artis scientiae est subiectum, haudquaquam cognoscere et intelligere nos docet. Nam temperans iste, quem tu informasti, si iustum ab iniusto, sanum ab insano distinguere voluerit, profecto etiam artis medicae et disciplinae civilis debebit esse peritus, quae sibi solis bonae et malae valetudinis vel iustitiae et iniustitiae notitiam vindicant. Itaque si quis nihil nisi scientiae scientiam teneat, nec vero id, quod ei subiectum est, didicerit, poterit ille novisse quidem se vel alios aliquid scire aut nescire, sed quid sit illud, quod quis sciat vel nesciat, scire non poterit *). His ita explicatis, Socrates denuo Critiam interrogat, quamnam existimet utilitatem ex eiusmodi scientia perceptum iri. Nam illud quidem largitur non esse dubium, quin ea si ipsas res comprehendat, longe amplissima et praestantissima futura sit; quoniam autem non videatur talis esse, amplius de eius usu quaerendum arbitratur **).

Quo clarius igitur σωφροσύνης utilitas perspiciatur, Socrates iam ultro ponit et concedit eam etiam rerum ipsarum complecti cognitionem. Verum mira quadam sermonis conversione nunc sibi in mentem ait venire ne sic quidem eam quidquam ad vitae beatitatem posse. Nam licet concedendum sit vitam humanam ita secundum artium scientiam peractum iri, tamen plurimarum artium cognitionem ita ait esse comparatam, ut homines per eam haudquaquam felices fiant. Neque id negat Critias, qui et ipse homines boni et mali scientia potissimum felices fieri indicat. Quo audito Socrates: Ergo non est σωφροσύνης nobis prodesse; haec enim ex tua sententia nihil aliud est quam scientiae scientia quaedam, a qua boni et mali scientia plurimum differre videtur ***).

Absoluta hac disputatione evidenter apparet Critiam non perspectum habere, qualis scientia ad σωφροσύνην requiratur. Quamquam extremo sermone verae rationis indicium fit, siquidem Socrati erat per-

*) P. 169. E. — 171. C.
**) P. 171. C. — 172. C.
***) P. 172. C. — 175. A.

suasum eum, qui bonum et honestum cognovisset, etiam animi perturbationes superaturum et *σώφρονα* futurum esse. Quocirca Xenophon. Memor. III, 9, 4. *προσερωτώμενος δέ, εἰ τοὺς ἐπισταμένους μὲν ἃ δεῖ πράττειν, ποιοῦντας δὲ τἀναντία, σοφούς τε καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι νομίζοι, Οὐδέν γε μᾶλλον, ἔφη, ἢ ἀσόφους τε καὶ ἀκρατεῖς· πάντας γὰρ οἶμαι, προαιρουμένους ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, ἃ οἴονται συμφορώτατα αὐτοῖς εἶναι, ταῦτα πράττειν*, quo loco diligenter est observandum Socratem bonum ab utili non seiunxisse, de quo viri placito prudenter exposuit Stäudlin. Geschichte der Moralphilosophie p. 84 sqq. Atque haec quum ita se habeant, neminem putamus dubitaturum esse, quin etiam altera sermonis pars, qua scientia ad virtutem necessaria disceptatur, maxime ad errores coarguendos comparata sit, licet subinde verae rationis vestigia monstrentur.

Quanquam autem Critias erroris culpam sustinet omnem, tamen Socrates egregia cum urbanitate suae ipsius inertiae tribuit, quod temperantiae notionem non potuerint indagare. Accepta enim Critiae responsione: Ergo non frustra equidem verebar, inquit, ne ego parum sollers essem harum rerum investigator. Neque enim iam id, quod communi hominum consensione pro bono habetur, videretur inutile, si disserendi peritus essem. Sed nimirum non contigit nobis temperantiae naturam invenire, licet multa sumserimus et concesserimus, quae quominus tamquam vera ponerentur, rationes nostrae prohibebant. Quamquam enim evidenter apparebat neque scientiam ullam esse, quae ad unam scientiam referretur, neque materiam reliquarum artium ei esse subiectam, tamen utrumque ita se habere posuimus, ut aliquid proficeremus. Verum spes nostra irrita fuit, siquidem adhuc ignoramus, quid sit illud, in quo vis et natura temperantiae cernatur *).

Tum vero oratione ad Charmidem conversa ita pergit dicere: Et meam quidem vicem, a bone, minus doleo quam tuam, qui quum tanta et animi et corporis virtute insignis sis, tamen ex temperantia nullam sis percepturus utilitatem. Quamquam non

*) P. 175. A. — D.

credo rem ita se habere, sed omnis erroris huius culpa in meam inscitiam conferenda est. Nihilominus autem mihi persuasi temperantiam in bonis numerari oportere, ut, si quis ea praeditus sit, is felix et beatus esse videatur. Considera igitur iam denuo, num illa incantationis formula, de qua initio sermonis dicebam, tibi opus sit. Ad quae adolescens: At quomodo ego sciam, utrum σώφρων sim necne, quum ne vos quidem σωφροσύνης vim et rationem exquirere potueritis? Quamquam ego quidem ista incantatione mihi valde opus esse existimo, facileque patiar, ut a te incanter quotidie, usque dum tu satis esse iudicaveris. Hic vero Critias: Hoc tu si ita feceris, o Charmide, magno id mihi erit argumento te re vera temperantem esse. Cui ille: Faciam vero inde ab hoc die; iniuste enim facerem, si tibi tutori meo non obsequerer, nec consilio tuo obtemperarem *).

Hic igitur est sermonis finis et exitus, in quo manifestum est significari unum solum Socratem et temperantiae vim recte novisse et id posse efficere, ut adolescentes eius virtutis studio et amore incendantur atque inflammentur.

Vix opus esse putamus, ut nunc singulatim de libri fine et consilio exponatur. Speramus enim ipsa argumenti enarratione satis declaratum esse, illud potissimum in eo agi, ut falsae de temperantia opiniones non sine pravae et sophisticae disserendi rationis irrisione coarguantur et simul rationis Socraticae praestantia ita ostendatur ut primaria σωφροσύνης tamquam elementa ob oculos ponantur. Significatur enim non obscure, temperantiam utique in animi incorrupta sanitate contineri, qualis Charmidis imagine repraesentetur, atque elucere partim in moderatione quadam agendi, partim in ingenuo pudore ac verecundia, partim in diligenti propriorum officiorum expletione cum boni et utilis cura coniuncta, absolvi autem atque consummari scientia, quae non rerum extrinsecus oblatarum notitia, sed animi veri rectique conscientia sustentati robore ac

---

*) P. 175. D. usque ad finem.

virtute nitatur. Quamquam philosophus simul etiam aliud quid spectasse videri potest. Quod enim Charmides adolescens ita depingitur, ut ipsa natura atque fortuna eum perfectae temperantiae exemplar fingere voluisse videatur, Critias contra sic disserit, ut Socraticae *σωφροσύνης* praestantiam non perspiciat, suspicari licet philosophum simul voluisse alterum laude eius virtutis afficere, qua eum maxime insignem fuisse e Xenoph. Mem. III, 7. apparet; alterum leniter admonere, ut ne disciplinam Socraticam contemneret. Narrat enim Xenoph. Mem. I, 2, 12 — 16. Critiam posteaquam se putaverit Socratis familiaritate et institutione idoneam disserendi facultatem adeptum esse, magistrum deseruisse eius disciplinae immemorem.

Atque his utcunque explicatis nihil in toto hoc libro inesse apparebit, quod fraudis alicuius vel erroris suspicionem moveat. Quocirca nec accedimus Fr. Astio De Vita et Scriptis Plat. p. 419 sqq. *) et Ios. Sochero De Plat. Scriptis p. 130 sqq., qui eum Platoni abiudicandum censuerunt. Nec iis accesserunt Io. Ochmann Commentat. Vratislav. 1827. 8. edita, quae sic inscripta est: Charmides Platonis qui fertur dialogus num sit genuinus quaeritur. Car. Fr. Hermann. Hist. Phil. Plat. I. p. 442 sqq. Car. Steinhart. in Praef. ad Charmid. T. I. Opp. Platon. ab Hieron. Müllero Germanice convers. p. 275 sqq. Franc. Susemihl. Genet. Entwickel. der Plat. Philos. I. p. 25 sqq. Ed. Munk. Die natürl. Ordnung d. Plat. Dial. p. 96 sqq. alii: qui quidem omnes de libri argumento et consilio ita nuper disputaverunt, ut non modo de summa re fere nobiscum consentiant, sed etiam uno excepto Munkio, qui eum a. 388. scriptum esse vult, de tempore operis natali prope idem statuant; quamquam in singulis quibusdam quaestionis partibus ab eorum iudiciis utique nobis discedendum fuit. Ceterum Schleiermacherus hunc

---

*) Quae vir doctissimus ibid. p. 423. et p. 427 sq. protulit *νοθείας* argumenta, noluimus singulatim refellere; sunt enim nullius fere momenti.

quoque librum Protagorae tanquam cumulum accessisse arbitratur, a quo cur ea in re dissentiamus, ex Praefatione ad Lachetem perspicietur.

Perpetuo commentario, in grammaticis maxime rebus occupato illo, instruxit hunc librum Ludov. Frid. Heindorfius, Dialogg. Select. Vol. I. Berol. 1802. 8., quae editio curante Philippo Buttmanno repetita est ibid. 1827. Secunda editio textum, quem vocant, exhibet ex Bekkeri opibus criticis emendatum, simulque ea complectitur, quae Heindorfius in annotatione critica Platonis Apologiae a. 1805. editae praefixa monuerat.

CODICES.

Bodl. sive Clarkian. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Paris. B. C. E. F. G. Ambros. (r). Angel. (w). Barber. (y). Vindob. (1.) Flor. a. b. c. i. o.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ΧΑΡΜΙΔΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΚΡΙΤΙΑΣ, ΧΑΡΜΙΔΗΣ.

Cap. I. Ἧκον μὲν τῇ προτεραίᾳ ἑσπέρας ἐκ Ποτιδαίας ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, οἷον δὲ διὰ χρόνου ἀφιγμένος ἀσμένως ᾖα ἐπὶ τὰς ξυνήθεις διατριβάς. καὶ δὴ καὶ εἰς τὴν Ταυρέου παλαίστραν τὴν καταντικρὺ τοῦ τῆς βασιλικῆς ἱεροῦ εἰςῆλθον, καὶ 135

Cap. I. P. 153. *ἀσμένως ᾖα*] ἄσμενος Hirschig. invitis codd. ἁσμένως Bodl.

Cap. I. P. 153. *Ἧκον μὲν τῇ προτεραίᾳ* —] Potidaea, urbs Macedoniae in peninsula Pellene sita, Atheniensibus vectigalis, a Corinthiis et Perdicca, rege Macedonum, ad seditionem sollicitata ab Atheniensibus defecit Olymp. 87. 1. = 432. a. Chr. n. v. Thucyd. I. 46—55. et post duorum ferme annorum obsidionem ab illis Olymp. 87. 4. = 429. a. Chr. expugnata est; v. Thucyd. II. 76 sqq. — *διὰ χρόνου*, interiecto longiore temporis intervallo; v. ad Hipp. mai. p. 281. A. — *αἱ ξυνήθεις διατριβαὶ* ab aliis de solitis exercitiis, ab aliis, veluti ab Heindorfio, de ipsis locis, ubi Socrates commorari consueverat, intelliguntur. Equidem commorandi disputandique notiones in unum coniunxerim, ut vocabulum respondeat fere Latino conversationes. Gorg. p. 484. E. *ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι καὶ λόγους, καταγέλαστοι γίγνονται.* Apolog. Socr. p. 37. D. *ὅτι ὑμεῖς — οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς καὶ λόγους* Ibid. p. 41. A. *ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι κ. τ. λ.* Solebat autem Socrates in gymnasiis et palaestris cum aliis conversari, unde hic etiam Taureae palaestram ingressus esse dicitur, quae sita erat e regione templi Iovis *Σωτῆρος* sive *Ἐλευθερίου*, cui porticum regiam (*τὴν βασιλικὴν στοάν*) adiunctam fuisse Meursius Lectt. Att. VI. 17. docuit. conf. Pausan. I, 8. et Leake Descript. Athen. ed. Germ. Baiter. et Saupp. p. 99 sq. De Taurea, palaestrae conditore, Heindorf. conferri iubet interprett. ad Lucian. De Parasit. §. 43, ubi hic Platonis locus respicitur.

αὐτόθι κατέλαβον πάνυ πολλούς, τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοί, τοὺς δὲ πλείστους γνωρίμους. καί με
B *ὡς εἶδον εἰςιόντα ἐξ ἀπροςδοκήτου, εὐθὺς πόῤῥωθεν ἠσπάζοντο ἄλλος ἄλλοθεν· Χαιρεφῶν δέ, ἅτε καὶ μανικὸς ὤν, ἀναπηδήσας ἐκ μέσων ἔθει πρός με, καί μου λαβόμενος τῆς χειρός, Ὦ Σώκρατες, ἦ δ᾽ ὅς, πῶς ἐσώθης ἐκ τῆς μάχης; Ὀλίγον δὲ πρὶν ἡμᾶς ἀπιέναι μάχη ἐγεγόνει ἐν τῇ Ποτιδαίᾳ, ἣν ἄρτι ἦσαν οἱ τῇδε πεπυσμένοι. Καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὸν ἀποκρινόμενος, Οὑτωσί, ἔφην, ὡς σὺ ὁρᾷς. Καὶ μὴν ἤγγελ-*
C *ταί γε δεῦρο, ἔφη, ἥ τε μάχη πάνυ ἰσχυρὰ γεγονέναι καὶ ἐν αὐτῇ πολλοὺς τῶν γνωρίμων τεθνάναι.*

τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας] *καὶ* om. Flor. a. c. o. Ang. Ven. Σ. sed vide ann. Pro *ἐμοὶ* Heindorf. malebat *μοι*.

B. *ἔθει πρός με*] Heind. corr. *πρὸς ἐμέ*. frustra. v. ad Gorg. 489. E. Protagor. p. 335. coll. Buttmann. Gramm. max. §. 72. 4. ann. 3.

C. *Παρεγένου μέν, ἦ δ᾽ ὅς,*] Steph. *μὴν* coniiciebat; Heindorf. *μὲν* delendum censebat; perperam uterque.

οὐ γάρ τί πω] V. *τοί πω*, quod pro huius loci sententia

τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας] „Illud *καὶ* ad *τοὺς μὲν* pertinet, quod ne redundare videatur, sententiam ita inversam cogita: *τοὺς μὲν πλείστους γνωρίμους, τοὺς δὲ καὶ ἀγνῶτας ἐμοί.*" Heindorf.

B. *ἅτε καὶ μανικὸς ὤν*] Quid sit *μανικός*, ad Symp. p. 173. D. declaravimus, ubi Apollodorus eo nomine ornatur. Qui hic *μανικὸς* vocatur Chaerephon, de eodem Apol. Socr. p. 21. A. *ἴστε δὲ οἷος ἦν Χαιρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἐφ᾽ ὅ τι ὁρμήσειε.* Eodem spectat quod narrat Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 144.

Ὀλίγον δὲ πρὶν ἡμᾶς ἀπιέναι —] Olymp. 87. 4. = 429. a. Chr. Pugnam describit Thucyd. II. 70. Ceterum annus etiam eo fatalis, quod eodem et natus est divinus Plato noster, qui vitae lucem circiter 7. Thargelionis (21 — 22 Mai) die adspexit, et grande reip. columen occidit Pericles, qui auctumno circa 10. Septembr. dira abreptus est pestilentia.

C. *Παρεγένου μὲν — τῇ μάχῃ;*] Substitui notam interrogandi in locum plenae interpunctionis, quam sequens responsio non ferre videbatur. Vana est enim Stephani suspicio scribendum putantis *μήν*. Exempla voculae ita in interrogatione positae collegerunt Heindorf. ad Theaet. §. 49. et Elmsleius ad Eurip. Med. v. 1098., ad quem locum Hermannus in Censura: „*Μὲν* illud, inquit, non est interrogativum ita, ut rectae interrogationi conveniat, i. e. ei, qua nescientes aliquid interrogamus, sitne an non sit: ut in v. 659. *θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ*, si hic sensus est: estne fas me cognoscere oraculum, an non? non potuit *μὲν* poni. Sed ponitur haec parti-

Καὶ ἐπιεικῶς, ἦν δ' ἐγώ, ἀληθῆ ἀπήγγελται. Παρεγένου μέν, ἦ δ' ὅς, τῇ μάχῃ; Παρεγενόμην. Δεῦρο δή, ἔφη, καθεζόμενος ἡμῖν διήγησαι· οὐ γάρ τί πω πάντα σαφῶς πεπύσμεθα. Καὶ ἅμα με καθίζει ἄγων παρὰ Κριτίαν τὸν Καλλαίσχρου. παρακαθεζόμενος οὖν ἠσπαζόμην τόν τε Κριτίαν καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ διηγούμην αὐτοῖς τὰ ἀπὸ στρατοπέδου, ὅ τι μέ τις ἀνέροιτο· ἠρώτων δὲ ἄλλος ἄλλο. D

Cap. II. *Ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἅδην εἴχομεν, αὖθις ἐγὼ αὐτοὺς ἀνηρώτων τὰ τῇδε, περὶ φιλοσοφίας ὅπως ἔχοι τὰ νῦν, περί τε τῶν νέων, εἴ τινες ἐν αὐτοῖς διαφέροντες ἢ σοφίᾳ ἢ κάλλει ἢ ἀμφοτέ-*

paullo gravius asseverat. Illud τι Bekkerus in suis omnibus reperit praeter Ven. Ξ. Paris. F. et Ambros. Ex nostris nihil erat enotatum.

Cap. II. D. *ἅδην εἴχομεν*] V. *ἄδην*, quod e Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. B. mutatum.

ὅπως ἔχοι τὰ νῦν] V. *ἔχει*, invitis codd. Mox vulgo *ἢ ἀμφότερα*, quod etsi per se non est spernendum, tamen quia in uno Par. E. legi videtur, propter codicum auctoritatem mutandum fuit.

cula tantum in interrogatione figurata, qua significamus opinari nos illud esse, de quo interrogamus. Itaque *ὑγιαίνεις μέν;* non est sanus ne es? sed, certe non insanis, opinor? Apertum est autem, cur hoc genus interrogationis *μὲν* requirat. Nam si explices quae in breve contracta sunt, hoc habes: opinor quidem ita esse, sed dubitare cogor. Id egregie declarat locus Euripidis in Ione, quem attulit Elmsleius. Continet enim plenam sententiam, addito opposito: *εὖ φρονεῖς μέν, ἤ σ' ἐμηνέ τις βλαβή;* sanum quidem te esse opinor, nisi quid mentem tuam perturbavit? Aliter Buttmannus ad Menon. p. 82. B., qui *μὲν* ita positum indicare censet exspectari alterius affirmationem, ut Lat. opinor, haud dubie. Differre autem existimat hanc interrogandi formam ab illa, quae *πού* additum habeat: nam *πού* significare, exspectari alterius assensum in re aliunde satis certa, *μὲν* autem aliquid tanquam consentaneum et necessarium indicare.

Δεῦρο δή, ἔφη, καθεζόμενος —] V. ad Lysid. p. 203. B. Mox ne quis pro *ἄγων* legendum suspicetur *ἀγαγών*, eodem modo Homer. Odyss. α'. 130. *αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἷσεν ἄγων.* ω', 270. *τὸν μὲν ἐγὼ πρὸς δώματ' ἄγων εὖ ἐξείνισσα.* Sophocl. Oed. Col. 910. *πρὶν ἂν κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων.* Ibid. 1342. *ὥστ' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων.* Philoct. 608. *δέσμιόν τ' ἄγων ἔδειξ' Ἀχαιοῖς.* De Critia v. Prolegg. Notus ceterum ex historia in vulgus est.

Cap. II. D. *εἴ τινες — ἐγγεγονότες εἶεν*] Stephanum *εὖ γεγονότες* coniicientem

ροις ἐγγεγονότες εἶεν. καὶ ὁ Κριτίας ἀποβλέψας πρὸς
154 τὴν θύραν, ἰδών τινας νεανίσκους εἰςιόντας καὶ λοι-
δορουμένους ἀλλήλοις καὶ ἄλλον ὄχλον ὄπισθεν ἑπό-
μενον, Περὶ μὲν τῶν καλῶν, ἔφη, ὦ Σώκρατες,
αὐτίκα μοι δοκεῖς εἴσεσθαι· οὗτοι γὰρ τυγχάνουσιν
οἱ εἰςιόντες πρόδρομοί τε καὶ ἐρασταὶ ὄντες τοῦ δο-
κοῦντος καλλίστου εἶναι τά γε δὴ νῦν· φαίνεται δέ
μοι καὶ αὐτὸς ἐγγὺς ἤδη που εἶναι προςιών. Ἔστι
δέ, ἦν δ' ἐγώ, τίς τε καὶ τοῦ; Οἶσθά που σύ γε,
ἔφη, ἀλλ' οὔπω ἐν ἡλικίᾳ ἦν πρίν σε ἀπιέναι, Χαρ-
B μίδην τὸν τοῦ Γλαύκωνος τοῦ ἡμετέρου θείου υἱόν,
ἐμὸν δὲ ἀνεψιόν. Οἶδα μέντοι νὴ Δία, ἦν δ' ἐγώ·
οὐ γάρ τι φαῦλος οὐδὲ τότε ἦν ἔτι παῖς ὤν, νῦν
δ' οἶμαί που εὖ μάλα ἂν ἤδη μειράκιον εἴη. Αὐ-
τίκα, ἔφη, εἴσει καὶ ἡλίκος καὶ οἷος γέγονε. Καὶ
ἅμα ταῦτ' αὐτοῦ λέγοντος ὁ Χαρμίδης εἰςέρχεται.

P. 154. A. *οὗτοι γὰρ τ.*] *οὑτοιὶ γὰρ τ.* corr. Hirschig.
B. *οὐ γάρ τι φαῦλος*] V. *τοι*, quod e Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. BC. Ang. Barb. Vind. Flor. a. b. c. i. o. mutatum. Mox *που* om. Par. G., de cuius voculae collocatione vide ad Phaedr. p. 258. B. Pertinet enim ad *εὖ μάλα ἂν ἤδη μειράκιον εἴη.* Nec vero praeter usum post *οἶμαι* illatum est, sicuti docebunt quae ad optime refellit Heindorf. comparans illa Epist. XI. p. 359. B. *ὅταν ἐν τοιούτοις καιροῖς ἀνὴρ καλός τε καὶ ἀγαθὸς ἐγγένηται.* Sententia verborum haec est: si qui inter eos vel sapientia vel pulcritudine vel utraque simul insignes exstitissent.

P. 154. *ἀλλ' οὔπω ἐν ἡλικίᾳ ἦν*] nondum adoleverat. v. ad Menex. p. 240. D. Gorg. p. 484. C. Lachet. p. 200. C. Theaet. p. 142. E. *εἴπερ εἰς ἡλικίαν ἔλθοι.* Plura dabit Göller. ad Thucyd. II, 36. p. 261. Latinos item aetatem dixisse pro iuventute praeter alios docuit Wopkens. Lect. Tulliam p. 114. — *πρίν σε ἀπιέναι.* Defecit Potidaea ab Atheniensibus a. 432. dedita est a. 429, postquam oppugnata fuerat amplius duo annos. v. ad p. 153. A. Interea igitur Charmides e pueris excesserat. Ceterum Charmides eodem modo, quo in hoc dialogo, depingitur Xenoph. Mem. III, 7; ubi v. interpp. De gente eius et cognatione dictum in Prolegomenis.

B. *ἅμα ταῦτ' αὐτοῦ λέγοντος*] *Ἅμα* ita participio praemissum hodie ne tirones quidem ignorant. v. Rost. Gr. §. 130. 1. ann. 3. p. 667. Matth. Gr. §. 565. 2.

Cap. III. *οὐδὲν σταθμητόν· ἀτεχνῶς γὰρ λ. στ.*] Schol. *παροιμία λευκὴ στάθμη ἐπὶ τῶν ἄδηλα ἀδήλοις σημειουμένων κἂν τούτῳ μηδὲν συνιέντων. ἡ γὰρ ἐν τοῖς λευκοῖς λίθοις στάθμη λευκὴ οὐδὲν δύναται δεικνύναι διὰ τὸ μὴ παρ-*

Cap. III. *Ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, οὐδὲν σταθμητόν· ἀτεχνῶς γὰρ λευκὴ στάθμη εἰμὶ πρὸς τοὺς καλούς· σχεδὸν γάρ τί μοι πάντες οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ καλοὶ φαίνονται· ἀτὰρ οὖν δὴ καὶ τότε ἐκεῖνος ἐμοὶ* C *θαυμαστὸς ἐφάνη τό τε μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, οἱ δὲ δὴ ἄλλοι πάντες ἐρᾶν ἔμοιγε ἐδόκουν αὐτοῦ· οὕτως ἐκπεπληγμένοι τε καὶ τεθορυβημένοι ἦσαν, ἡνίκ' εἰςῄει. πολλοὶ δὲ δὴ ἄλλοι ἐρασταὶ καὶ ἐν τοῖς ὄπισθεν εἵποντο. καὶ τὸ μὲν ἡμέτερον τὸ τῶν ἀνδρῶν ἧττον θαυμαστὸν ἦν· ἀλλ' ἐγὼ καὶ τοῖς παισὶ προςέσχον τὸν νοῦν, ὡς οὐδεὶς ἄλλοσ' ἔβλεπεν αὐτῶν, οὐδ' ὅςτις σμικρότατος ἦν, ἀλλὰ πάντες ὥςπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν.*

Καὶ ὁ Χαιρεφῶν καλέσας με, Τί σοι φαίνεται ὁ D *νεανίσκος, ἔφη, ὦ Σώκρατες; οὐκ εὐπρόσωπος; Ὑπερ-*

Lysid. p. 221. E. adscripsimus.

Cap. III. *σχεδὸν γάρ τί μοι π.*] Steph. *τοί μοι*, invitis codicibus omnibus.

C. *ἄλλοσ' ἔβλεπεν*] V. *ἄλλον*. Plurimi libri *ἄλλος*. Recte Coisl. *ἄλλοσ'*, quod in Bodl. superscriptum. Verum iam Bastius Epist. Crit. p. 168. perspexerat.

θαλλάττειν, καθάπερ ἡ διὰ τῆς μίλτου γινομένη, ὡς Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι· „Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμαίρομαι, Οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.“ ἔστι δὲ στάθμη σπάρτος τεκτονική. κατ' ἔλλειψιν δὲ εἴρηται ἡ παροιμία, διὸ καὶ ἀσαφὴς ἐγένετο. τὸ δὲ ὅλον ἐστὶ τοιοῦτον· ἐν λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη. conf. Eustath. ad Iliad. p. 1022 sq. ed. Rom. = Tom. III. p. 275. ed. Lips. Sententia haec est: In me certe nihil inest, ad quod iudicium de talibus rebus exigi queat: prorsus enim sum albi funiculi instar, cuius ad albos lapides metiendos nullus usus est. *Ἀτεχνῶς* ita in comparatione usurpatum ad Ionem p. 434. E. illustravimus. Respexit hunc locum Maximus Tyr. Diss. XXIV. sect. 4, ubi v. Davisium.

C. *τό τε μέγεθος καὶ τὸ κάλλος*] Alcib. I. p. 123. E. *κάλλει καὶ μεγέθει.* Infra p. 158. A. *καλλίων καὶ μείζων.* Menex. p. 235. A. Homer. Od. I. 301. *μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε.* Ibid. VI. 152. v. ad Phileb. p. 48. E.

ὥςπερ ἄγαλμα] Comparatio non infrequens. v. Ruhnken. ad Tim. p. 6. interprett. ad Xenoph. Ephes. p. 138. ed. Locell. et Aristaen. Epist. I. 1. p. 210. ed. Boiss. Petron. c. 126. mulier omnibus simulacris emendatior.

D. *Τί σοι φαίνεται ὁ νεανίσκος*] V. ad Phaedrum p. 234. C. — *εἰ ἐθέλ. ἀποδῦναι*: nam versantur in palaestra, in qua luctaturi adolescentes

φυῶς, ἦν δ' ἐγώ. Οὗτος μέντοι, ἔφη, εἰ ἐθέλοι ἀποδῦναι, δόξει σοι ἀπρόσωπος εἶναι· οὕτως τὸ εἶδος πάγκαλός ἐστιν. Συνέφασαν οὖν καὶ οἱ ἄλλοι ταὐτὰ ταῦτα τῷ Χαιρεφῶντι. Κἀγώ, Ἡράκλεις! ἔφην, ὡς ἄμαχον λέγετε τὸν ἄνδρα, εἰ ἔτι αὐτῷ ἓν μόνον τυγχάνει προσὸν σμικρόν τι. Τί; ἔφη ὁ Κριτίας.
E Εἰ τὴν ψυχήν, ἦν δ' ἐγώ, τυγχάνει εὖ πεφυκώς. πρέπει δέ που, ὦ Κριτία, τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι, τῆς γε ὑμετέρας ὄντα οἰκίας. Ἀλλ', ἔφη, πάνυ καλὸς καὶ ἀγαθός ἐστι καὶ ταῦτα. Τί οὖν, ἔφην, οὐκ ἀπεδύσαμεν αὐτοῦ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐθεασάμεθα πρότερον τοῦ εἴδους; πάντως γάρ που τηλικοῦτος ὢν ἤδη ἐθέλει διαλέγεσθαι. Καὶ πάνυ γε, ἔφη ὁ Κριτίας· ἐπεί
155 τοι καί ἐστι φιλόσοφός τε καὶ ὡς δοκεῖ ἄλλοις τε

D. εἰ ἐθέλοι ἀποδῦναι] Sic Bodl. Vat. Θ. Par. G. Vind. Flor. i. pro vulg. ἐθέλει. Mox οὕτως ante τὸ εἶδος codd. fere omnes. Bekk. οὕτω.

ἓν μόνον τυγχάνει] Vat. Θ. ἓν δὴ μόνον, quod recepit Bekker. assentientibus Turr. et Herm. Bodl. ἓν δὲ μόνον. Dein vulg. τυγχάνοι bis praeter fidem librorum omnium.

P. 155. ἄλλοις τε καὶ ἑαυτῷ] Sic Bodl. Vat. Θ Ambr. Vulgo γε legebatur. Pro ἑαυτῷ Prinsterer. Prosopograph. p. 214. mavult ἐμαυτῷ.

vestes exuebant. — δόξει σοι ἀπρόσωπος εἶναι, prae totius corporis venustate oris pulcritudinem non amplius recordaberis. Plato Alcibiad. I. p. 36. extr. εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος δῆμος Ἐρεχθέως· ἀλλ' ἀποδύντα χρὴ αὐτὸν θεάσασθαι. Erotici posteriores quo studio haec Platonis verba celebraverint, docebunt interpretes Aristaeneti p. 225 sqq. et Boiss. et p. 544. Ceterum Phrynichus in Bekkeri Anecdot. I. p. 14. ἄμαχον, τὸ κακόν. ὑπερβολικῶς, πρὸς ὃ οὐκ ἄν τις μαχέσαιτο.

E. καὶ ταῦτα] Int. καὶ τὰ περὶ τὴν ψυχήν. v. ad Remp. II. p. 368. A. Matthiae. Gr. §. 439. Eodem modo proximum αὐτὸ τοῦτο referas ad τὴν ψυχήν. De τί οὐ sequente aoristo ἀπεδύσαμεν dictum ad Phileb. p. 54. B. Protag. p. 310. A. Sympos. p. 173. B. Menex. p. 236. C. al. Genitivus αὐτοῦ ex αὐτὸ τοῦτο aptus nexusque est. Sententia igitur haec est: Quin igitur hanc ipsam eius partem (animum) exuimus, ac prius quam corporis formam spectamus? omnino enim (iedenfalls), opinor, talis quum puer sit, iam ad colloquendum et confabulandum promtus et paratus est.

ἐπεί τοι καί ἐστι φιλόσοφος] Vocularum usum ad Hipp. mai. p. 288. C. attigimus. P. 155. καλῶς λέγεις, καὶ καλῶμεν αὐτόν. Vulgo καλοῦμεν. Requiritur coniunctivus cohortationi inserviens. Gorg. p.

καὶ ἑαυτῷ πάνυ ποιητικός. Τοῦτο μέν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Κριτία, πόῤῥωθεν ὑμῖν τὸ καλὸν ὑπάρχει ἀπὸ τῆς Σόλωνος συγγενείας. ἀλλὰ τί οὐκ ἐπέδειξάς μοι τὸν νεανίαν καλέσας δεῦρο; οὐδὲ γὰρ ἄν που, εἰ ἐτύγχανε νεώτερος ὤν, αἰσχρὸν ἂν ἦν αὐτῷ διαλέγεσθαι ἡμῖν ἐναντίον γε σοῦ, ἐπιτρόπου τε ἅμα καὶ ἀνεψιοῦ ὄντος. Ἀλλὰ καλῶς, ἔφη, λέγεις, καὶ καλῶμεν αὐτόν. Καὶ ἅμα πρὸς τὸν ἀκόλουθον, Παῖ, ἔφη, κάλει Χαρμίδην εἰπών, ὅτι βούλομαι αὐτὸν ἰα- B τρῷ συστῆσαι περὶ τῆς ἀσθενείας ἧς πρώην πρός με ἔλεγεν ὅτι ἀσθενοῖ. Πρὸς οὖν ἐμὲ ὁ Κριτίας, Ἐναγχός τοι ἔφη βαρύνεσθαί τι τὴν κεφαλὴν ἕωθεν ἀνιστάμενος. ἀλλὰ τί σε κωλύει προσποιήσασθαι πρὸς αὐτὸν ἐπίστασθαί τι κεφαλῆς φάρμακον; Οὐδέν, ἦν δ' ἐγώ· μόνον ἐλθέτω. Ἀλλ' ἥξει, ἔφη.

πόῤῥωθεν ὑμῖν τὸ καλόν] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Par. G. Ambr. Vind. Flor. i. pro vulg. τὸ καλὸν ὑμῖν.

καὶ καλῶμεν αὐτόν] V. καλοῦμεν. Sed καλῶμεν Ambros. quod verum putamus. καλοῦμεν etiam pro futuro acceptum probari non potest.

B. ἔλεγεν ὅτι ἀσθενοῖ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Par. BCG. Ang. Barb. Vind. Flor. a. i. Vulgo scribebatur ἀσθενεῖ.
Ἐναγχός τοι ἔφη] Sic Bodl. Coisl. Ven. Σ. Par. BG. Ambr.

462. B. ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα, καί μοι ἀπόκριναι. Theaet. p. 161. B. σὺ κάλλιον λέγεις, καὶ ποίει οὕτως. Lucian. Dial. Mort. X. 2. εὖ λέγεις, καὶ οὕτω ποιήσωμεν. Dial. Deor. XX, 5. εὖ λέγεις, καὶ οὕτω ποιῶμεν. Futuri alia est ratio. Xenoph. Anab. VII. 1, 22. ἀλλ' εὖ γε λέγετε, καὶ ποιήσω ταῦτα. Sympos. VII. 5. καλῶς τε λέγεις, καὶ ἐγὼ εἰσάξω θεάματα. Memorab. II. 10, 5. III. 3, 4. ἀλλα καλῶς τε λέγεις, ἔφη, καὶ πειράσομαι. Itaque cum Heindorfio scribendum duxi καλῶμεν, quod in uno cod. servatum est. πρὸς τὸν ἀκόλουθον, ad puerum pedisequum.

B. βούλομαι αὐτὸν ἰατρῷ συστῆσαι —] Lachet. p. 200. D. ἀλλὰ γὰρ ἄλλους μοι ἑκάστοτε ξυνίστησιν. Xenoph. Symp. IV, 63. ἐπεί με ἐποίησας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ, συνέστησάς μοι αὐτόν. Oecon. III, 14. συστήσω δέ σοι ἐγὼ καὶ Ἀσπασίαν. — Ad ἧς nisi repetendum ex praegressis περί, de qua omissione v. ad Apol. Socr. p. 27. D. Gorg. p. 453. E. p. 516. C. Phaedon. p. 76. D., positum illud per attractionem pro ἣν et cum ἀσθενοῖ iungendum, quae ratio est praestabilior.

μόνον ἐλθέτω] modo veniat. Phaedr. p. 264. D. μόνον δήλωσον. Phaedon. p. 63. E. ἀλλὰ μόνον τὸ ἑαυτοῦ παρασκευαζέτω. Ad ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο conf. Euthyd. p. 283. A. ὅπερ οὖν καὶ συνέβη ἡμῖν. Euthyphr. p. 4. D. ὅπερ οὖν καὶ ἔπαθεν. v. Hermann. ad Lucian. de conscr. histor. p. 356. — ἐποίησε γέλωτα πολύν,

Cap. IV. Ὃ οὖν καὶ ἐγένετο. ἧκε γάρ, καὶ ἐποίησε γέλωτα πολύν· ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῶν καθη-
C μένων ξυγχωρῶν τὸν πλησίον ὤθει σπουδῇ, ἵνα παρ' αὐτῷ καθέζοιτο, ἕως τῶν ἐπ' ἐσχάτῳ καθημένων τὸν μὲν ἀνεστήσαμεν, τὸν δὲ πλάγιον κατεβάλομεν. ὁ δ' ἐλθὼν μεταξὺ ἐμοῦ τε καὶ τοῦ Κριτίου ἐκαθέζετο. ἐνταῦθα μέντοι, ὦ φίλε, ἐγὼ ἤδη ἠπόρουν, καί μου ἡ πρόσθεν θρασύτης ἐξεκέκοπτο, ἣν εἶχον ἐγὼ ὡς πάνυ ῥᾳδίως αὐτῷ διαλεξόμενος. ἐπειδὴ δέ, φράσαν-

Ang. Vind. Flor. a. b. c. i. o. Legebatur olim ἐναγχός τι, quod Heindorfius ut νεωςτὶ dictum putabat. v. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 1046.

Ὃ οὖν κ.] V. Ὅπερ οὖν.

Cap. IV. C. ἡ πρόσθεν θρασύτης] Sic Bodl. Coisl. Ven. Σ. Par. BCG. Ambr. Ang. Barb. Flor. a. c. i. o. Vulgo erat ἡ πρώην θρ. Dein Steph. cum Coisl. Par. E. ἐξεκόπτετο, quod minus significanter dictum.

ἐνέβλεψέ τέ μοι] Steph. cum Par. EF. ἀνέβλεψε, quod primus mutandum vidit Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 1046. Bodl. Vat. Θ. Coisl. C. et G. με pro μοι. frustra. conf. p. 162. D. Alioquin ἐπέβλεψε scribendum.

D. οὐκέτ' ἐν ἐμαυτοῦ ἦν] Sic Coisl. Ven. Σ. Par. BCE. Ang. Flor. a. c. et ex corr. Barb. pro vulg. ἐν ἐμαυτῷ ἦν. Bodl. quidem Par. G. Flor. b. i. o. et Schol. ἐπ' ἐμαυτοῦ. Vat. Θ. ἐπ'

multum excitavit risum.

C. ἡ πρόσθεν θρασύτης ἐξεκέκοπτο] Lucian. Nigrin. §. 15. ἐκκόπτειν ἑαυτῶν τὴν οἴησιν.

Ταὐτὸν οὖν ἐστὶν ἐπιστήμη —] Num igitur, inquit, eae artes, quae sibi valetudinem corporis vel iustitiam tanquam materiam subiectam habent, eaedem sunt atque haec, cui nihil nisi ipsa scientia est subiectum? Quod posteaquam

καὶ οὕτω πάντα. ἢ οὔ; Φαίνεται. Σωφροσύνη δέ, εἴπερ μόνον ἐστὶν ἐπιστημῶν ἐπιστήμη, πῶς εἴσεται, ὅτι τὸ ὑγιεινὸν γιγνώσκει ἢ ὅτι τὸ οἰκοδομικόν; Οὐδαμῶς. Οὐκ ἄρα εἴσεται ὃ οἶδεν ὁ τοῦτο ἀγνοῶν, ἀλλ' ὅτι οἶδε μόνον. Ἔοικεν. Cap. XVIII. Οὐκ ἄρα σωφρονεῖν τοῦτ' ἂν εἴη οὐδὲ σωφροσύνη, εἰδέναι D ἅ τε οἶδε καὶ ἃ μὴ οἶδεν, ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ὅτι οἶδε καὶ ὅτι οὐκ οἶδε μόνον. Κινδυνεύει. Οὐδὲ ἄλλον ἄρα οἷός τε ἔσται οὗτος ἐξετάσαι φάσκοντά τι ἐπίστασθαι, πότερον ἐπίσταται ὅ φησιν ἐπίστασθαι ἢ οὐκ ἐπίσταται· ἀλλὰ τοσοῦτο μόνον, ὡς ἔοικε, γνώσεται, ὅτι ἔχει τινὰ ἐπιστήμην, ὅτου δέ γε, ἡ σωφροσύνη οὐ ποιήσει αὐτὸν γιγνώσκειν. Οὐ φαίνεται. E Οὔτε ἄρα τὸν προςποιούμενον ἰατρὸν εἶναι, ὄντα δὲ μή, καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς ὄντα οἷός τε ἔσται διακρίνειν, οὔτε ἄλλον οὐδένα τῶν ἐπιστημόνων καὶ μή. σκεψώμεθα δὲ ἐκ τῶνδε· εἰ μέλλει ὁ σώφρων ἢ ὅςτις-

οὐκ ἐπ.

B. ὅτι μέν τι ἐπ.] V. μέν τοι, quod ex plurimis libris emendatum.

C. πῶς εἴσεται;] Sic Par. G. Vind. Flor. i. Bodl. et Coisl. corr. Vulgo ὅπως.

Critias negavit, ille haec adiicit: Sed una illarum artium est medica; altera civilis; tertia autem haec nihil aliud est nisi scientia. In his non debet offendere, quod Socrates, quum antea nonnisi valetudinis et iustitiae scientiam memoraverit, deinde tamen addit τὸ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐπιστήμη. Nam huius significatio aliqua utique iam inest in vocabulo ταὐτόν, ad quod sponte intelligas ταύτῃ, quod Heindorf. in editione minore sine causa censuit Platoni reddendum esse. Illud autem forsitan quispiam miretur, quod non scriptum sit οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐπιστήμης ἐπιστήμη. Et fuit sane qui hoc scriptorem dedisse suspicaretur. At ea suspicio inanis est atque vana. Nam Socrates significat, quemadmodum ἰατρικὴ et πολιτικὴ a materia, quam hae artes tractant, nomen acceperint, ita etiam illi scientiae, de qua disputatur, a re, in qua versetur, peculiare nomen esse oportere: quae quum ipsa scientia sit, non aliter eam appellari posse ait nisi scientiae nomine.

C. ὅτι μέν τι ἐπίσταται —] hoc quidem probabiliter et de se et de ceteris noverit, se aliquid scire et scientiam aliquam habere. His respondent sequentia Ὅ τι δὲ γιγνώσκει κ. τ. λ., unde μέν τι temere in μέντοι corruptum est.

D. εἰδέναι ἅ τε οἶδεν καὶ ἃ μὴ οἶδεν] V. ad p. 167. B.

οὖν ἄλλος τὸν ὡς ἀληθῶς ἰατρὸν διαγνώσεσθαι καὶ
τὸν μή, ἆρ' οὐχ ὧδε ποιήσει; περὶ μὲν ἰατρικῆς δή-
που αὐτῷ οὐ διαλέξεται· οὐδὲν γὰρ ἐπαΐει, ὡς ἔφα-
μεν, ὁ ἰατρὸς ἀλλ' ἢ τὸ ὑγιεινὸν καὶ τὸ νοσῶδες.
ἢ οὔ; Ναί, οὕτω. Περὶ δέ γε ἐπιστήμης οὐδὲν οἶ-
δεν, ἀλλὰ τοῦτο δὴ τῇ σωφροσύνῃ μόνῃ ἀπέδομεν.
Ναί. Οὐδὲ περὶ ἰατρικῆς ἄρα οἶδεν ὁ ἰατρικός, ἐπει-
171 *δήπερ ἡ ἰατρικὴ ἐπιστήμη οὖσα τυγχάνει. Ἀληθῆ.*
Ὅτι μὲν δὴ ἐπιστήμην τινὰ ἔχει, γνώσεται ὁ σώφρων
τὸν ἰατρόν· ἐπιχειρῶν δὲ δὴ πεῖραν λαβεῖν ἥτις ἐστιν,
ἄλλο τι σκέψεται ὧντινων; ἢ οὐ τούτῳ ὥρισται
ἑκάστη ἐπιστήμη, μὴ μόνον ἐπιστήμη εἶναι, ἀλλὰ καὶ
τίς, τῷ τινῶν εἶναι; Τούτῳ μὲν οὖν. Καὶ ἡ ἰατρικὴ
δὴ ἑτέρα εἶναι τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν ὡρίσθη τῷ τοῦ
ὑγιεινοῦ εἶναι καὶ νοσώδους ἐπιστήμη. Ναί. Οὐ-

Cap. XVIII. P. 171. *ἐπιχειρῶν δὲ δὴ πεῖραν λ.*] Participium *ἐπιχειρῶν*, vulgo temere omissum, ex Par. G. et marg. Coisl. restituit Bekker. Pro *δὲ δή*, quod praebuerunt Ven. ΞΣ. Par. BCG. Ambr. Angel. Barb. Vind. Flor. a. b. c. i. o., vulgo legebatur *δὲ δεῖ*. Winckelmannus ad Euthydem. Praef. XIII. reiecto *ἐπιχειρῶν* legendum proposuit: *δεῖ δὴ πεῖραν λαβεῖν κ. τ. λ.* ita, ut protasis accipiatur *ὑποθετικῶς*. Sed ita scribendum certe erit: *δεῖ δὲ δὴ π. λ.* C. Fr. Hermannus de coni. sua scripsit: *δεῖν δὲ πεῖραν λαβεῖν*, i. e. *δέον*; quam formam Platoni vindicare stu-

P. 171. *γνώσεται ὁ σώφρων τὸν ἰατρόν·*] Attractionis genus notissimum. v. Matth. Gr. §. 296.

ἄλλο τι σκέψεται ὧντινων] nonne videbit, quarumnam rerum habeat scientiam? annon unaquaeque scientia ita est definita, ut non modo scientia sit, sed etiam aliqua, propterea quod in aliquibus rebus versetur?

B. *ἐν οἷς ποτ' ἔστιν*] in quibus quandoque inest.

Οὐκοῦν ἐν τοῖς οὕτως ἢ λεγομένοις —] *οὕτως* est ita ut vel sanitatis vel morbi ducatur ratio. Errat Heindorf. scribendum putans *ἐν τοιούτοις* vel *τούτοις*.

ποτέροις ἐπακολουθῆσαι] h. e. alterutris. Falso interpretatur Heindorf. utrisque. v. Rempubl. IV. p. 439. E. Lachet. p. 182. A. Theat. p. 145. A. Sophist. p. 252. A. p. 264. D. Legg. XI. p. 914. C.

C. *Οὐ δῆτα. Οὐδέ γε ἄλλος οὐδείς, — οὔτε δὴ ὁ σώφρων*] Ita haec in omnibus editionibus scripta leguntur. Singularis est vero coniunctio ista particularum *οὐδέ γε — οὔτε δή*, cuius alia exempla donec quis monstraverit, locum vitiatum putabo. Nam *Οὐδέ γε* quo-

κοῦν ἐν τούτοις ἀναγκαῖον σκοπεῖν τὸν βουλόμενον ἰατρικὴν σκοπεῖν, ἐν οἷς ποτ' ἔστιν. οὐ γὰρ δήπου B ἔν γε τοῖς ἔξω, ἐν οἷς οὐκ ἔστιν. Οὐ δῆτα. Ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ἄρα καὶ νοσώδεσιν ἐπισκέψεται τὸν ἰατρόν, ᾗ ἰατρικός ἐστιν, ὁ ὀρθῶς σκοπούμενος. Ἔοικεν. Οὐκοῦν ἐν τοῖς οὕτως ἢ λεγομένοις ἢ πραττομένοις τὰ μὲν λεγόμενα, εἰ ἀληθῆ λέγεται, σκοπούμενος, τὰ δὲ πραττόμενα, εἰ ὀρθῶς πράττεται; Ἀνάγκη. Ἦ οὖν ἄνευ ἰατρικῆς δύναιτ' ἄν τις τούτων ποτέροις ἐπακολουθῆσαι; Οὐ δῆτα. Οὐ δέ γε ἄλλος οὐδείς, ὡς ἔοικε, πλὴν ἰατρός, οὔτε δὴ ὁ σώ- C φρων· ἰατρὸς γὰρ ἂν εἴη πρὸς τῇ σωφροσύνῃ. Ἔστι ταῦτα. Παντὸς ἄρα μᾶλλον, εἰ ἡ σωφροσύνη ἐπιστήμης ἐπιστήμη μόνον ἐστὶ καὶ ἀνεπιστημοσύνης, οὔτε ἰατρὸν διακρῖναι οἵα τε ἔσται ἐπιστάμενον τὰ

det coll. Euthyphr. c. 4. et Charm. c. 12. laudato Greg. Corinth. p. 140. et 178. ed. Schaef. De Platone nos quidem dubitamus, qui huius formae usui omnino suspicamur certos limites fuisse constitutos.

ἄλλο τι σκέψεται] Sic Coisl. Vat. Θ. Par. BCFG. Ambr. Flor. a. b. c. α. Vulgo ἀλλ' ὅτι σκ.

C. καὶ ἀνεπιστημοσύνης] Vulgo additur ἐπιστήμη, quod recte om. Bodl. Vat. Θ. Par. G.

minus interpreteris ne — quidem, ut οὔτε simpliciter annectat, quemadmodum post δὲ positum τὲ reperitur, universi loci ratio prohibet. Lenissima medicina adhibita corrigendum putavimus: Οὐ δέ γε ἄλλος οὐδείς, ὡς ἔοικε — οὔτε δὴ ὁ σώφρων. v. ad Remp. III. p. 398. A. collato Hermanno ad Eurip. Med. 1321. Recte Socrates utitur particulis δέ γε additurus iam aliquid iis, quae Critias affirmavit; de quo usu diximus ad Hipp. min. p. 366. B. Itaque verborum sententia haec est: Num igitur quis sine arte medica poterit horum alterutrum assequi? Minime vero. Quemadmodum autem nemo alius, ut patet, praeter medicum facere id poterit, ita nec temperans faciet, propterea quod ita, praeterquam quod temperans esset, etiam medicus foret. Etenim membra per οὐ — οὔτε consociata habent rationem aequalitatis, ut eodem modo possint inservire comparationi, quo geminatum τὲ frequentari solet, de quo intpp. ad Xenoph. Mem. 1, 1, 14. Nägelsbach. Em. Plat. p. 9. corr. Οὔτε γε ἄλλος, quod etsi Herm. accepit, tamen nobis non placet.

πρὸς τῇ σωφροσύνῃ] h. e. πρὸς τῷ σώφρων εἶναι.

τῆς τέχνης ἢ μὴ ἐπιστάμενον, προςποιούμενον δὲ ἢ οἰόμενον, οὔτε ἄλλον οὐδένα τῶν ἐπισταμένων καὶ ὁτιοῦν, πλήν γε τὸν αὐτοῦ ὁμότεχνον, ὥςπερ οἱ ἄλλοι δημιουργοί. Φαίνεται, ἔφη. Cap. XIX. Τίς
D οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κριτία, ὠφέλεια ἡμῖν ἔτι ἂν εἴη ἀπὸ τῆς σωφροσύνης τοιαύτης οὔσης; εἰ μὲν γάρ, ὃ ἐξ ἀρχῆς ὑπετιθέμεθα, ᾔδει ὁ σώφρων ἅ τε ᾔδει καὶ ἃ μὴ ᾔδει, τὰ μὲν ὅτι οἶδε, τὰ δ' ὅτι οὐκ οἶδε, καὶ ἄλλον ταὐτὸν τοῦτο πεπονθότα ἐπισκέψασθαι οἷός τε ἦν, μεγάλως τι ἂν ἡμῖν, φαμέν, ὠφέλιμον ἦν σώφροσιν εἶναι· ἀναμάρτητοι γὰρ ἂν τὸν βίον διεζῶμεν αὐτοί τε [καὶ] οἱ τὴν σωφροσύνην ἔχοντες, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι ὑφ' ἡμῶν ἤρχοντο. οὔτε
E γὰρ ἂν αὐτοὶ ἐπεχειροῦμεν πράττειν ἃ μὴ ἠπιστάμεθα, ἀλλ' ἐξευρίσκοντες τοὺς ἐπισταμένους ἐκείνοις ἂν παρεδίδομεν, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπετρέπομεν, ὧν ἤρχομεν, ἄλλο τι πράττειν ἢ ὅ τι πράττοντες ὀρθῶς

Cap. XIX. D. *τὸν βίον διεζῶμεν*] ἐζῶμεν Bodl. Vind. Flor. i. Vat. Θ. Par. G. probante Winckelmanno et Hermanno. Sed recte διεζῶμεν, totam vitam perageremus, quod melius respondet dicentis consilio. Deinde καὶ codd. omnes servant, quod tamen errore ortum.

E. *ἃ μὴ ἠπιστάμεθα*] Sic Bodl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. BC. Ambr. Barb. Vulgo ἐπιστάμεθα.

P. 172. *καλῶς καὶ εὖ πράττειν*] καὶ εὖ deest in Bodl. uno, ceteris codd. omnibus dissentientibus. Quo magis dubitavi-

πλήν γε τὸν αὐτοῦ ὁμότεχνον] Ita dixit, perinde ac si praecederet ὁ σώφρων: unde etiam addit ὥςπερ οἱ ἄλλοι δημιουργοί.

Cap. XIX. D. *ἅ τε ᾔδει καὶ ἃ μὴ ᾔδει*] Imperfectum ponitur propterea, quod primarium enuntiati membrum, cuius explicationi haec inserviunt, imperfecti usum requirebat. Mox eodem modo: ἀναμάρτητοι γὰρ ἂν τὸν βίον διεζῶμεν — καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι ὑφ' ἡμῶν ἤρχοντο. Ibid. οὔτε γὰρ ἂν αὐτοὶ ἐπεχειροῦμεν πράττειν ἃ μὴ ἠπιστάμεθα, ubi perperam ante Bekkerum erat ἐπιστάμεθα. Paullo post: ἐκείνοις ἂν παρεδίδομεν, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπετρέπομεν ὧν ἤρχομεν, κ. τ. λ. Ibid. τοῦτο δ' ἦν ἄν, οὗ ἐπιστήμην εἶχον. Alia ratio est verborum; τὰ μὲν ὅτι οἶδε, τὰ δ' ὅτι οὐκ οἶδε, quod senties universi loci sententia percepta, quae quidem haec est: Nam si, quod ab initio posuimus, temperans sciret quae sciret et quae nesciret, illa quidem se scire haec autem se nescire, et alium similiter affectum posset explorare, mirum quantum nostro iudicio nobis prodesset temperantia. Enimvero haec: τὰ μὲν ὅτι οἶδε, τὰ δ' ὅτι οὐκ οἶδε, non necessario ad hypo-

ἔμελλον πράξειν· τοῦτο δ' ἦν ἄν, οὗ ἐπιστήμην εἶ-
χον. καὶ οὕτω δὴ ὑπὸ σωφροσύνης οἰκία τε οἰκου-
μένη καλῶς ἔμελλεν οἰκεῖσθαι, πόλις τε πολιτευομένη,
καὶ ἄλλο πᾶν, οὗ σωφροσύνη ἄρχοι· ἁμαρτίας γὰρ
ἐξῃρημένης, ὀρθότητος δὲ ἡγουμένης ἐν πάσῃ πράξει, 172
ἀναγκαῖον καλῶς καὶ εὖ πράττειν τοὺς οὕτω διακει-
μένους, τοὺς δὲ εὖ πράττοντας εὐδαίμονας εἶναι. ἆρ'
οὐχ οὕτως, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κριτία, ἐλέγομεν περὶ σωφρο-
σύνης, λέγοντες ὅσον ἀγαθὸν εἴη τὸ εἰδέναι ἅ τε
οἶδέ τις καὶ ἃ μὴ οἶδεν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, οὕτως.
Νῦν δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὁρᾷς, ὅτι οὐδαμοῦ ἐπιστήμη οὐ-
δεμία τοιαύτη οὖσα πέφανται. Ὁρῶ, ἔφη. Ἆρ' οὖν, B
ἦν δ' ἐγώ, τοῦτ' ἔχει τὸ ἀγαθὸν ἣν νῦν εὑρίσκομεν
σωφροσύνην οὖσαν, τὸ ἐπιστήμην ἐπίστασθαι καὶ
ἀνεπιστημοσύνην, ὅτι ὁ ταύτην ἔχων, ὅ τι ἂν ἄλλο
μανθάνῃ, ῥᾷόν τε μαθήσεται, καὶ ἐναργέστερα πάντα
αὐτῷ φανεῖται, ἅτε πρὸς ἑκάστῳ ᾧ ἂν μανθάνῃ

mus ei uni obsequi, ut more suo fecit Herm. praesertim quum proximum: *τοὺς δὲ εὖ πράττοντας* ut *καὶ εὖ* adderetur, postulasse videatur.

B. *ὅ τι ἂν ἄλλο μανθάνῃ*] V. *μανθάνοι*, sicuti mox in verbis *ᾧ ἂν μανθάνῃ*. Utrumque ex codd. longe plurimis optimisque emendatum. Idem vitium insederat in proximis: *περὶ ὧν ἂν καὶ αὐτὸς μάθῃ*, ubi optativum praeter Par. E. libri omnes aspernantur.

theticam sententiam pertinent. Pro *μεγάλως τι* Stephan. malebat iunctum scribi *μεγαλωστί*, de qua scriptura vide Bastium ad Gregor. Corinth. p. 544 sq. et Schaeferum p. 1004.

E. *καλῶς ἔμελλε οἰκεῖσθαι*] Recte dicitur sublata conditione *ἔμελλε*, non *ἔμελλεν ἄν*; nam ea particula adiecta verborum sententia haec foret: certo futurum esset, ut domus bene administraretur; at non futurum est: quod quilibet videt perabsurdum esse. v. ad p. 158. B. et Sympos. p. 190. C. conf. Hermann. De part. *ἄν* p. 64 sqq.

P. 172. *τοὺς δὲ εὖ πράττοντας εὐδ. εἶναι*] Conclusio ducta ex formulae *εὖ πράττειν* ambiguitate, ut scite observavi Heindorf., qui contulit Gorg. p. 507. C. De Rep. I. p. 354. A. Alcib. I. p. 134. A. Ibid. p. 116. A. Adde Euthyd. p. 280. B. ibique Schleiermach. annot. p. 547.

ἐλέγομεν περὶ σωφροσύνης] i. e. certo dicturi eramus. v. ad Sympos. p. 190. C.

B. *ἣν νῦν εὑρίσκομεν σωφροσύνην οὖσαν*] Aristoph. Ran. v. 889. *ἕτεροι γάρ εἰσιν, οἷσιν εὔχομαι θεοῖς.* Platon. Phaedon. p. 88. D. *ὁ γὰρ σφόδρα πιθανὸς ὤν, ὃν Σωκρά-*

προςκαθορῶντι τὴν ἐπιστήμην; καὶ τοὺς ἄλλους δὴ κάλλιον ἐξετάσει περὶ ὧν ἂν καὶ αὐτὸς μάθῃ, οἱ δὲ ἄνευ τούτου ἐξετάζοντες ἀσθενέστερον καὶ φαυλότερον τοῦτο δράσουσιν; ἆρ', ὦ φίλε, τοιαῦτ' ἄττα
C ἐστὶν ἃ ἀπολαυσόμεθα τῆς σωφροσύνης, ἡμεῖς δὲ μεῖζόν τι βλέπομεν καὶ ζητοῦμεν αὐτὸ μεῖζόν τι εἶναι ἢ ὅσον ἐστί; Τάχα δ' ἄν, ἔφη, οὕτως ἔχοι.

Cap. XX. Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ· ἴσως δέ γε ἡμεῖς οὐδὲν χρηστὸν ἐζητήσαμεν. τεκμαίρομαι δέ, ὅτι μοι ἄτοπ' ἄττα καταφαίνεται περὶ σωφροσύνης, εἰ τοιοῦτόν ἐστιν. ἴδωμεν γάρ, εἰ βούλει, συγχωρήσαντες καὶ ἐπίστασθαι ἐπιστήμην δυνατὸν εἶναι [εἰδέναι], καὶ ὅ γε ἐξ ἀρχῆς ἐτιθέμεθα σωφροσύνην εἶναι, τὸ εἰδέναι ἅ τε οἶδε καὶ ἃ μὴ οἶδε, μὴ ἀποστερήσωμεν,
D ἀλλὰ δῶμεν· καὶ ταῦθ' ἅπαντα δόντες ἔτι βέλτιον σκεψώμεθα, εἰ ἄρα τι καὶ ἡμᾶς ὀνήσει τοιοῦτον ὄν. ἃ γὰρ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ὡς μέγα ἂν εἴη ἀγαθὸν ἡ

ἃ ἀπολαυσόμεθα] V. ἀπολαύσομεν, quod solus Par. E. habet.

Cap. XX. C. οὐδὲν χρηστὸν ἐζητήσαμεν] V. οὐδέ, quod soli tenent Ven. Ξ. Par. EF. Ambr.

καὶ ταῦθ' ἅπαντα] Bodl. Coisl. Par. G. πάντα ταῦτα ut Turic.

D. εἰ ἄρα τι καὶ ἡμᾶς ὄν.] Sic Vat. Θ. et ex corr. Bodl.

της ἔλεγε λόγον, νῦν εἰς ἀπιστίαν καταπέπτωκεν. Protagor. p. 359. D. ἀλλὰ τοῦτό γ', ἔφη, ἐν οἷς σὺ ἔλεγες τοῖς λόγοις, ἀπεδείχθη. Criton. p. 48. C. ἃς δὲ σὺ λέγεις τὰς σκέψεις, — μὴ ὡς ἀληθῶς ταῦτα, ὦ Κρίτων, σκέμματα ᾖ, κ. τ. λ.

C. ἡμεῖς δὲ μεῖζόν τι βλέπομεν —] nos autem maius quiddam spectamus, cupimusque illud maius esse quam est. Ζητεῖν cupiendi significatione positum ad Remp. p. 375. E. Hipp. mai. p. 291. C. Phaedr. p. 253. B. illustravimus. De locutione βλέπει τι vel πρός et εἴς τι Heindorf. conferri iubet Iensium ad Lucian. Dial. Mart. XI. §. 4.

καὶ ἐπίστασθαι ἐπιστήμην δυνατὸν εἶναι] h. e. εἶναι ἐπιστήμην ἐπιστήμης δυνατὸν εἶναι. Istud εἰδέναι recte iudicavit Heindorf. errore natum esse ex praecedenti εἶναι. Idem censet Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 1062. Delendum vidit etiam Heusd. Specim. Crit. p. 110., cui tamen nemo assentietur totum locum ita refingenti: καὶ γενέσθαι ἐπιστήμην ἐπιστήμης δυνατὸν εἶναι, καὶ ὅ γε ἐξ ἀρχῆς κ. τ. λ.

D. εἰ ἄρα τι καὶ ἡμᾶς ὀνήσει τοιοῦτον ὄν] Etsi ferri posset ἄρτι cum futuro

σωφροσύνη, εἰ τοιοῦτον εἴη, ἡγουμένη διοικήσεως καὶ οἰκίας καὶ πόλεως, οὔ μοι δοκοῦμεν, ὦ Κριτία, καλῶς ὡμολογηκέναι. Πῶς δή; ἦ δ' ὅς. Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, ῥᾳδίως ὡμολογήσαμεν μέγα τι ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, εἰ ἕκαστοι ἡμῶν ἃ μὲν ἴσασι, πράττοιεν ταῦτα, ἃ δὲ μὴ ἐπίσταιντο, ἄλλοις παραδιδοῖεν τοῖς ἐπισταμένοις. Οὔκουν, ἔφη, καλῶς ὡμο- E
λογήσαμεν; Οὔ μοι δοκοῦμεν, ἦν δ' ἐγώ. Ἄτοπα λέγεις ὡς ἀληθῶς, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Νὴ τὸν κύνα, ἔφην, καὶ ἐμοί τοι δοκεῖ οὑτωσί. ἐνταῦθα καὶ ἄρτι ἀποβλέψας ἄτοπά γ' ἔφην μοι προφαίνεσθαι, καὶ ὅτι φοβοίμην, μὴ οὐκ ὀρθῶς σκοποῖμεν. ὡς ἀληθῶς γάρ, εἰ ὅ τι μάλιστα τοιοῦτόν ἐστιν ἡ σωφροσύνη, οὐδέν μοι δῆλον εἶναι δοκεῖ, ὅ τι ἀγαθὸν 173
ἡμᾶς ἀπεργάζεται. Πῶς δή; ἦ δ' ὅς. λέγε, ἵνα καὶ ἡμεῖς εἰδῶμεν ὅ τι λέγεις. Οἶμαι μέν, ἦν δ' ἐγώ, ληρεῖν με· ὅμως τό γε προφαινόμενον ἀναγκαῖον

Vulgo εἰ ἄρτι. Pro τοιοῦτον ὄν, quod praebuerunt Bodl. Vat. Θ. Vind. Flor. i. et ex corr. Ven. Ξ., vulgo legebatur τοσοῦτον ὄν.

E. δοκεῖ οὑτωσί] δοκεῖν Vat. Θ. Bodl. Par. G. Dein Herm. ut tolleretur molestum asyndeton, suo arbitratu refinxit: δοκεῖ οὕτως, κἀνταῦθα καὶ ἄρτι κ. τ. λ. vere, opinor.

ἄτοπά γ' ἔφην] Bekkerus: ἄτοπά τ' ἔφην, invitis libris omnibus.

constructum, sicuti apud probos quidem scriptores ferendum non est; sed etsi ferri illud utique posset, tamen hoc loco non debuit abuti Ruhnken. ad Tim. p. 43., ut infirmaret Phrynichi aliorumque veterum grammaticorum praeceptum, qui ἄρτι ita usurpari negaverunt. Nam otiosum hic est plane vocabulum, ut facile devenias in eam sententiam, quam defenderunt Heusdius atque Heindorfius, et εἰ ἄρα τι legendum esse suspiceris. Quam coniecturam optimi codices confirmarunt. Ceterum de ἄρτι apud citerioris aetatis scriptores utique cum futuro copulari solito legas quae exposuerunt Lobeck. ad Phrynich. p. 19. et Kochius meus Addit. in Tim. Lexic. p. 7 sq.

ῥᾳδίως ὡμολογήσαμεν] sic temere, re non satis deliberata.

E. Οὐκοῦν — καλῶς ὡμολογήσαμεν;] Hoc loco quia vis inest in negatione, pro Οὐκοῦν scribendum putavimus Οὔκουν. Mirabundus enim Critias interrogat: Ergo non recte illud concessimus?

ἐνταῦθα καὶ ἄρτι ἀποβλέψας] h. e. πρὸς τοῦτο ἀποβλ.

P. 173. Οἶμαι μέν — ληρεῖν με] Pronomen quia significat Socratem se a Critia di-

σκοπεῖν καὶ μὴ εἰκῇ παριέναι, εἴ τίς γε αὐτοῦ καὶ σμικρὸν κήδεται. Καλῶς γάρ, ἔφη, λέγεις. Cap. XXI. Ἄκουε δή, ἔφην, τὸ ἐμὸν ὄναρ, εἴτε διὰ κεράτων εἴτε δι' ἐλέφαντος ἐλήλυθεν. εἰ γὰρ ὅ τι μάλιστα ἡμῶν ἄρχοι ἡ σωφροσύνη, οὖσα οἵαν νῦν
B ὁριζόμεθα, ἄλλο τι κατὰ τὰς ἐπιστήμας ἂν πράττοιτο, καὶ οὔτε τις κυβερνήτης φάσκων εἶναι, ὢν δὲ οὔ, ἐξαπατῴ ἂν ἡμᾶς, οὔτε ἰατρὸς οὔτε στρατηγὸς οὔτ' ἄλλος οὐδείς, προσποιούμενός τι εἰδέναι ὃ μὴ οἶδε, λανθάνοι ἄν. ἐκ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων ἄλλο ἂν ἡμῖν τι ξυμβαίνοι ὑγιέσι τε τὰ σώματα εἶναι μᾶλλον ἢ νῦν, καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνεύοντας καὶ ἐν πολέμῳ σώζεσθαι, καὶ τὰ σκεύη καὶ τὴν
C ἀμπεχόνην καὶ ὑπόδεσιν πᾶσαν καὶ τὰ χρήματα πάντα τεχνικῶς ἡμῖν εἰργασμένα εἶναι καὶ ἄλλα πολλὰ διὰ τὸ ἀληθινοῖς δημιουργοῖς χρῆσθαι; εἰ δὲ βούλοιό γε, καὶ τὴν μαντικὴν εἶναι ξυγχωρήσωμεν ἐπιστήμην τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, καὶ τὴν σωφροσύνην, αὐτῆς ἐπιστατοῦσαν, τοὺς μὲν ἀλαζόνας ἀποτρέπειν,

Cap. XXI. P. 173. *οἵαν νῦν ὁριζόμεθα*] Steph. conj. *ὡριζόμεθα*, quo non opus.

B. *ἐξαπατῴ ἂν ἡμᾶς*] *ἐξαπατᾶν* Bodl. Vat. Θ. In Ven. Σ. Par. BC. Aug. Flor. a. marg. *γρ. ἐξαπατῴη· τὸ δὲ ἐξαπατῴ βέλτιον.* Formae in *ῴ* terminatae exempla collegit Schneider. ad Remp. I. p. 77. et 366. conf. etiam Matthiae Gr. Ampl. §. 198. 2. Sine caussa igitur Herm. dedit *ἐξαπατῴη*.

scernere, non sine causa videtur accusativus infinitivo adiungi. Multa id genus ad Sympos. p. 175. C. adscripsimus. conf. Poppo ad Xenoph. Cyrop. I, 4, 4.

Cap. XXI. *εἴτε διὰ κεράτων —*] Respicit ad locum Homeri Odyss. XIX, 562 sqq.

B. *ἄλλο τι κατὰ τὰς ἐπιστήμας ἂν πράττοιτο*] nonne secundum artium scientiam agatur?

ἐκ δὴ τούτων — ξυμβαίνοι] h. e. *ἄλλο τι συμβαίνοι ἂν ἡμῖν ὑγιέσι τε τὰ σώματα εἶναι* κ. τ. λ. Unde apparet *ἄλλο τι* simplicis interrogandi particulae munere fungi, neque necessarium esse, ut post *ξυμβαίνοι* interponatur *ἤ*, quod Heindorf. requirebat. Deinde loco dativi infertur *κινδυνεύοντας* accusativus, de quo consulas ann. ad Remp. III. p. 414. A. Hipp. mai. p. 283. E. Matth. Gr. §. 536. not. Paullo post *ἀμπεχόνη* et *ὑπόδεσις* de pallio et calceamento accipiendum.

C. *εἰ δὲ βούλοιό γε, καὶ τὴν μ.*] ac si volueris, etiam artem vaticinandi concedamus esse scien-

τους δὲ ὡς ἀληθῶς μάντεις καθιστάναι ἡμῖν προφήτας τῶν μελλόντων. κατεσκευασμένον δὴ οὕτω τὸ ἀνθρώπινον γένος ὅτι μὲν ἐπιστημόνως ἂν πράττοι καὶ ζῴη, ἕπομαι· ἡ γὰρ σωφροσύνη φυλάττουσα οὐκ D ἂν ἐῴη παρεμπίπτουσαν τὴν ἀνεπιστημοσύνην ξυνεργὸν ἡμῖν εἶναι· ὅτι δ' ἐπιστημόνως ἂν πράττοντες εὖ ἂν πράττοιμεν καὶ εὐδαιμονοῖμεν, τοῦτο δὲ οὔπω δυνάμεθα μαθεῖν, ὦ φίλε Κριτία. Cap. XXII. Ἀλλὰ μέντοι, ἦ δ' ὅς, οὐ ῥᾳδίως εὑρήσεις ἄλλο τι τέλος τοῦ εὖ πράττειν, ἐὰν τὸ ἐπιστημόνως ἀτιμάσῃς. Σμικρὸν τοίνυν με, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι προςδίδαξον, τίνος ἐπιστημόνως λέγεις; ἢ σκυτῶν τομῆς; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Ἀλλὰ χαλκοῦ ἐργασίας; Οὐδαμῶς. E Ἀλλὰ ἐρίων ἢ ξύλων ἢ ἄλλου του τῶν τοιούτων; Οὐ δῆτα. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι ἐμμένομεν τῷ λόγῳ τῷ εὐδαίμονα εἶναι τὸν ἐπιστημόνως ζῶντα. οὗτοι γὰρ ἐπιστημόνως ζῶντες οὐχ ὁμολογοῦνται παρὰ σοῦ εὐδαίμονες εἶναι, ἀλλὰ περί τινων ἐπιστημόνως ζώντων σὺ δοκεῖς μοι ἀφορίζεσθαι τὸν

ἐκ δὴ τούτων] Herm. corr. ἐκ δὲ τούτων.

D. οὔπω δυνάμεθα μαθεῖν] V. δυναίμεθα, quod emendatum e Bodl. Vat. Par. G. Ambr. Vind. Flor. a. c. i. et corr. Coisl. In Ven. Σ. Par. G. Aug. Barb. est δύναμαι.

Cap. XXII. E. ζώντων σὺ δοκεῖς μοι ἀφ.] Schleiermacher. coni. ζῶντα; quo non opus. Dein vulgo εὖ δοκεῖ. Bas.

tiam futuri, et σωφροσύνην ei praefectam vanos quidem avertere, veros autem vates nobis exhibere res futuras praedicentes. Lysid. p. 217. A. εἰ γοῦν θέλοιμεν ἐννοῆσαι; τὸ ὑγιαῖνον σῶμα οὐδὲν ἰατρικῆς δεῖται. Ibid. p. 217. E. ὥςπερ εἴ τις ἐθέλοι —, πάρεστί που κ. τ. λ. Alcibiad. I. p. 122. B., ubi vulgo εἰ δ' αὖ ἐθέλεις. Isocrat. ad Nicocl. p. 23. εἰ θέλοιμεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τὰς τῶν ἀνθρώπων, εὑρήσομεν. — τοὺς ἀλαζόνας, i. e. τοὺς ψευδεῖς. v. Ruhnken. ad Tim. p. 21.

— Mox ἕπομαι est: assequor, intelligere possum. Opponitur mox οὔπω δυνάμεθα μαθεῖν.

D. ὅτι δὲ ἐπιστ. — τοῦτο δὲ οὔπω δ.] In his τοῦτο δὲ cum vi et efficacia interpositum; quem usum loquendi ad Phaedon. p. 78. C. attigimus. Deinde τέλος τοῦ εὖ πράττειν, sicuti finis bonorum, significat vitae beatae perfectionem et consummationem.

Cap. XXII. E. ἀλλὰ περί τινων ἐπιστημόνως ζώντων] Antea dicebatur τίνος

εὐδαίμονα. καὶ ἴσως λέγεις ὃν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον,
174 τὸν εἰδότα τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι πάντα, τὸν μάντιν.
τοῦτον ἢ ἄλλον τινὰ λέγεις; Καὶ τοῦτον ἔγωγε,
ἔφη, καὶ ἄλλον. Τίνα; ἦν δ' ἐγώ. ἆρα μὴ τὸν
τοιόνδε, εἴ τις πρὸς τοῖς μέλλουσι καὶ τὰ γεγονότα
πάντα εἰδείη καὶ τὰ νῦν ὄντα, καὶ μηδὲν ἀγνοοῖ;
θῶμεν γάρ τινα εἶναι αὐτόν. οὐ γάρ, οἶμαι, τού-
του γ' ἔτι ἂν εἴποις οὐδένα ἐπιστημονέστερον ζῶντα
εἶναι. Οὐ δῆτα. Τόδε δὴ ἔτι προςποθῶ, τίς αὐ-
τὸν τῶν ἐπιστημῶν ποιεῖ εὐδαίμονα; ἢ ἅπασαι
B ὁμοίως; Οὐδαμῶς ὁμοίως, ἔφη. Ἀλλὰ ποία μάλι-
στα; ᾗ τί οἶδε καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν γεγονότων
καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι; ἆρά γε ᾗ τὸ πεττευτι-
κόν; Ποῖον, ἦ δ' ὅς, πεττευτικόν; Ἀλλ' ᾗ τὸ λο-
γιστικόν; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ᾗ τὸ ὑγιεινόν; Μᾶλλον, ἔφη.
Ἐκείνη δ', ἣν λέγω μάλιστα, ἦν δ' ἐγώ, ᾗ τί; Ἧι
τὸ ἀγαθόν, ἔφη, καὶ τὸ κακόν. Ὦ μιαρέ, ἔφην
ἐγώ, πάλαι με περιέλκεις κύκλῳ, ἀποκρυπτόμενος,
ὅτι οὐ τὸ ἐπιστημόνως ἦν ζῆν τὸ εὖ πράττειν τε
C καὶ εὐδαιμονεῖν ποιοῦν, οὐδὲ ξυμπασῶν τῶν ἄλλων

2. *εὐ δοκεῖς* Istud *εὐ* cum Heindorfio et Bekkero in *σὺ* mutavimus.

P. 174. *ζῶντα εἶναι*] *εἶναι ζῶντα* Bekk. ex Par. G.

B. *Ἐκείνη δ', ἣν λέγω*] V. *ἐκείνην*, quod soli tuentur Ven. Σ. Par. E. Flor. a. c. In proximis Bodl. Vat. Θ. *ᾗ* ante *τὸ ἀγαθὸν* omittunt.

C. *τὸ εὖ γε τούτων*] *τε* Par. G. ut scripsit Bekk.

ἐπιστημόνως. Sed utrumque esse usitatum docebunt quae ad Phaedr. p. 271. C. et Remp. X. p. 599. B. annotavimus. Alia suppeditabit Matth. Gr. §. 346. ann. 2. Sententia verborum haec est: tu mihi videris virum beatum seiungere ac discernere ab iis, quum quarundam rerum scientiam habeant. Lapsus est in his interpretandis Heindorf., qui *περὶ* non cum *ἐπιστημόνως*, sed cum *ἀφορίζεσθαι* iunxit, quod contorte explicat *ἀφορισάμενος χρῆσθαι τῷ τοῦ εὐδαίμονος ὀνόματι.*

P. 174. B. *Ποῖον, ἦ δ' ὅς, πεττευτικόν;*] Indignantis haec interrogatio est. v. ad Lachet. p. 194. D.

Ἐκείνη δ', ἣν λέγω μάλιστα, ἦν δ' ἐγώ, ᾗ τί;] Respiciens ad praegressa illa: *Ἀλλὰ ποία μάλιστα, ᾗ τί οἶδε κ. τ. λ.*, nunc haec interrogat: Sed illa scientia, quam potissimum dico reddere beatum, est, qua quid tandem cognovit? Nam ad *ἐκείνη* in promtu est *ἐστὶν* intelligi oportere.

ἐπιστημῶν, ἀλλὰ μιᾶς οὔσης ταύτης μόνον τῆς περὶ
τὸ ἀγαθόν τε καὶ κακόν. ἐπεί, ὦ Κριτία, εἰ θέλεις
ἐξελεῖν ταύτην τὴν ἐπιστήμην ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιστη-
μῶν, ἧττόν τι ἡ μὲν ἰατρικὴ ὑγιαίνειν ποιήσει, ἡ
δὲ σκυτικὴ ὑποδεδέσθαι, ἡ δὲ ὑφαντικὴ ἠμφιέσθαι,
ἡ δὲ κυβερνητικὴ κωλύσει ἐν τῇ θαλάττῃ ἀποθνή-
σκειν καὶ ἡ στρατηγικὴ ἐν πολέμῳ; Οὐδὲν ἧττον,
ἔφη. Ἀλλ', ὦ φίλε Κριτία, τὸ εὖ γε τούτων ἕκα-
στα γίγνεσθαι καὶ ὠφελίμως ἀπολελοιπὸς ἡμᾶς ἔσται D
ταύτης ἀπούσης. Ἀληθῆ λέγεις. Οὐχ αὕτη δέ γε,
ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ἡ σωφροσύνη, ἀλλ' ἧς ἔργον ἐστὶ
τὸ ὠφελεῖν ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἐπιστημῶν γε καὶ ἀνεπι-
στημοσυνῶν ἡ ἐπιστήμη ἐστὶν, ἀλλὰ ἀγαθοῦ τε καὶ
κακοῦ. ὥστε εἰ αὕτη ἐστιν ὠφέλιμος, ἡ σωφροσύνη
ἄλλο τι ἂν εἴη ἢ ὠφελίμη ἡμῖν. Τί δ', ἦ δ' ὅς,
οὐκ ἂν αὕτη ὠφελοῖ; εἰ γὰρ ὅ τι μάλιστα τῶν ἐπι-
στημῶν ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ σωφροσύνη, ἐπιστατεῖ δὲ E
καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις, καὶ ταύτης δήπου ἂν
ἄρχουσα τῆς περὶ τἀγαθὸν ἐπιστήμης ὠφελοῖ ἂν
ἡμᾶς. Ἦ καὶ ὑγιαίνειν ποιοῖ, ἦν δ' ἐγώ, αὕτη,

D. *ὥστε εἰ αὕτη ἐστὶν ὠφ.*] Sic de Schleiermacheri coniectura scripsi. Legebatur *εἰ αὐτή ἐστιν*, et post *ἡ σωφροσύνη* interpungebatur.

εἴη ἢ ὠφελίμη ἡμῖν] ἢ libris deest. Restituit Bekker.

E. *Ἦ καὶ ὑγιαίνειν ποιοῖ*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. BCG. Ambr. Florent. a. b. c. i. o. pro vulg. *ποιεῖ*.

C. *οὐδὲ ξυμπασῶν τῶν ἄλλων ἐπ.*] Optime Schleiermacherus: auch nicht das nach allen Erkenntnissen zusammengenommen, sondern nur das nach dieser einen, welche sich auf das Gute und Böse bezieht. Nam ad hos genitivos repetendum *τὸ ἐπιστημόνως ζῆν.* Hanc ipsam autem Critiae sententiam statim redarguit inde a verbis: *Ἐπεί, ὦ Κριτία, εἰ θέλεις κ. τ. λ.*

D. *Οὐχ αὕτη δέ γε, ὡς ἔοικεν, —*] Sed haec scientia, quae nobis illas affert utilitates, certe non est *ἡ σωφροσύνη*, sed potius illa, cuius munus est nobis commoda afferre. Neque enim *ἐπιστημῶν καὶ ἀνεπιστημῶν* scientia est, sed boni ac mali, ita ut, si haec sit utilis, *ἡ σωφροσύνη* sit aliud quid, quam utilis.

E. *Ἦ καὶ ὑγιαίνειν ποιοῖ*] Repetendum *ἂν* ex antecedentibus, v. Hermann. ad Viger. p. 944 sq. Nisi forte scribendum: *ὑγιαίνειν ἂν π.* quod Hirschigio placuit.

ἀλλ᾽ οὐχ ἡ ἰατρική; καὶ τἆλλα τὰ τῶν τεχνῶν αὕτη ἂν ποιοῖ, καὶ οὐχὶ αἱ ἄλλαι τὸ αὑτῆς ἔργον ἑκάστη; ἢ οὐ πάλαι διεμαρτυρόμεθα, ὅτι ἐπιστήμης μόνον ἐστὶ καὶ ἀνεπιστημοσύνης ἐπιστήμη, ἄλλου δὲ οὐδενός; οὐχ οὕτω; Φαίνεταί γε. Οὐκ ἄρα ὑγιείας ἔσται δημιουργός. Οὐ δῆτα. Ἄλλης γὰρ ἦν τέχνης
175 ὑγίεια. ἢ οὔ; Ἄλλης. Οὐδ᾽ ἄρα ὠφελείας, ὦ ἑταῖρε· ἄλλῃ γὰρ αὖ ἀπέδομεν τοῦτο τὸ ἔργον τέχνῃ νῦν δή. ἦ γάρ; Πάνυ γε. Πῶς οὖν ὠφέλιμος ἔσται ἡ σωφροσύνη, οὐδεμιᾶς ὠφελείας οὖσα δημιουργός; Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἔοικέ γε. Cap. XXIII. Ὁρᾷς οὖν, ὦ Κριτία, ὡς ἐγὼ πάλαι εἰκότως ἐδεδοίκειν καὶ δικαίως ἐμαυτὸν ᾐτιώμην, ὅτι οὐδὲν χρηστὸν περὶ σωφροσύνης σκοπῶ; οὐ γὰρ ἄν
B που ὅ γε κάλλιστον πάντων ὁμολογεῖται εἶναι, τοῦτο ἡμῖν ἀνωφελὲς ἐφάνη, εἴ τι ἐμοῦ ὄφελος ἦν πρὸς τὸ καλῶς ζητεῖν. νῦν δέ — πανταχῇ γὰρ ἡττώμεθα, καὶ οὐ δυνάμεθα εὑρεῖν ἐφ᾽ ὅτῳ ποτὲ τῶν ὄντων ὁ ὀνοματοθέτης τοῦτο τοὔνομα ἔθετο, τὴν σωφροσύνην. καίτοι πολλά γε ξυγκεχωρήκαμεν οὐ ξυμβαίνονθ᾽ ἡμῖν ἐν τῷ λόγῳ. καὶ γὰρ ἐπιστήμην ἐπιστή-

καὶ οὐχὶ αἱ ἄλλαι] *αἱ* in plurimis libris, etiam Bodl. Vat. Θ. Coisl. Par. BCEFG. Ven. Σ. omissum est, utpote praecedenti syllaba absorptum.

Cap. XXIII. P. 175. B. *καὶ οὐ δυνάμεθα εὑρεῖν*] V. *οὐδαμῇ*. Sed *οὐ* praebuerunt Bodl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. BEFG. Ambr. Aug. Barb. Vind. Flor. a. b. c. i. o. Pro *εὑρεῖν* Bodl. Vat. Ven. ΞΣ. Coisl. Par. BCEFG. alii multi *ἔχειν*, errore manifesto.

Cap. XXIII. P. 175. *ὅτι οὐδὲν χρηστὸν π. σ. σκοπῶ*] V. p. 172. C.

B. *νῦν δέ — πανταχῇ γάρ —*] V. ad Lachet. p. 184. D.

C. *μεγαλοπρεπῶς ξυνεχωρήσαμεν*] admodum liberaliter concessimus. — *ἀμωσγέπως*, una saltem ratione. Quod quorsum pertineat, declaratur proximis verbis: *ἡ γὰρ ἡμετέρα ὁμολογία φησὶ (αὐτὸν) αὐτὰ εἰδέναι ὅτι οὐκ οἶδεν*, concessimus enim eum scire, nescire se illa quae nesciat. Schol. ad h. l. *ἀμωσγεπως· τοῦτο ἐν ἴσῳ τῷ καθ᾽ ὁντινοῦν τρόπον. ἔνιοι τὸ μετρίως. παρὰ Πλάτωνι τὸ ἐκ παντὸς τρόπου*, male. De proximo *οὐδενὸς ὅτου* per attractionem explicando v. Hermann. ad Viger. p. 709. Matth. Gr. §. 483.

D. *εὐηθικῶν τυχοῦσα —*]

μης εἶναι ξυνεχωρήσαμεν, οὐκ ἐῶντος τοῦ λόγου οὐδὲ
φάσκοντος εἶναι· καὶ ταύτῃ αὖ τῇ ἐπιστήμῃ καὶ τὰ
τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν ἔργα γιγνώσκειν ξυνεχωρήσα- C
μεν, οὐδὲ τοῦτ' ἐῶντος τοῦ λόγου, ἵνα δὴ ἡμῖν γέ-
νοιτο ὁ σώφρων ἐπιστήμων ὧν τε οἶδεν, ὅτι οἶδε,
καὶ ὧν μὴ οἶδεν, ὅτι οὐκ οἶδε. τοῦτο μὲν δὴ καὶ
παντάπασι μεγαλοπρεπῶς ξυνεχωρήσαμεν, οὐδ' ἐπι-
σκεψάμενοι τὸ ἀδύνατον εἶναι, ἅ τις μὴ οἶδε μηδα-
μῶς, ταῦτα εἰδέναι ἀμωσγέπως· ὅτι γὰρ οὐκ οἶδε,
φησὶν αὐτὰ εἰδέναι ἡ ἡμετέρα ὁμολογία. καίτοι, ὡς
ἐγῷμαι, οὐδενὸς ὅτου οὐχὶ ἀλογώτερον τοῦτ' ἂν
φανείη. ἀλλ' ὅμως οὕτως ἡμῶν εὐηθικῶν τυχοῦσα ἡ D
ζήτησις καὶ οὐ σκληρῶν, οὐδέν τι μᾶλλον εὑρεῖν
δύναται τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τοσοῦτον κατεγέλασεν
αὐτῆς, ὥστε ὃ ἡμεῖς πάλαι ξυνομολογοῦντες καὶ
ξυμπλάττοντες ἐτιθέμεθα σωφροσύνην εἶναι, τοῦτο
ἡμῖν πάνυ ὑβριστικῶς ἀνωφελὲς ὂν ἀπέφαινε. τὸ
μὲν οὖν ἐμὸν καὶ ἧττον ἀγανακτῶ· ὑπὲρ δὲ σοῦ,
ἦν δ' ἐγώ, ὦ Χαρμίδη, πάνυ ἀγανακτῶ, εἰ σὺ τοι-
οῦτος ὢν τὴν ἰδέαν καὶ πρὸς τούτῳ τὴν ψυχὴν σω- E
φρονέστατος μηδὲν ὀνήσει ἀπὸ ταύτης τῆς σωφρο-

ὁ ὀνοματοθέτης τοῦτο] Sic Par. C. Ambr. Ang. Barb. Flor. b. Vulgo *ὁ νομοθέτης*. Flor. i. *ὀνομαθέτης*.

C. *οἶδε μηδαμῶς, ταῦτα εἰδ.*] Sic codd. omnes praeter Par. E., qui cum Steph. habet *μηδαμῇ*. Dein Bodl. Vat. Θ. *ἄλλως γέ πως*.

D. *πάνυ ὑβριστικῶς*] Par. EF. cum Steph. *ὑβριστικῶς πάνυ*.

Ita *εὐήθεια* et *εὐήθης* non raro dicitur de simplici facilitate, quae sibi aliquid persuaderi patitur. v. ad Hipp. min. p. 371. E. Itaque *σκληροί* sunt qui rigide suam tuentur sententiam. Mox *συμπλάττοντες* est confingentes, comminiscentes.

τὸ μὲν οὖν ἐμὸν καὶ ἧττον ἀγ.] Non abundat *καί*, sed eodem modo positum est, quo frequentatur in formulis *καὶ μάλιστα, καὶ μάλα, καὶ πάνυ*, et similibus. Dein *ὑπὲρ δὲ σοῦ πάνυ ἀγανακτῶ* dictum ut Alcibiad. I. p. 119. C. *ἀγανακτῶ ὑπέρ τε τοῦ σοῦ καὶ τοῦ ἐμαυτοῦ ἔρωτος*. Theaet. p. 490. E. *αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν ὑπὲρ ἡμῶν*. Crit. p. 45. E. *καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σῶν ἐπιτηδείων αἰσχύνομαι*. Gorg. p. 457. D. *τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν*. Apolog. Socrat. p. 23. E. *Μέλητος ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος*.

σύνης μηδέ τί σ' ὠφελήσει ἐν τῷ βίῳ παροῦσα. ἔτι δὲ μᾶλλον ἀγανακτῶ ὑπὲρ τῆς ἐπῳδῆς, ἣν παρὰ τοῦ Θρᾳκὸς ἔμαθον, εἰ μηδενὸς ἀξίου πράγματος οὖσαν αὐτὴν μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἐμάνθανον. ταῦτ' οὖν [πάνυ μὲν οὖν] οὐκ οἴομαι οὕτως ἔχειν, ἀλλ' ἐμὲ φαῦλον εἶναι ζητητήν· ἐπεὶ τήν γε σωφροσύνην μέγα τι ἀγαθὸν εἶναι, καὶ εἴπερ γε ἔχεις αὐτό, μακάριον
176 *εἶναί σε. ἀλλ' ὅρα εἰ ἔχεις τε καὶ μηδὲν δέει τῆς ἐπῳδῆς· εἰ γὰρ ἔχεις, μᾶλλον ἂν ἔγωγέ σοι συμβουλεύσαιμι ἐμὲ μὲν λῆρον ἡγεῖσθαι εἶναι καὶ ἀδύνατον λόγῳ ὁτιοῦν ζητεῖν, σεαυτὸν δέ, ὅσῳπερ σωφρονέστερος εἶ, τοσούτῳ εἶναι καὶ εὐδαιμονέστερον.*

Καὶ ὁ Χαρμίδης, Ἀλλὰ μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶδα οὔτ' εἰ ἔχω οὔτ' εἰ μὴ ἔχω· πῶς γὰρ ἂν εἰδείην ὅ γε μηδ' ὑμεῖς οἷοί τέ ἐστε

P. 176. *εἰ ἔχεις τε καὶ μηδέν*] *τε* pro vulg. *γε* exhibuerunt Bodl. Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. G. In Vind. et Flor. i. legitur *μὴ ἔχεις τε καὶ μ.* [illegible]

B. *ὡς φῂς σύ;*] Sic optimi nec ii pauci codices loco vulg. *ὡς σὺ φῄς;*

εἰ δρᾷς τοῦτο] *εἰ* in codd. fere omnibus deest. Recte tamen servat Ven. Ξ. Par. F. a. pr. m., et Florr. Nam paratacticae protasi, qualem statuit Winckelmann. Praef. ad Euthydem. p. XII, hic certe locus non est. C. Fr. Herm. verba *εἰ δρᾷς τοῦτο*

E. *εἰ μηδενὸς ἀξίου πράγματος —*] Iungas hunc in modum: *εἰ ἐμάνθανον αὐτὴν μετὰ πολλῆς σπουδῆς οὖσαν (ἐπῳδὴν) πράγματος ἀξίου μηδενός,* si eam multo cum studio discebam, quum esset incantatio rei nullius pretii, h. e. *σωφροσύνης,* quam omni pretio destitutam esse apparuit. Genitivus *πράγματος* aptus nexusque est ex nomine *ἐπῳδὴν* ad *οὖσαν* intelligendo: est autem *ἐπῳδὴ πράγματος* hic quoque incantatio ad aliquid utilis; de quo loquendi genere ad p. 157. D. diximus.

ταῦτ' οὖν [πάνυ μὲν οὖν] οὐκ οἴομαι —] Mirum hoc *πάνυ μὲν οὖν* post *ταῦτ' οὖν* positum, quod ex *διττογραφίᾳ* ortum puto. Nisi forte alterum modo *οὖν* post *πάνυ μὲν* eiiciendum est. Deinde propter vim et gravitatem oppositionis ponitur accusativus *ἐμὲ φαῦλον ζητητήν,* licet *οἴομαι* praecedat: nimirum hanc esse legitimam loquendi rationem docebunt quae ad Symp. p. 175. C. p. 220. E. p. 223. C. adscripsimus. conf. Krüger. De Attractione p. 386 sqq. Post *ἐπεὶ* denuo intelligas *οἴομαι.*

P. 176. *λόγῳ ὁτιοῦν ζητεῖν*] neque posse quidquam ratione exquirere.

ἐξευρεῖν ὅ τι ποτ' ἔστιν, ὡς φὴς σύ; ἐγὼ μέντοι B
οὐ πάνυ σοι πείθομαι, καὶ ἐμαυτόν, ὦ Σώκρατες, πάνυ οἶμαι δεῖσθαι τῆς ἐπῳδῆς, καὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει ἐπᾴδεσθαι ὑπὸ σοῦ ὅσαι ἡμέραι, ἕως ἂν φῇς σὺ ἱκανῶς ἔχειν. Εἶεν. ἀλλ', ἔφη ὁ Κριτίας, ὦ Χαρμίδη, εἰ δρᾷς τοῦτο, ἔμοιγ' ἔσται τοῦτο τεκμήριον, ὅτι σωφρονεῖς, ἢν ἐπᾴδειν παρέχῃς Σωκράτει καὶ μὴ ἀπολίπῃ τούτου μήτε μέγα μήτε σμικρόν. Ὡς ἀκολουθήσοντος, ἔφη, καὶ μὴ ἀπολειψομένου· δεινὰ γὰρ ἂν ποιοίην, εἰ μὴ πειθοίμην σοὶ C
τῷ ἐπιτρόπῳ καὶ μὴ ποιοίην ἃ κελεύεις. Ἀλλὰ μήν, ἔφη, κελεύω ἔγωγε. Ποιήσω τοίνυν, ἔφη, ἀπὸ ταυτησὶ τῆς ἡμέρας ἀρξάμενος. Οὗτοι, ἦν δ' ἐγώ, τί βουλεύεσθον ποιεῖν; Οὐδέν, ἔφη ὁ Χαρμίδης, ἀλλὰ βεβουλεύμεθα. Βιάσει ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ οὐδ'

---

arbitrio suo eiecit, quia pro *εἰ* scribendum fuerit *ἐάν*. Quod noli credere, quum post *εἰ* etiam alibi deinceps *ἢν* vel *ἐάν* inferatur; cuius generis exempla ad Phaedon. p. 93. B. attulimus. Sed hanc ipsam loquendi variationem caussam extitisse putamus, cur *εἰ* in codd. plurimis omissum sit.

ἢν ἐπᾴδειν παρέχῃς] V. *ἵν' ἐπᾴδειν παρέχ.* quod e Bodl. Vat. Θ. Vindob. et corr. Coisl. emendatum est. Correxerat iam Heindorf.

καὶ μὴ ἀπολίπῃ] Bekker. coni. *ἀπολείπῃ*, probante Hirschig.

B. *ἢν ἐπᾴδειν παρέχῃς*—] Ad *παρέχῃς* intelligas *σεαυτόν*, quam omissionem ne mireris, solent pronomina reflexiva huic verbo non semper adiungi. De Rep. III. p. 411. A. *ὅταν μέν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν κ. τ. λ.* sc. *ἑαυτόν*. Protag. p. 348. A. *ἕτοιμός εἰμί σοι παρέχειν ἀποκρινόμενος.* ubi int. *ἐμαυτόν*. Gorg. p. 475. E. *ἀλλὰ γενναίως τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἰατρῷ, παρέχων ἀποκρίνου*, ad quem locum plura adscripsimus. Ceterum conf. ad p. 157. C. Formulam *οὔτε μέγα οὔτε σμικρόν* ad Apolog. Socrat. p. 19. C. illustravimus.

ὡς ἀκολουθήσοντος —] Intelligi potest *διανοοῦ* aut simile aliquod verbum, veluti *οὕτω διανοοῦ*. v. Matth. Gr. §. 568. 2. Eodem modo explicandum quod mox sequitur *Ὡς βιασομένου*.

C. *Οὗτοι, ἦν δ' ἐγώ*] Heus, inquam ego, quid facere vultis? v. Matth. Gr. §. 312. 1.

ἀλλὰ βεβουλεύμεθα] Similiter Criton. p. 46. A. *οὐδὲ βουλεύεσθαι ἔτι ὥρα, ἀλλὰ βεβουλεῦσθαι.* Verbi cum infinitivo iuncti usum exemplis illustravit Schweighäuser. Lexic. Herodot. T. I. p. 125.

ἀνάκρισίν μοι δώσεις; Ὡς βιασομένου, ἔφη, ἐπειδήπερ ὅδε γε ἐπιτάττει. πρὸς ταῦτα σὺ αὖ βουλεύου ὅ
D τι ποιήσεις. Ἀλλ' οὐδεμία, ἔφην ἐγώ, λείπεται βουλή· σοὶ γὰρ ἐπιχειροῦντι πράττειν ὁτιοῦν καὶ βιαζομένῳ οὐδεὶς οἷός τ' ἔσται ἐναντιοῦσθαι ἀνθρώπων. Μὴ τοίνυν, ἦ δ' ὅς, μηδὲ σὺ ἐναντιοῦ. Οὐ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἐναντιώσομαι.

ἀνάκρισιν δώσεις;] neque causae recognitionem concedes? Usus enim est vocabulo forensi, de quo v. Valesium ad Harpocrat. p. 7. Harpocration: Ἀνάκρισις· ἐξέτασις ὑφ' ἑκάστης ἀρχῆς γινομένη πρὸ τῶν δικῶν περὶ τῶν συντεινόντων εἰς ἀγῶνα.

PROLEGOMENA

AD

ALCIBIADEM I.

PROLEGOMENA

ad

ALCIBIADEM PRIMUM.

Singularis fuit eius libri, qui Alcibiadis prioris nomen in fronte gerit, fortuna, siquidem a summae auctoritatis fastigio, quam olim apud philosophiae Platonicae amicos obtinuit, nuper repente in eam conditionem detrusus est, ut iam multis vix lectione dignus videatur. Constat enim inter omnes, veteres Platonicos huic dialogo tantum pretii tribuisse, ut in eo universae philosophiae Platonicae semina inclusa esse sibi persuaderent ideoque librum uberrimis commentariis illustrarent: in quo scriptionis genere praeter Democritum Platonicum, Longini aequalem, Iamblichum, Damascium, Harpocrationem, alios, quorum opera perierunt, *Proclus* maxime et *Olympiodorus* elaborarunt *). Nec apud alios libro honos suus defuit, si quid ex frequenti locorum, quos magnam partem in annotatione notavimus, commemoratione apud optimos quosque scriptores colligere licet. Et mansit honorifica haec de eo existimatio ad nostram usque aetatem, qua primum exstiterunt qui eius fidem et auctoritatem acriter impu-

---

*) V. Creuzer Edit. Procli et Olympiodori F. I. Fasc. I. p. XIV sqq. coll. Diogen. Laert. III. 62. Albini Frag. Cap. VIII.

gnarent. Fecerunt hoc viri eximii, Schleiermacherus *) et Astius **), qui quum Platonis artem et subtilitatem in eo desideravissent, plurimos naevos vel in rebus ad historiam pertinentibus vel in argumentandi ratione vel in rerum tractatione et disputationis materia deprehendere sibi visi sunt. Nec tamen defuit qui desertae relictaeque causae patrocinium susciperet. Exstitit enim paullo post Ios. Socherus ***), qui etsi singula accusationis capita non est persequutus, tamen subtili disputatione ostendit, qua ratione fides libri in magnam suspicionem adducti sustentari posset. Ac fatemur nobis quidem causam videri nondum ad liquidum esse perductam planeque diiudicatam. Quocirca eam denuo sub examen vocare placuit atque experiri, num forte dubitationes et controversiae ab acutissimis hominibus motae aliquo modo componi possent †).

Plura autem genera sunt argumentorum, quibus scripti alicuius Platonici auctoritas defendi possit. Primum enim ipsum loquendi genus examinandum est, in quo si quid deprehendatur, quod vel ab ipsius scriptoris consuetudine recedat vel ea aetate, qua literis consignatum esse fertur, indignum sit, nemo infitias ibit iustas teneri malae suspicionis causas et rationes. Deinde de rebus ad historiam pertinentibus videndum est. Nam si quid praeter causam idoneam vel in factis et rebus gestis vel in temporum rationibus scriptum est contra certam historiae fidem; si quid sine probabili aliqua ratione aliter atque alias ab eodem scriptore exponitur; si philosopho placita et decreta tribuuntur, quae cum ipsius sentiendi cogitandique ratione dissentiant; certissima profecto habebimus fraudis documenta, quae vel indoctum moveant, ut vulgarem de libri auctore opi-

---

*) Opp. Plat. ll. 3. p. 295 sqq. et in annotat.

**) De Vita et Scriptis Platon. p. 435 sqq.

***) De Scriptis Platon. p. 112 sqq.

†) Idem postea fecerunt etiam Car. Fr. Hermann. Histor. Philos. Platon. I. p. 439 sqq. C. Steinhart Opp. Platon. ab Hier. Müllero Germ. Transl. Vol. I. p. 135 sqq. et Ed. Munk. Die natürl. Ordnung der Plat. Dialogen p. 105 sqq.

nionem suspectam habeat. Tertium est, ut de universi operis argumento, consilio, ratione et descriptione quaeratur. Neque enim fieri ullo modo potest, ut, si quod opus aut in tractando aliquo argumento versetur, quod vel a temporum ratione abhorreat vel scriptoris sentiendi cogitandique consuetudini contrarium sit, aut centoni alicui simile et ex variis veluti pannis male contextum omni partium convenientia et consilii unitate atque simplicitate careat, tale igitur opus fieri non potest, ut Platoni auctori recte tribuatur, quem novimus et in deligenda scribendi materia et describendis connectendisque singulis operum suorum partibus sollertissime esse versatum. Denique animus advertendus est etiam ad materiae tractationem, quae vel in scenico dialogi apparatu vel in disserendi forma et ratione cernitur. Debet enim tempus et locus colloquii ipsi argumento bene convenire; debet morum notatio talis esse, quae non abhorreat a verisimilitudinis legibus; debet actio recte et ordine procedere ideoque sermo iustum habere initium, progressionem atque finem. Praeterea disputatio ita comparata sit necesse est, ut omnia apte cohaereant; ut nihil desideretur, quod ad argumenti explicationem requiratur; nihil additum reperiatur, quod otiose redundet nec quidquam conferat ad vim argumentandi vel ad ornatum et elegantiam; denique ut nihil ieiune, nihil insulse, nihil putide et absurde disseratur. Haec omnia igitur a nobis, qui libri huius fidem et auctoritatem defendere instituimus, diligenter erunt respicienda atque eo modo illustranda, ut rationes adversus illam allatae vel diserte redarguantur vel sua sponte concidant. Utemur enim moderatione quadam, ne omnia ac singula cum taedio lectorum ponamus, nihil autem eorum praetermittamus, quae specie quadam videantur etiam hominum acutorum oculos praestingere posse. Praeterea ipsam causam tractabimus, neque cum ullo homine nobis disceptatio erit: unde saepe adversus rationes et argumenta pugnabimus ita, ut eorum auctores non nominentur; quamquam hoc ut saepe fieret, res ipsa postulare visa est.

Erit autem disputationis nostrae haec ratio et descriptio, ut quaecunque ad loquendi usum et ad

res historiae fide illustrandas pertineant, ea in commentariis ipsi Platonis orationi subiunctis tractemus. Talia enim quoniam ita tantum possunt recte diiudicari, si ipsa scriptoris verba ob oculos habeantur, a praevia hac disquisitione seiungere consultum duximus. Praeterea etiam de singularum argumentationum et conclusiuncularum vi et connexione in commentariis explicabimus. Quaecunque autem ad universi libri argumentum et consilium itemque ad materiae tractationem pertinent, hac praefatione ita illustrabimus, ut, quantum fieri possit, malae suspicionis causae et argumenta removeantur. Itaque primum libri argumentum perpetua oratione enarrabimus; deinde dicemus de eiusdem proposito ac descriptione; denique examinabimus formam et rationem disserendi in eo adhibitam. Quibus omnibus expositis quid de tota controversia iudicari oporteat, clarius appariturum esse speramus. Et argumentum quidem libri hoc est.

In exordio sermonis Socrates Alcibiadem, sibi forte obviam venientem, ita alloquitur: Miraberis fortasse, inquit, quod ego, qui primus fere te amaverim, nunc, posteaquam ceteri amatores tui te deseruerunt, neutiquam a te abalienatus sum, sed post tam multos annos iam te rursus compello. Quod autem his proximis annis a consuetudine tua et familiaritate abstinui, eius rei causa non humana quaedam, sed divina fuit, de quo postea. Nunc vero nihil fuit, quod me prohiberet, quominus rursus ad te accederem, neque in posterum futurum arbitror. Interea tamen, quomodo te erga amatores tuos gereres, studiose observavi, atque animadverti neminem illorum fuisse, quin superbia tua et arrogantia a tui amore averteretur. Causae autem, cur eos adeo contemneres ac despiceres, hae fuerunt. Putas enim te nullius hominis ope et auxilio indigere, quum et corporis et animi bona cumulata habeas. Nam ut omittam divitias, quibus non adeo multum tribuere videris, et pulcritudine tua et generis nobilitate et cognatorum, praecipue Periclis, potentia atque auctoritate maxime superbire consuevisti. Hac autem superbia tua quum ceteros amatores omnes a te deterrueris, miraturum te esse existimo, cur ego te amare non desinam. Ad

haec Alcibiades: Hoc ipsum ego te volebam interrogare, quid tandem sperans atque cogitans me perpetuo secteris, ita ut, ubicunque versor, ibi tu quoque compareas. Cui Socrates: Quum ergo hoc scire aveas, facilem, opinor, mihi dicenti praebebis aurem; quamquam ego quemadmodum aegre hunc sermonem institui, ita aegre dicendi finem inveniam. Dudum autem meus erga te amor evanuisset, si te iis bonis, quae modo commemoravi, acquiescere vidissem. Nunc vero te multo maiora spectare atque cogitare scio. Existimas enim te, simulatque rebus publicis interesse queas, id quod brevi futurum est, protenus Atheniensibus demonstraturum, quantis honoribus dignus sis, ideoque mox ad tantum potentiae et auctoritatis fastigium escensurum, ut non modo inter Graecos, sed etiam inter barbaros, adeoque per universum terrarum orbem futurus sis longe celebratissimus. Iam si quaeris, cur ego te tam alta spectantem non deseram, causam rei omnem tibi aperiam candide et ingenue. Puto enim te sine meo auxilio non posse eo, quo tendis, pervenire, eaque ipsa causa est, cur deus mihi nunc demum rursus tecum colloqui concesserit. Nam quum esses aetate imbecillior, verendum sane fuit, ne sermones mei irriti essent prosperoque eventu carerent; nunc autem ad id aetatis pervenisti, ut non frustra institutum iri hoc colloquium sperare liceat *). His auditis miratur Alcibiades, quod Socrates dixerat, fieri non posse, ut sine ipsius auxilio consilia sua perficeret. Cui ille ita pollicetur se huius rei causam explicaturum, si velit cum ipso instituere sermonem longiorem. Itaque dehinc orditur colloquium, cui hoc est propositum, ut Alcibiades rerum gravissimarum ignorantiae coarguatur et ad meliorem sui cognitionem perducatur. Hoc nimirum illud ipsum est auxilium, quod Socrates superbo et elato adolescentulo praestare constituit.

Est autem summa sermonis fere haec. Vis ergo, o bone, inquit Socrates, brevi tempore reipublicae dare operam atque saluti civitatis consulere. Si igi-

---

*) P. 103 — 105. E.

tur ego te in suggestum prodeuntem *) interrogem, num tu ceteris omnibus melius perspecta habeas ea, de quibus verba facturus sis, facile praevideo id te affirmaturum. Atqui ego de hac re non sine causa idonea dubitare mihi videor. Quae enim novimus, ea vel ab aliis didicimus, vel ipsi excogitavimus et reperimus. Iam vero quae tibi dudum scire et cognovisse visus es, ea certe discere ab aliis aut exquirere supervacaneum iudicavisti. Nullum autem tempus fuit, quo ea, quae ad gubernandam rempublicam necessaria sunt, didiceris. Nam quae in ludo puerorum didicisti, de iis Athenienses consultare non solent. Si autem de aliis rebus deliberant, artium peritos in consilium adhibent nulla habita pulcritudinis aut nobilitatis aut opulentiae ratione. Quibusnam igitur in rebus eos poteris consilio tuo adiuvare? Nimirum in negotiis ipsorum, ut ais, recte prudenterque administrandis, quum de bello et pace aliisque rebus ad civitatem pertinentibus consultant. At vero ad haec omnia cognitio eius, quod melius est, requiritur, quemadmodum ad luctandum scire opus est, quibuscum et quando et quo modo certamen iniri satius sit. Quidnam igitur illud est, quod melius esse dicis in republica moderanda? Nimirum hic iustitia et iniustitia respicienda est. Ergo te iuris peritum esse oportet **).

His explicatis Socrates arguit Alcibiadem nunquam haec didicisse, quum nullum tempus possit inveniri, quo ea pervestigare et explorare instituerit. Nam ante pueritiae tempus talia non posse comprehendi atque meditando exquiri; in pueritia autem eum cum aequalibus conversantem sibi iam visum esse ista omnia percepisse accurateque intellexisse. Itaque Alcibiades, his dialectices laqueis se expediturus, respondet, etsi harum rerum nullum habuerit magistrum, tamen a populi multitudine se didicisse, quid iustitiae conveniat, quid ei repugnet. At vero Socrates populum malum censet iustitiae esse magi-

---

*) Nemo enim Athenis aetatis causa, dum ex ephebis excessisset, prohibitus est, quominus publice verba faceret. v. Schömann. De Comit. p. 105 sq.

**) P. 106. A. — 109. C.

strum, qui ne talorum quidem ludum quemquam possit recte edocere. Cui ille satis acute reponit eadem se ratione, qua sermonis patrii notitiam a populo acceperit, etiam iustitiae cognitionem illi acceptam referre. Verum Socrates quamquam largitur Graece loquendi facultatem a populo posse addisci, ut qui eandem loquendi consuetudinem constanter teneat et observet; tamen de iustitiae institutione ac disciplina idem iudicari non posse arbitratur, propterea quod populus de iusto atque iniusto mirifice ambigat ac dissentiat. Cuius argumenti vim atque pondus sentiens adolescentulus eo tandem perducitur, ut se iustitiae imperitum esse confiteatur *).

Sed ne sic quidem ille causam suam protenus deserit. Confugit enim a iustitia ad utilitatis rationem, raro Athenienses monens de eo, quod iustum sit, ac semper fere de eo, quod sit utile et expediat, deliberare; non esse enim utile idem atque iustum, propterea quod multis magnae iniuriae summam attulerint utilitatem, ac vicissim iustitia damnum. His auditis Socrates primum quidem argumentatur Alcibiadem ignorare, quid sit utile; deinde illud non esse ab honesto seiunctum contendit **). Quod quidem hac argumentatione efficere studet. Quidquid iustum est, inquit, id etiam honestum censetur. Quod autem honestum est, idem etiam bonum. Nam quamquam pro varia ratione una eademque res et bona et mala videri potest, veluti quum quis fortitudine, quae per se est bona et honesta, mortem sibi accelerat, id quod in malis numeratur, tamen quatenus quid honestum est, eatenus etiam in bonis ducitur. Ita fortitudo per se bona est, adeo ut nemo quisquam paullo cordatior eam vel cum ipsa vita velit permutare; timiditas autem et ignavia maximis malis annumeratur, eoque fit, ut hanc omnes aversentur; illam, quamvis saepenumero cum vitae iactura coniunctam, colant atque magni faciant. Ex quo consequitur iusta omnia esse bona, neque bonitatem

---

*) P. 109. C. — 113. C.

**) Fuisse hanc Socratis sententiam docuit Stäudlin. Geschichte der Moralphilosophie. p. 84 sqq.

atque honestatem seiungi a se invicem atque divelli posse *). His explicatis, etiam alia subiungitur rei demonstratio, manifesto tamen ducta illa ex verborum ambiguitate. Qui bene agit, inquit Socrates, is beatus est. Enimvero εὖ πράττειν apertum est duplici significatione intelligi, ut sit et recte agere et prospera uti fortuna. Sed hoc significationis discrimine neglecto Socrates ita pergit ratiocinari. Beatus qui dicitur, is boni gaudet possessione. Ergo recte agere bonum est. Idem vero etiam honestum censetur. Itaque bonum et honestum hac quoque argumentatione unum idemque esse evincitur. Iam vero bonum utile est, idemque antea vidimus etiam de iusto iudicari oportere. Ex quo apparet iustitiam ab utilitate non esse seiunctam, nec fieri unquam posse, ut iustitia per se spectata subinde mala sit **).

Fatetur iam Alcibiades se tamquam vertigine correptum mirifice iudicio suo fluctuare. Quod Socrates argumentum inscitiae ait esse, siquidem de iis rebus, quas aut certo cognoverimus, aut didicisse nobis non temere videamur, non soleamus ambigere multumque dubitare: arrogantis autem ac superbi esse, ea novisse sibi videri, quae revera nescias. Illam tamen inscitiam omnium turpissimam maximeque noxiam arbitratur, si quis sibi scire videatur res magnas atque graves, quas revera nesciat. In harum autem numero maxime habendas esse iustitiae, pulcritudinis, honestatis et utilitatis rationes, quarum qui sit imperitus, eum revera in maximarum rerum ignorantia versari. Itaque Alcibiadem denique graviter vituperat, quod multorum aliorum perversitatem imitatus prius ad rempublicam accedere decreverit, quam eorum adeptus sit scientiam, quae ad gerendam rempublicam necessario requirantur. Nam hoc quanquam plurimorum sit vitium, a quo ne Pericles quidem prorsus alienus mansisse videatur, ut qui neminem alium reddere potuerit prudentem ac sapientem, tamen eiusmodi esse censet, ut in homine ingenuo ferendum non sit ***).

*) P. 113. C. — 116. A.
**) P. 116. A. — D.
***) P. 116. D. — 119. A.

Verum haec omnia etsi Alcibiades facile concedit recte iudicata esse, tamen non multum referre arbitratur, utrum quis sapiens sit necne: plurimos enim Atheniensium, qui rempublicam administraverint, ipsius Socratis iudicio rudes et indoctos fuisse, ideoque sibi videri supervacaneum discendo multa atque exercendo operam perdere, praesertim quum futurum praevideat, ut ipse ingenii sui praestantia et naturae bonitate aemulos omnes facili negotio superet. Ad haec autem Socrates: Ista vero, inquit, tua animi indole et ingenio prorsus indigna sunt. Neque enim cum unis adversariis, qui in nostra civitate sunt, tibi erit contendendum; sed etiam cum externis hostibus subeundum certamen, sicuti fert consiliorum tuorum magnitudo. Quum igitur iis omnibus, qui quid laudabiliter gerere et administrare cupiunt, ad optima quaeque enitendum sit; tum tibi, qui rempublicam Atheniensium administare constitueris, haudquaquam in vulgaribus istis aut mediocribus studiis subsistendum est, sed id potius agendum, ut quam maxime virtute ac sapientia excellas, quo superior evadas iis, qui reipublicae nostrae maxime timendi sunt, Lacedaemoniorum atque Persarum regibus. Sed nec hac oratione reprimitur adolescentis superbia, qui Persarum et Lacedaemoniorum reges arbitratur aliarum rerumpublicarum principibus nihilo esse meliores. Quapropter Socrates iam id agit, ut prolixa oratione doceat tanta esse regum illorum bona et commoda, ut Alcibiades, quamvis generis nobilitate, educatione, divitiarum possessione, aliis bonis, maxime superbiat, tamen cum illis nullam subire queat comparationem. Qua quidem argumentatione superbissimo adolescenti tandem etiam illud eripitur, cuius causa maxime se dignum putabat, ad quem summi in republica honores deferrentur *).

Itaque nunc tandem confitetur illud sibi agendum esse, ut melior fiat, rogatque Socratem, ut quo modo id effici queat, explicare et ostendere velit. Hic igitur ea de re communiter quaeren-

*) P. 119. B. — 124. B.

dum censet, siquidem ipse nulla ex parte illo melior sit, nisi quod meliore utatur tutore quam Pericle. Itaque nunc ea instituitur disputatio, unde Alcibiadem apparet ne illud quidem intelligere, quibusnam in rebus sibi elaborandum sit, ut ad maiorem virtutem et sapientiam perveniat. Cupimus, inquit Socrates, quam optimi fieri. At quanam in arte ita nobis erit elaborandum? Respondet ille: In ea certe, qua boni viri excellunt. Tum hic: At quaenam ista est? Ars rerum prudenter gerendarum et administrandarum. Sed quae tandem res intelliguntur? nimirum de equis domandis, de navibus gubernandis, de sarciendis vestimentis, aliisque id genus negotiis certe sermo esse non videtur. Tandem adolescens honorum cupidissimus se eas res intelligere ait, quae pertineant ad reipublicae administrationem. Cui Socrates: Easne igitur dicis, quibus aegrotantibus, metentibus, aut aliud quid facientibus praesumus? Ad haec ille: Non istas quidem dico, sed eas potius, quibus homines communiter aliquid facientes regere et moderari solemus. Ergo, inquit ille, quibus navigantes, canentes, saltantes moderamur; nam hi certe omnes faciunt negotia sua communiter. Cui Alcibiades: Minime vero, inquit; sed eos dico, qui vitae civilis communitate continentur. Hic vero Socrates denuo interrogat, quanam tandem arte civilia negotia administrentur. Respondet adolescens id unice bono consilio effici. Verum Socrates isto quidem adminiculo etiam in aliis negotiis gerendis opus esse monet, ideoque necessarium videri, ut finis eius et propositum in gubernanda republica curatius definiatur. Itaque ille boni consilii hanc vult esse vim, ut respublica et geratur melius et facilius conservetur. Quo accepto Socrates: Quid ergo est, inquit, quod civitates continet atque servat? Respondet ille: Amicitia atque concordia civium. Sed quonam modo, inquit Socrates, haec efficitur et servatur? Cui adolescens: Fieri hoc ita potest, si quisque civium sua negotia tractat. Sed ne hanc quidem responsionem Socrates probandam existimat, propterea quod ubi sua quisque negotia agat, dissensio nascatur atque discordia. Hic vero Alcibiades rursus eo deductus est, ut suam ipse ignorantiam confiteatur. Socrates tamen eum cohortatur, ne de se desperet, sed potius

curam gerat sui, quandoquidem ita futurum sit, ut quae ipsi desint possint aliquando addisci atque comparari *).

Posteaquam igitur eum commovere studuit, ut porro secum velit disputare, tandem hoc anquiritur, quid sit curam gerere sui. Hoc enim explicato Socrates causas ignorantiae istius et remedia inventum iri arbitratur. Pertinet autem cura nostri non ad ea, quae nostra appellamus, veluti ad illa, quae pedibus, manibus, universo denique corpori sunt propria. Enimvero corporis membra nostra quidem sunt, nec vero naturam nostram efficiunt aut absolvunt. Itaque accurate exquirendum est, qui nosmet ipsi simus et quid sit illud, in quo hominis natura, quae dicitur proprie, cernatur. Est autem id, quod re quapiam utitur, diversum ab eo ipso, quo utitur; hoc enim est instrumentum illius, qui quid facit. Ex quo efficitur, ut omne id, quo homo utitur, non ipse homo sit, sed ab eo diversum.

Iam vero quum corporis ministerio utamur, corpus quidem apparet homini servire, nec ad eius naturam proprie pertinere. Nam homo aut animo constat, aut corpore, aut utroque in unum coniuncto. Atqui corpus quidem certum est non esse ipsius hominis vim naturamque, propterea quod animi imperio, corporis servitio utimur. Ex quo ipso illud quoque consequitur, non animum atque corpus simul efficere hominis dignitatem et praestantiam. Relinquitur ergo, ut in uno animo virtus et praestantia humanae naturae posita sit. Itaque illi, qui corporis aut eorum, quae ad illud pertinent, divitiarum, honorum, pulcritudinis, aliarum rerum similium, curam gerunt, si accurate dicendum sit, non videntur semetipsos curare, ideoque nec vera sapientia instructi esse, quae ex una sui cognitione oritur, neque iis recte potest attribui, qui artis alicuius ad corporis cultum pertinentis periti sunt. Quum vero unus animus sit, quo humana natura absolvitur, te qui vere amat, o Alcibiade, non corpus tuum, sed animum potius amare debet. Qua in re quoniam ceteri amatores tui cum vulgo erraverunt, evenit illud, de quo

*) P. 124. B. — 127. D.

antea loquebamur, ut hi te deseruerint, ego te constanti amore prosequar. Nam animum veri rectique amantem perpetuo diligimus. Tu autem nunc in eo aetatis flore constitutus es, ut quum forma et pulcritudo corporis decedat, ipse animus tuus iam vigere demum incipiat. Ubi igitur hanc tibi conservaveris animi virtutem neque turpi plebis adulatione contaminaveris, nunquam futurum est, ut amare te desinam *).

Hac oratione commotus adolescens et vi veritatis perculsus protenus Socratem illud rogat, qua ratione nostri curam optime geramus. Itaque hic vim et sententiam dicti illius Delphici: Nosce te ipsum, declarare instituit. Qua in disputatione utitur comparatione ad id, quod explicaturus est, illustrandum haud sane inepta. Quemadmodum, inquit, si quis oculo corporis praeciperet, ut se ipsum contemplaretur, is nihil aliud vellet fieri, quam ut oculus id consideraret, cuius vi semet ipsum cerneret, id est oculum alium eiusque aciem; ita qui hominem iubet semet ipsum noscere, eum vult intueri et considerare id, quod ipsi est simillimum et veram humanitatem complectitur, hoc est animum eiusque partem praestantissimam. Est autem in animo nostro nihil melius mente et sapientia, qua una maxime ad similitudinem cum deo evehimur. Hanc igitur qui intuetur, is res divinas atque sapientiam cernere iudicandus est, eoque simul ad sui cognitionem pervenire. Ex quo nascitur etiam prudentia sive *σωφροσύνη*. Nam qui se ipsum novit, is mentem habet bene temperatam ideoque prudens est; qui se contra ignorat, vera destituitur prudentia ac ne rerum quidem suarum intelligentiam habet ullam, si quidem diiudicare non potest, utrum bonae an malae sint. Atque ex his omnibus evidenter apparet eiusmodi hominem nec ad rempublicam administrandam idoneum esse, si quidem is, qui se suasque res ignorat, ne aliorum quidem cognitionem habebit. Neque enim intelliget, quid sibi faciendum sit, ideoque in curandis negotiis publicis turpiter peccabit.

---

*) P. 127. D. — 132. A.

Quum autem qui peccat, idem miser sit, eum, qui se non noverit, in publicis pariter atque privatis rebus gerendis miserum esse consequitur, adeoque alios quoque reddere miseros, quum sublata virtute nec civitatibus opes atque divitiae ullam afferant utilitatem.

His explicatis Socrates denique Alcibiadem graviter cohortatur, ut, priusquam rempublicam capessat, ipsi virtuti studeat; nam ita demum futurum esse, ut et sibi et civitati veram afferat utilitatem. Si tu atque cives tui, inquit, iustitiam et temperantiam colueritis, hoc vobis continget, ut et deo cari sitis et divinum illud intuentes vosmet ipsos atque res vestras recte cognoscatis et vero etiam veram felicitatem consequamini. Sin autem iniuste egeritis et unice id, quod est expers divinitatis, respexeritis, futurum est, ut a recto et honesto recedatis. Nam potentia ratione et sapientia carens tantum abest ut in bonis numeranda sit, ut non minus periculosa videatur, quam si furioso alicui et insano quidvis faciendi potestas permittatur. Est autem melius, pulcrius et convenientius eum, qui nondum ad virtutis possessionem pervenerit, melioribus obedire, quam vicissim. Quod enim est deterius, id meliori servire par est, veraque nobilitas in sola animi virtute est posita, cui in alios deteriores debetur imperium.

Finito hoc sermone Alcibiades hanc animi nobilitatem sibi adhuc deesse ingenue confitetur, adeoque Socratem unum censet esse, qui sibi eam impertire possit. Quocirca sicuti ille se adhuc amator sectatus sit, ita vicissim ipsum se pollicetur in posterum id acturum, ut eius familiaritatem et consuetudinem perpetuo expetat. Quod quidem adolescentis consilium Socrates ita probat, ut lepidissime de amore nunc denuo conciliato iocetur. Gravissimis tamen verbis colloquium ita finit: Utinam, inquit, bonum consilium tuum ne in irritum cadat! At valde de te sollicitus sum, non quo naturae tuae et ingenio diffidam, sed vim et potentiam huius civitatis animadvertens magnopere vereor, ne tu atque ego aliquando vincamur*).

---

*) P. 132. A. usque ad fin.

Enarravimus hactenus dialogi argumentum. Sequitur ut paucis dicendum sit de eius fine atque consilio. De quo nobis quidem non videtur multum dubitari posse. Constat enim libellus duabus partibus principalibus, quarum priore Alcibiades inscientiae earum rerum, quae ad reipublicae tractationem opus sint, coarguitur; altera edocetur, inscientiam illam ita demum sublatum iri, si ad sui cognitionem perveniat suamque mentem propriis mentis viribus explorare condiscat. Ex quo perspicuum fit, quid tandem summum illud sit, quod Platoni in hoc dialogo conscribendo fuerit propositum. Dum enim philosophus ostendit, scientiam, qualem Socrates esse voluerit, unam esse publicae quoque felicitatis caussam et effectricem, quippe quae et vanae sapientiae opinionem auferat et quid iustum, honestum atque utile sit efficiatque veram civitatis concordiam, edoceat, simul etiam illius scientiae viam monstravit, quandoquidem docuit veram sapientiae adipiscendae rationem in eo contineri, ut quis ad sui cognitionem enitatur, quae non in alia re sit contenta, quam ut quis animi sui notitiam habeat, quae eadem etiam *σωφροσύνην* habeat sociam atque comitem. Quibuscum omnibus tamen prudentissimo consilio etiam aliud quid artissimo vinculo coniunctum est, quandoquidem eadem opera etiam declaratur, amor Socratis erga Alcibiadem quorsum tetenderit et quaenam fuerit illius in discipulo suo regendo moderandoque disciplina, studiis Atheniensium illi perniciosis utique contraria. Quae si vere iudicavimus, totius libri rationem ac descriptionem apparet prorsus esse Platonicam, siquidem Platonem constat in plerisque sermonibus suis hoc usum esse disserendi artificio, ut complurium rerum cognatarum, quarum aliae ad sapientiae doctrinam et rationem, aliae ad ipsius vitae communis usum referrentur, tractationem una opera perfecerit et sollertissima industria ad unum eundemque finem retulerit. Quod quidem in hoc libro perquam artificiose ita est institutum, in quo disputatio de scientia et sui cognitione ad reipublicae salutem necessaria artissimo vinculo cum descriptione Socraticae institutionis tamquam reipublicae rationibus longe saluberrimae nexa est atque

copulata*). Nec vero illud a Platonis arte abhorret, quod haec omnia magnam certe partem magis significantur quam dilucide explicantur. Quominus enim uberius illustrarentur, summus ille et extremus finis prohibuit, quem antea diximus libri auctorem in hac scriptione secutum esse. Habent igitur haec omnia certissima artis et ingenii Platonici signa **), unde, nisi aliae res id prohibeant, summo iure libri fidem auctoritatemque defendere liceat. Nec vero ipsa libri materia quidquam continere videtur, quod a Platonis mente et sententia abhorreat. Nam primaria quidem scriptionis pars, quae in Socrate defendendo cernitur, generoso discipuli animo nequaquam indigna est. Constat enim certissimorum testium auctoritate, Xenoph. Mem. I, 2, 12. et Aeschin. adv. Timarch. p. 169. ed. Reisk., inter crimina in Socratem coniecta non levissimum fuisse illud, quo Critiam et Alcibiadem corrupisse ferebatur. Quid igitur? putabimusne Platonis animum dedecere, quod istam adversariorum criminationem refellere studuerit atque luculento aliquo exemplo patefecerit, qua ratione Socrates Alcibiadem tractavisset et ad recti honestique studium incitavisset? An illud cum eius sententia pugnare censebimus, quod ipsos Athenienses arguit vani quidem ac superbi, sed omnibus naturae bonis cumulati adolescentis ingenium et mores corrupisse, quippe qui nec iusti et iniusti in administranda republica rationem duxerint, nec utilitatem ab honestate seiungere soleant, nec civilem prudentiam tenuerint recte quidem informatam illam? Nimirum haec omnia cum Platonis ratione in aliis sermonibus, maximeque in Gorgia et Republica exposita adeo conveniunt, ut

*) Aliter de hac re iudicavit Schleiermacher. l. c. p. 300 sqq.

**) Non possum assentiri Schleiermachero l. c. p. 297. ita scribenti: „Will der Leser näher untersuchen, was doch das Gespräch eigentlich will, so wird er nicht recht wissen, wohin er sich wenden soll, zuerst aber gewiss eingestehen, dass es von dem, was die zweite Ueberschrift verheisst, dass es nemlich von des Menschen Natur handeln soll, blutwenig enthält." Secundarias librorum Platonicorum inscriptiones grammaticis acceptas referri nota res est, nec ipsi Schleiermachero fuit incognita.

veluti pro quibusdam initiis eius atque rudimentis habenda videantur. Quocirca in priore quidem libri parte nihil reperitur, quod tanquam minus Platonicum notare et reprehendere liceat. Idem vero etiam de posteriore iudicandum est, quum disputatio illa de animi et rationis praestantia deque sui cognitione agitata nihil contineat, quod non possit cum Platonis doctrina facillime conciliari. Quod enim docetur humanitatem, quae proprie dicatur, in una mente et ratione inesse, quae divinam habeat originem, ideoque cum rebus divinis maximam cognationem referat, fuit hoc placitum Platoni cum Socrate commune, ut apparete Xenoph. Mem. I, 4, 8. Cicer. De Nat. Deor. II, 6. III, 11. Phaedon. p. 80. A. sqq., p. 94. B. sqq. Phileb. p. 16. C. Legg. V. in. Timaeo passim. Ab hac igitur profectus sententia philosophus etiam sui cognitionem definivit ita, ut eam maxime ad rationis ac divinitatis conscientiam revocaret, unde effloresceret ἡ σωφροσύνη, de qua legas Charmid. p. 164. D. sqq. et nostra ad eum librum Prolegomena. Quanquam igitur haec disputationis pars est paullo obscurior, quae tamen obscuritas maxime ineptis glossematis nata est; tamen ea nihil complectitur, quod Platonis rationi vel doctrinae adversetur. Nam quemadmodum in Republica et Legibus ex eo, quod animus sit pars hominis praestantissima, colligitur eum maxime curari et erudiri oportere, ita in Alcibiade cognitio sui in animi et rerum divinarum notitia inesse docetur, propterea quod animum omnem humanitatem efficere et cum rebus divinis artissima necessitudine contineri demonstratur.

Videmus igitur ipsum dialogi argumentum eiusque descriptionem nihil habere, quod Platonis ingenio et sollertia indignum sit. Progredimur ad considerandam materiae tractationem, quae vel in scenico sermonis apparatu vel in disserendi forma et ratione cernitur. Et scenicus quidem ornatus operis etsi graviter a quibusdam criticis vituperatus est, tamen rebus accurate consideratis nihil inepti aut insulsi habere videtur. Nam tempus colloquii ipsi argumento convenienter constitutum, quandoquidem ex eo simul perspicitur Alcibiadem per breve tantum tempus Socratis familiaritate et institutione usum esse. Habitum fingitur colloquium paullo ante expeditio-

nem adversus Potidaeam susceptam, sicuti ex iis apparebit, quae ad p. 103. A. disputavimus. Quo tempore quod Socrates Alcibiadi post longius temporis intervallum rursus appropinquasse narratur, id minime pugnat cum illis, quae Sympos. p. 215. D. sqq. et Protagor. in leguntur, siquidem quae ibi narrantur, in ea tempora incidunt, quae postea sunt insecuta. Locus porro, etsi non designatur accuratius, facile tamen cogitari potest percommodus: fingere enim licet adolescentulum Socrati casu in via publica obvium. Actio ipsa, hoc est colloquium, iustum habet initium, progressum atque exitum, quandoquidem Alcibiades mira quadam rerum conversione tandem eo permovetur, ut, quum antea Socratis amorem superciliose sprevisset, postremo ipse eum amanter sectari decernat. Sed singularis videtur morum notatio, quae a Schleiermachero et Astio acerbissime exagitata est. Pervicax enim illud et protervum Alcibiadis ingenium adeo non adumbratur ac depingitur, ut, si a paucis quibusdam sermonis partibus discesseris, vix aliquod eius vestigium cernas. At enim vero nobis quidem ne hac quidem in re verisimilitudinis leges a scriptore neglectae esse videntur, modo meminerimus, qua opportunitate et quo consilio sermo habitus fingatur. Etenim fastus et superbia Alcibiadis et in principio sermonis cernitur et eo loco depingitur satis vividis coloribus, ubi de sua generis nobilitate et ingenii praestantia loquens inducitur. Quod autem adolescens, posteaquam Socratis amorem fastidiose ac superbe repudiavit, nihilominus deinceps sermonem cum eo instituit, et instituit ita, ut fere partes obsequiosi discipuli agens se reprehendi ac redargui patiatur, hoc tantum abest ut mirum nobis videri debeat, ut ad ipsam rerum veritatem adumbratum videatur. Posteaquam enim ille Socratem audivit divina quadam admonitione ductum suam familiaritatem rursus appetere adeoque solum sibi videri idoneum, cuius ope ipse ad altum illud, quod spectabat, dignitatis et potentiae fastigium pervenire possit, opportunitatem cum eo colloquendi avide amplectitur. Sed ubi semel cum eo colloquium instituit, ita se eius sermonibus allici ac teneri sentit, ut non modo magistrum ignorantiam ipsi exprobrantem non moleste ferat, sed etiam cupide eius sententiam sciscitetur ac

tandem eum studiose sectari constituat. Nimirum erat Alcibiades vario et versatili ingenio, ut facile in utramque partem moveretur. Itaque Socratem audiens eius oratione solebat ita deleniri atque eo modo affici, ut pristinae oblitus levitatis optima quaeque consilia caperet nec magistri monita et praecepta temere aspernaretur. De qua re divinus est locus Symposii p. 216. A. B. C., quocum contendisse iuvabit illa Xenophontis Mem. I, 2, 18. *οἶδα δὲ κἀκείνω* (Critiam et Alcibiadem) *σωφρονοῦντε, ἔςτε Σωκράτει συνήστην, οὐ φοβουμένω, μὴ ζημιοῖντο ἢ παίοιντο ὑπὸ Σωκράτους, ἀλλ' οἰομένω τότε κράτιστον εἶναι οὕτω πράττειν.* conf. ann. ad p. 135. C. Haec igitur omnia nobiscum reputantibus nescio quo modo semper visum est eam in hoc sermone exhiberi Alcibiadis adolescentis imaginem, quae ad ipsius vitae veritatem admodum diligenter expressa sit. Sed videamus nunc etiam de Socrate, in cuius moribus item fuerunt qui singulare quiddam sibi animadvertere viderentur. Ac primum quidem illud offensioni fuit, quod is in principio dialogi Alcibiadi operam suam commendat paullo insolentius. Nimirum hoc pugnare visum est cum illa urbanitate, qua alibi suam ipsius sapientiam callide celat ac dissimulat. At vero primum quidem nunc sese dei auctoritate et iussu agere dicit. Deinde quale tandem est illud officium, quod adolescentulo praestare vult? Nempe id unum agit *εἴρων* callidissimus, ut eum ad ignorantiae confessionem adigat. Quocirca nos quidem usitatam viri urbanitatem in hoc loco minime desideramus. At vero, inquiunt, illud certe non caret molestia quadam, quod urbanus scilicet Socrates tuus adolescentem subinde increpat gravius quam mos et consuetudo hominis verecundi ferre videatur. At enim vero quod a verecundia et modestia alienum sit, nihil a Socrate admitti meminimus. Quod autem subinde deplorat tristem ignorantiae conditionem, in qua versetur Alcibiades, hominemque praematura ingenii opinione mirifice inflatum acerbe castigat, id vel maxime decet eum, qui teste Xenoph. Mem. III, 9, 6. sibi persuaserat *τὸ ἀγνοεῖν ἑαυτὸν καὶ μὴ ἃ οἶδε δοξάζειν τε καὶ οἴεσθαι γιγνώσκειν, ἐγγυτάτω μανίας εἶναι*, et qui omnino in eos, qui sibi temerario fastu sapere videbantur, acrius invehi consueverat: de qua re ipsum audias Apolog.

Plat. c. 17. extr. et c. 26. verba facientem. Quocirca nos quidem ista orationis acrimonia, si qua est, minime offendit, praesertim quum in discipulo, quem diligeret, reprehendendo alia usus sit dicendi ratione, quam alibi in ridendis sophistis.

Verum hoc ipsum tale est, ut de disserendi ratione in hoc libro usurpata dicendum esse commoneat. Hic vero negari non potest utique aliquid singulare animadverti, quod quale sit, postea aperiam. Nunc enim universe dicam, quid mihi de hac re videatur. Igitur vere nobis videmur affirmare materiam operis bene esse instructam et dispositam, argumentationes apte conclusas, singulas denique sententias ita connexas et coagmentatas, ut nihil usquam hiet, nihil alieno ponatur loco, nihil temere intrusum inveniatur. Nam longiores illae declamatiunculae, quibus Socrates aliquoties utitur, etsi magnae offensioni fuerunt, tamen quia versantur in argumentis, quae non aliter nisi oratione perpetua commode poterant explicari, et universae scriptionis consilio prudenter accommodatae sunt, nihil profecto videntur habere, quod merito reprehendas, praesertim quum Socrates etiam alibi apud Platonem, sicubi res ita fert, longiores sermones recitet. Neque in eo haerendum est, quod adolescens aliquoties argutis et spinosis argumentationibus luditur, veluti p. 124 usque ad p. 127. D. Hoc enim nec abhorret a libri materia, siquidem ille vel sic ignorantiae convincitur, et pertinet simul ad ridendam sophistarum disciplinam et institutionem, qua Alcibiadem usum fuisse Socrates ipse significat et constat ex Protagora. Hactenus igitur res salva est. Sed singulare illud videtur, quod oratio subinde nimis fusa ac tortuosa est, quandoquidem Alcibiades etiam ea docetur, quae nemo dubitet vel sine magistri admonitione ab eo perspici potuisse, adeoque res per se clarae et perspicuae copiosa exemplorum commemoratione illustrantur, veluti p. 117. B. C. et p. 124. D. sqq. Hoc igitur illud est, quod maxime effecisse arbitramur, ut homines doctissimi nuper de libri fide et auctoritate, quantumvis antiquitatis testimonio confirmata, dubitare inciperent. Nec vero diffitemur eam rem nec nobis videri laude vel praeconio dignam. Veruntamen iidem non dubitamus contendere hanc unam molestiam minime esse talem, ob quam tota scriptio Platonis

nomini eripienda sit. Nam primum quidem reliqua omnia in ea Platonis ingenium spirant, aut certe eo non sunt indigna. Deinde nunquam potuimus nobis persuadere omnia Platonis opera sine discrimine ad summam perfectionis laudem fuisse elaborata, quum vel inter ea, quae philosophus maturiore composuit aetate, reperiantur, in quibus subinde viri artem et subtilitatem desideres. Denique causas quasdam videmur reperisse, cur in hoc libro non ea disserendi sollertia et elegantia cernatur, quam alias tersissimo scriptori propriam esse novimus. De qua re paucis exposuisse sufficiet. Et primum quidem illud respiciendum est diligenterque animadvertendum, quod Alcibiades talis informatur ac depingitur, qui etsi sophistarum aliorumque magistrorum usus disciplina sit *), tamen disserendi artem fere nullam habeat; ex cuius rei observatione bona pars istius inertiae scilicet et infacundiae iudicanda est, quam operis auctori tribuunt. Etenim quemadmodum philosophus alibi sophistas sic induxit loquentes, ut in notionibus distinguendis vel definiendis turpissime labantur, ita nunc eo modo dicentem fecit adolescentem Alcibiadem, ut quantumvis magna ingenii sui opinione inflatus tamen vel in iis rebus caecutire videatur, quae e vitae communis consuetudine depromtae sunt. Nimirum ita perspicue intelligitur, qualis fuerit hominis doctrina quaeque eruditio, quo tempore se Socrati in disciplinam dederit. Sed alia etiam sunt, quae satis patefaciant, cur minor in hoc opere cernatur artis perfectio. Quorsum referimus illud, quod scriptor videtur veram germanamque disserendi rationem Socraticam imitatione exprimere studuisse. Quemadmodum autem simplicissima quaeque ad imitandum difficillima sunt, ita etiam simplex illa disputandi ratio Platonem in devia quaedam abduxisse videtur, praesertim quum nondum talis scribendi artifex exstitisset, qualis postea factus est. Hoc igitur animadverso facile intelligemus, qui fiat, ut multa fusius et rerum minutarum exemplis interdum immoderatius congestis disputata sint quam pro ipsius Platonis consuetudine. Huc accedit denique, quod dialogus videtur

---

*) V. p. 106 B. conf. etiam Protagor. in. p. 317. B.

a philosopho compositus esse admodum adolescente. Scriptus est enim procul dubio intra Olymp. 94. 2. et 95. 1. h. e. intra a. 404 — 400. a. Chr. n. Id quod his argumentis evincitur. Primum quidem fieri nullo pacto potuit, ut ille vivo adhuc Alcibiade litteris consignaretur, quo tempore nostro certe iudicio nec Plato nec quisquam alius a se impetraturus erat, ut de viro in republica clarissimo talia, qualia in hoc sermone perscripta sunt, commentaretur. Quis enim tum sustinuerit illum ut adolescentem isto modo depingere, quo in hoc sermone factum est? Quocirca nec assentimur Hermanno Histor. Phil. Plat. I. p. 440. qui origines eius ad illa refert tempora, quibus iam clarius apparuerit, quam malos fructus contemtio disciplinae Socraticae ab Alcibiade animo suscepta reipublicae vel attulisset vel allatura esset. Nec vero suffragari possumus sententiae Steinharti Prolegg. ad Mülleri Interpretat. German. p. 152. coll. p. 138. qui Platonem censet hac scriptione sua Alcibiadem, iamiam a fastigio honoris atque gloriae iterum delapsurum, a periculosis studiis et malis consiliis avocare voluisse graviterque commonere, ut aliquando ad sapientem atque honestam rerum civilium tractationem reverteretur. Ista enim si Platoni fuissent proposita, philosophus certe rem longe aliter debuisset instituere, quam ab ipso factum est. Et quotusquisque est qui sibi persuadeat, philosophum tum paene adhuc imberbem in tantum temeritatis crimen incurrisse, ut virum summa auctoritate conspicuum aut publice increpare aut meliora admonere vel edocere apud animum constituerit? Enimvero nos quidem quo diligentius identidem sermonis universi argumentum consideravimus, eo certius semper in ea confirmati sumus sententia, ut eum mortuo demum Alcibiade, h. e. post Olymp. 94. 2. litteris exarari potuisse existimaremus, id quod tanto probabilius esse arbitramur, quia nec modestiae nec urbanitati fuisset consentaneum antea talem scriptionem in lucem publicam emittere. Apertum est autem librum nec eo tempore litteris exaratum esse, quo Socrates iam aut mortis condemnatus aut caussa eius in iudicium deducta publice accusatus fuit. Nam ne tum quidem dubitari potest quin philosophus argumentum, quod illustrandum sumserat, multo aliter fuisset tractaturus.

Accedit ad haec, quod libri materia pariter atque forma iuvenilem ipsius originem satis evidenter arguit, quandoquidem omnia referunt disciplinam mere Socraticam, ut nec desint quae necessitudinem quandam cum aliis scriptis Platonis iuvenilibus prodant. Itaque suspicari sane licet sermonem compositum esse quo tempore nuntius de morte Alcibiadis non ita quidem Athenas perlatus erat. Tum enim verisimillimum est de illius studiis et consiliis vulgo admodum varie iudicatum esse adeoque criminationes eorum insolentius gliscere coepisse, qui ipsum familiaritate ac disciplina Socratis corruptum esse dictitarent. Eas enim criminationes iam diutius a clandestinis viri sapientissimi adversariis fuisse iactitatas ex Apologia Socratis Platonica clarissime perspicitur. Quocirca Plato illo tempore sibi faciendum putavit, ut, dum scientiam e philosophia ductam atque sui cognitionem ad res publicas prudenter gubernandas maxime necessariam esse ostenderet, omnibus simul palam faceret, qualis fuisset Socratis in Alcibiade instituendo atque erudiendo opera et quanti omnino eius disciplina etiam in studiis civilibus sapienter gubernandis aestimari deberet. Quod quidem prudentissime ita fecit, ut invidiae crimine a magistro depulso ipsos Athenienses potius significaverit inanibus studiis suis pravisque cupiditatibus id effecisse, ut homo praestantissimis naturae dotibus instructus, sed item immoderate ambitiosus, contemta recti verique disciplina, transversus ageretur. Quod enim nuper extiterunt qui hunc dialogum omnino negarent ad Socratis defensionem comparatum esse, de eo quidem nos aperte fatemur etiam nunc multo sentire aliter, quandoquidem vel initium eius atque exitus alia omnia suadere videntur. Atque haec si probabiliter a nobis sunt disputata, consequens est, librum scriptum esse quinto fere anno ante Socratis obitum, quo tempore Plato annum aetatis vigesimum quartum vel quintum egit. Quod ubi tenemus, hinc quoque non pauca eorum, quae in eo videntur singularia, vel excusationem vel defensionem paratam habitura esse existimamus.

Verum satis haec de libri argumento, consilio, arte et compositione. Quibus expositis futurum esse speramus ut quid de eius fide et auctoritate existi-

mari oporteat, facilius iudicari possit. Nec vero iam obscurum fore putamus, quo iure veteres Platonici ab eius potissimum lectione et interpretatione exordium studiorum Platonicorum ducendum esse statuerint, quandoquidem illi sui cognitionem recte censuerunt etiam secundum Socratis ac Platonis sententiam omnis sapientiae esse initium. De Socrate enim audias Xenoph. Mem. III. 9. 6. *τὸ δὲ ἀγνοεῖν ἑαυτὸν, καὶ μὴ ἃ οἶδε δοξάζειν τε καὶ γιγνώσκειν, ἐγγυτάτω μανίας ἐλογίζετο εἶναι.* Platon. Apol. Socr. p. 29. A. sqq. Quam sententiam Plato in hoc ipso libro uberrime exornavit.

Ceterum etiam Aeschines, Euclides, Phaedon et Antisthenes dialogos Alcibiadis nomine inscriptos composuisse narrantur.

PECULIARES DIALOGI EDITIONES.

Platonis Alcibiades I. et II. e cod. ms. bibliothecae D. Marci emendati et cum versione Ficini ac adnotationibus clarissimorum interpretum suisque editi a M. Carolo Nürnberger. Lipsiae, 1796. 8. mai. Codex manuscriptus ab editore comparatus nobis vocatur Venet. b. sive *Π*. Excussus etiam a Bekkero est.

Platonis Dialogi IV. Meno, Crito, Alcibiades uterque, cum virorum doctorum animadversionibus. Curavit Biester. Libellus primum prodiit Berolini a. 1789. Tertia editio prioribus auctior et emendatior facta est a. 1811., in qua curanda Buttmannus accessit laborum socius. Quartam denique editionem penitus immutatam solus curavit Buttmannus a. 1822. 8. Ad Biesteri editionem multa contulerunt Fr. Gedike, I. G. Schneider et I. C. Gottleber, quae maximam partem a Buttmanno conservata sunt.

Platonis Symposium et Alcibiades primus. Recensuit Fr. Astius. Landishuti, 1809. 8.

In usum scholarum librum edidit brevi commentario instructum I. C. Held. Solisbaci, 1838. 8. mai. Praeterea idem nuper prodiit sub hoc titulo:

Platonis Alcibiades I. II. griechisch und deutsch mit Anmerkungen. Leipz. ap. Engelm. 1851. 8. min.

Perparvus hodie usus est eorum, quae Etwallus et Alterus suppeditarunt, quorum editiones sub hoc titulo prodierunt:

Platonis Dialogi tres, Alcibiades I. II. et Hipparchus, quibus praefiguntur Olympiodori vita Platonis et Albini in dialogos Platonis introductio. Graece et Latine. Opera et studio Guil. Etwall. Oxonii, 1771. 8. Usus est editor codice manuscr. bibliothecae Bodleianae, qui primum Alcibiadem continet, sed eum pro more illorum temporum vix leviter inspexit.

Platonis Dialogi IV. Meno, Alcibiades I., Phaedo, Phaedrus. Graece ad editionem H. Stephani expressi. Curavit F. C. Alter. Viennae, 1784. 8. mai. Accessit varietas lectionis ex codice bibliothecae Vindobonensis Num. XXI. excerpta.

Praeterea commemorandi sunt Procli et Olympiodori in hunc librum commentarii, nuper demum a Cousino atque Creuzero, Viris Clarissimis, in lucem editi. Germanici editoris opus ita inscriptum est:

Initia philosophiae ac theologiae ex Platonicis fontibus ducta, sive Procli Diadochi et Olympiodori in Platonis Alcibiadem commentarii. Ex codd. mss. nunc primum Graece edidit itemque eiusdem Procli institutionem theologicam integriorem emendatioremque adiecit Fr. Creuzer. Francof. ad Moen. 1820—25. 8. mai. Partes IV., quarum prima complectitur Procli in Alcibiadem I. commentarios, secunda Olympiodori scholia, ut vulgo inscribuntur; tertia habet Procli institutionem theologicam; quarta denique Nicolai Methonensis refutationem institutionis theologicae Procli Platonici a Io. Theod. Voemelio curatam. Procli commentarius vix dimidiam Alcibiadis partem exponit desinitque in verbis Platonis p. 116. A. ed. Steph. *οὐδὲν ἄρα τῶν καλῶν — ἀγαθόν. Φαίνεται.*

Eundem Procli commentarium edidit etiam Victor Cousin in Opere sic inscripto:

Procli philosophi Platonici Opera e codd. mss. biblioth. reg. Parisiensis nunc primum

edidit, lectionis varietate et commentariis illustravit Vict. Cousin. Parisiis, 1819 sqq. 8. T. I. et seqq.

Verterunt hunc dialogum praeter alios Fr. Schleiermacherus Opp. Platon. Vol. II. Part. III. p. 295 sqq. ed sec. et. Hieron. Müllerus Opp. Platon. Vol. I. cuius translationi C. Steinhartus doctam subtilemque praemisit introductionem p. 135 sqq. Interpretatio Gallica Fabri ed. Amstelodam. 1766. narrante Wyttenbachio Vit. Ruhnk. p. 172. ed. Lips. Ruhnkeniana quaedam continet.

CODICUM ELENCHUS.

Bodleianus s. Clarkianus. Coisl. *Γ*. Vat. *Δ*. Ven. *ΞΠΣ*. Paris. BCEFH (qui tamen librum non integrum continet) et U. Mon. p., qui libri omnes praeter Bodlei. a Th. Gaisfordo collatum ab Im. Bekkero excussi sunt. Vindob. 1. 2. et 9., quos contulit Bastius. Codice 2. etiam Bekkerus usus est, qui eum insignivit litera *Υ*. Florentt. a. b. c. d. i. o., ex quibus varias lectiones excerpsit vir clarissimus de Furia. Praeterea codices Procli et Olympiodori, quibus Cousinus et Creuzerus usi sunt, criticum usum habent.

ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ

ΠΡΩΤΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.

Cap. I. Ὦ παῖ Κλεινίου, οἶμαί σε θαυμάζειν, ὅτι πρῶτος ἐραστής σου γενόμενος, τῶν ἄλλων πεπαυμένων, μόνος οὐκ ἀπαλλάττομαι, καὶ ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι δι' ὄχλον ἐγένοντό σοι διαλεγόμενοι, ἐγὼ δὲ τοσούτων ἐτῶν οὐδὲ προςεῖπον. τούτου δὲ τὸ αἴτιον γέγονεν οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλά τι δαιμόνιον 103

Cap. I. P. 103. *οὐκ ἀνθρώπειον*] Sic Bodl. Vat. pro vulg. *ἀνθρώπινον*. Illud etiam Olympiodori codex Cizensis habet. Frequentem esse harum formarum permutationem docuerunt interpretes ad Thucyd. I, 22. Schaefer. Melett. p. 2. et qui discrimen aliquod utriusque vocabuli eruere conatus est Lennep. ad Phalar. Ep. p. 288 ed. Lips. Ut h. l., ita Xenoph. Mem. I, 1, 12. *δαιμόνια* et *ἀνθρώπεια* inter se opponuntur.

Cap. I. P. 103. *μόνος οὐκ ἀπαλλάττομαι*] Athenaeus V. p. 182. E. T. I. p. 415. ed. Dindorf. *διότι τοίνυν κατέψευσται τῶν νεανίσκων, πάρεστι σκοπεῖν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος. τὸν μὲν γὰρ Ἀλκιβιάδην φησὶν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ διαλόγῳ παρακμάσαντα τότε πρῶτον ἄρξασθαι Σωκράτει λαλεῖν, ὅτε πάντες αὐτὸν κατέλιπον οἱ τοῦ σώματος ἐπιθυμηταί.* Merum hoc Deipnosophistae commentum esse locum Platonis vel leviter inspicientibus dilucide apparebit. Neque enim illum hic aliud quid in suis codicibus legisse quam quae nos habemus nobis plane persuasimus, qui hominem noverimus saepissime sententiam Platonis callide et fraudulenter pervertere.

δι' ὄχλον ἐγένοντό σοι διαλ.] colloquendo tibi molesti fuerunt. Nam *δι' ὄχλον γίγνεσθαί τινι* est alicui molestiam exhibere. Thucyd. I, 73. *εἰ καὶ δι' ὄχλον μᾶλλον ἔσται ἀεὶ προβαλλομένοις, ἀνάγκη λέγειν.* Dionys. Hal. T. V. p. 471. ed. Reisk. *δι' ὄχλου γὰρ ἤδη τοῦτό γε.* Id. T. III. p. 512. *ἐγὼ δὲ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ὀνόματα οὐδὲν δέομαι καταλέγειν, ἵνα μὴ δι' ὄχλου γένωμαι.* Ioseph. Arch. VI. 22. *ἃ παραλείπω ἐκδιηγεῖσθαι, μὴ δι' ὄχλου γένηται τοῖς ἐντυγχάνουσι.* Eodem modo *διὰ* coniungitur etiam cum aliis verbis, ut cum *ἰέναι, ἔρχεσθαι, ἀφικνεῖσθαι, μολεῖν, χωρεῖν.* v. Valckenar. ad Eurip. Phoen. v. 482. Elmslei. ad Med. v. 842. Matthiae Gr. §. 580. C. Praeterea audias Grammat. in Bekkeri Anecdot. Gr. I. p. 287. 30. *Ὄχλος· σημαίνει δύο, τὴν ὄχλησιν καὶ τὸ πλῆθος*, quam observationem confirmant etiam Ammonius, Hesychius, Photius, Thomas M., Moschopulus, alii.

ἐγὼ δὲ τοσούτων ἐτῶν —] Frustra haesit in hoc loco Süverii De Nubibus Aristophanis

B ἐναντίωμα, οὗ σὺ τὴν δύναμιν καὶ ὕστερον πεύσει· νῦν δ' ἐπειδὴ οὐκέτι ἐναντιοῦται, οὕτω προςελήλυθα. εὔελπις δέ εἰμι καὶ τὸ λοιπὸν μὴ ἐναντιώσεσθαι αὐτό. σχεδὸν οὖν κατανενόηκα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ σκοπού-

p. 38., qui ita disputat: Ein auffallender Widerspruch ist es, dass Socrates von dem noch nicht zwanzig Iahre alten Alkibiades schon mehre Iahre vorher sich entfernt haben soll, da Olymp. 89. 1. auf der Flucht von Delion noch Innigkeit zwischen ihnen Statt gefunden hat, und dass ienes geschehen sein soll, während Perikles noch lebte, also in einer schon um fünf Iahre frühern Zeit." Habitum fingitur colloquium Pericle adhuc vivente, ut apparet ex p. 103. B. Quum autem Socrates hoc loco profiteatur se inde a multis annis non esse cum Alcibiade colloquutum, tempus colloquii fere in annum quartum vel quintum ante pugnam ad Potidaeam incidere existimandum est, in qua pugna constat magnam inter Socratem et Alcibiadem intercessisse familiaritatem. v. Sympos. p. 219. E sqq. quum expeditio adversus Potidaeam iam Olymp. 87. 1. = 432. a. Chr. n. suscepta esset. vid. annot. ad Charmid. in. Quod efficitur hac ratione. Mortuus est Alcibiades Olymp. 94. 2. = 404. a. Chr. n. Attigerat autem tum annum aetatis quadragesimum sextum, sicuti Dodwell. Ann. Thucyd. ad ann. XIII. Ducker. ad Thucyd. V. 23. Wetzel. ad Cornel. Nep. Alcibiad. c. x. extr. docuerunt. Iam vero idem quo tempore habitum fingitur colloquium nondum habuit viginti annos, ut est p. 123. D. Si igitur ipsum ponimus tum undevicesimum aetatis annum iniisse, incidit sane sermo in a. 431 — 432. a. Chr. n. quo ipso anno (432.) Potidaea defecit ab Atheniensibus et quidem media aestate. Itaque Socrates ipso initio expeditionis adversus Potidaeam susceptae Alcibiadem convenisse putandus est. Atque illo ipso tempore Alcibiades utique ad eam pervenerat aetatis maturitatem, ut ei mox ad rempublicam liceret accedere, quum iuvenis octodecim annorum ex legibus publicis in virorum numerum receptus esset. conf. ad Menex. p. 234. A. Nam quum pugnaret ad Potidaeam Olymp. 87. 1., nequaquam potuit minor esse quam viginti annos natus. Licet enim aetas militaris ab anno aetatis octavo decimo initium caperet, tamen iuvenes priusquam ad externa bella mitterentur, per biennium τῶν περιπόλων munere fungi solebant, de qua re v. Petit. Legg. Att. p. 653 sq. et Platner. Symbol. ad Ius Attic. p. 172 sq. Cum hac ratione optime congruit quod Alcibiades infra p. 123. D. a Socrate appellatur adolescens ἔτη οὐδέπω γεγονὼς σφόδρα εἴκοσιν. Itaque Socrates illo tempore videtur iuvenis familiaritatem aliquamdiu refugisse, sive quia nihil boni de eo augurabatur, sive indolem et ingenium eius e longinquo observaturus. Quum autem animadvertisset optime de eo posse sperari, illo ipso tempore, quo ad rempublicam erat accessurus, faciendum putavit, ut denuo cum eo sermones conferret eumque a temeraria reipublicae capessendae cupiditate avocaret,

μενος, ὡς πρὸς τοὺς ἐραστὰς ἔσχες· πολλῶν γὰρ γε-
νομένων καὶ μεγαλοφρόνων οὐδεὶς ὃς οὐχ ὑπερβληθεὶς
τῷ φρονήματι ὑπὸ σοῦ πέφευγε. τὸν δὲ λόγον, ᾧ
ὑπερπεφρόνηκας, ἐθέλω διελθεῖν. οὐδενὸς φῂς ἀν- 104

quod quidem ab eo factum esse testantur etiam Xenoph. Mem. I, 2, 16. Plutarch. Alcibiad. I. p. 34. Atque inde ab hoc tempore videtur aliquamdiu interior quaedam Socrati cum Alcibiade intercessisse amicitia. Nam etsi Alcibiades teste Xenoph. Mem. I, 2, 39. 47. maxime ideo eius consuetudinem est sectatus, ut reipublicae administrandae atque disserendi facultatem adipisceretur, tamen nec virtutis praecepta a magistro impertita contemsit, nec ipsum Socratem parvi aestimavit, ut profecto mirandum non sit, quod alter alteri vel in proeliorum atrocitate tulit auxilium. De Alcibiade Socratis praeceptis non immorigero legendus est Xenoph. Mem. I, 2, 18. De eius aetate autem si quis plura scire cupiat, adeundi sunt quos commemoravit Krüger. ad Clinton. Tabul. Chron. p. 72.

τὸ αἴτιον γέγονεν — ἐναντίωμα] Stephan. arbitratur ἀνθρώπειον iungi posse cum ἐναντίωμα, quae ratio nec Buttmanno displicuit. Verbis καὶ ὕστερον πεύσει, significat ea, quae mox p. 103. D. E. dicturus est, in quo Schleiermacherus nollem haesisset. Quidni enim Socrati liceat hoc loco significare se postea ea de re esse dicturum? Nimirum talia si Platoni interdicta velimus esse, magnopere vereor, ne nimis severi simus. Ceterum Scholiastes: παραπληρωματικός ἐστιν ὁ καὶ σύνδεσμος. ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ (Iliad. β, 827.), ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν.

Cave tamen vocem abundare opineris.

B. οὕτω προςελήλυθα] Hic ita positum οὕτω, ut in praecedentibus verbis causam rei inesse significet, qui voculae usus post participia frequens est. v. Engelhardt. ad Lachet. §. 19. Matth. Gr. §. 565. 2.

σχεδὸν οὖν καταvενόηκα —] Hoc vero per tempus *fere* perspexi, quomodo te adversus amatores gereres. Legg. I. p. 644. A. ὥς οἵ γε ὀρθῶς πεπαιδευμένοι σχεδὸν ἀγαθοὶ γίγνονται. Parmen. p. 128. B. ὥςτε μηδὲν τῶν αὐτῶν εἰρηκέναι δοκεῖν σχεδόν τι λέγοντας ταὐτά. Demosth. Olynth. II. p. 25. ed. R. σχεδὸν ταὐτά, ἅπερ καὶ τινί, ποιούντων. Pro Coron. p. 310. καθ' ἑκάστην σχεδόν τι ἡμέραν ἐκρινόμην ἐγώ. Xenoph. De Rep. Laced. V. 1. σχεδὸν εἴρηται. Cicero De Nat. Deor. I. 16. in. Exposui *fere* non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia. Horat. Serm. I. 3, 96. Queis paria esse *fere* placuit peccata. Mox post οὐδεὶς Proclus p. 94. ed. Creuz. ἐστιν interponit, quo tamen facile caremus.

τὸν δὲ λόγον — ἐθέλω διελθεῖν] Formula τὸν λόγον διελθεῖν quoniam apud Platonem ita solet usurpari, ut sit argumentum persequi et illustrare, Schleiermacherus hoc quoque certo argumento censet esse, hunc dialogum non esse Platonis. Nam τὸν λόγον διελθεῖν nunc manifesto significat causam et rationem

θρώπων ἐνδεὴς εἶναι εἰς οὐδέν· τὰ γάρ ὑπάρχοντά σοι μεγάλα εἶναι, ὥςτε μηδενὸς δεῖσθαι, ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχήν. οἴει γὰρ δὴ εἶναι πρῶτον μὲν κάλλιστός τε καὶ μέγιστος — καὶ τοῦτο μὲν δὴ παντὶ δῆλον ἰδεῖν ὅτι οὐ ψεύδει —, ἔπειτα νεανικωτάτου γένους ἐν τῇ σεαυτοῦ πόλει, οὔσῃ μεγίστῃ τῶν Ἑλληνίδων, καὶ ἐνταῦθα
B πρὸς πατρός τέ σοι φίλους καὶ ξυγγενεῖς πλείστους εἶναι καὶ ἀρίστους, οἵ, εἴ τι δέοι, ὑπηρετοῖεν ἄν σοι,

P. 104. B. *οὐδὲν χείρους*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. U. Vind. 1. Flor. d. et ex corr. Coisl. Vulgo *οὐδὲ χ.*

rei explicare. Nec vero huius loquutionis alterum exemplum suppetit. At legendum sine dubio est *διελεῖν*, quo restituto omnis protenus evanescit dubitatio. Phaedon. p. 107. B. *ἐὰν αὐτὰς (τὰς αἰτίας) ἱκανῶς διέλητε*. Cratyl. p. 399. A. *πειρώμεθα δὴ καὶ ταῦτα διελεῖν*. Protagor. p. 339. A. Hipp. mai. p. 285. C. *ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι ἀνθρώπων διαιρεῖν*.

P. 104. *ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα*] Salvinius Obss. Misc. Vol. II. T. I. p. 275. corrigebat *ἀρξάμενον*. Cui nemo hodie assentietur. v. ad Remp. II. p. 366. E. Heusd. Specim. p. 39. Matth. Gr. §. 557. et Buttmann. Ind. s. v. *ἄρχεσθαι*. Intelligenda autem verba sunt hoc modo: *πρῶτον μὲν τὰ τοῦ σώματος, ἔπειτα τὰ τῆς ψυχῆς*. Etiam hunc locum Schleiermach. reprehendit, qui p. 513, ita annotavit: „Auch dies ist ein schlechter Gebrauch einer platonischen Redensart. Denn für die folgende Auseinandersetzung wären zu den Gütern der Seele das andere Ende gewesen die äusseren Güter." At vero quum deinceps ante omnia corporis bona enumerentur, nihil video, quod recte queat in huius formulae usu displicere.

κάλλιστός τε καὶ μέγιστος] In his si qui forte moleste ferant istud *καὶ μέγιστος*, scrupulum animis nimium religiosis eximent quae ad Charmid. p. 158. A. alia collegimus huius generis exempla. Alcibiadem formositate insignem fuisse incredulos docuit Gottleber., qui conferri iubet Xenoph. Mem. I, 2, 24. Plutarch. Vit. Alcib. in Cornel. Nep. c. I.

νεανικωτάτου γένους —] Vigorem et animum virilem gentis denotat. De Rep. VI. p. 503. E. *νεανικοί τε καὶ μεγαλοπρεπεῖς τὰς διανοίας*. Ibid. p. 502. E. *νεανικὴ φύσις*. Plautus Trinumm. V. 2, 9. Eum sororem despondisse suam in tam *fortem* familiam. Cicero ad Fam. VI. 9. Nam et patre eius, claro homine, et *forti* viro, plurimum usi sumus. Atque ea notione fortissimus, ut clarissimus, apud Ciceronem est veluti laus et titulus hominis virtute praestantis. Pater Alcibiadis fuit Clinias, huius autem pater Alcibiades prior, qui in Euthydemo p. 275. A. *ὁ πάλαιος* vocatur. Hic prior Alcibiades filios habuit duos, Axio-

τούτων δὲ τοὺς πρὸς μητρὸς οὐδὲν χείρους οὐδ' ἐλάττους. ξυμπάντων δὲ ὧν εἶπον μείζω οἴει σοι δύναμιν ὑπάρχειν Περικλέα τὸν Ξανθίππου, ὃν ὁ πατὴρ ἐπίτροπον κατέλιπε σοί τε καὶ τῷ ἀδελφῷ· ὃς οὐ μόνον ἐν τῇδε τῇ πόλει δύναται πράττειν ὅ τι ἂν βούληται, ἀλλ' ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι καὶ τῶν βαρβάρων ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλοις γένεσι. προσθήσω δὲ καὶ ὅτι τῶν πλουσίων· δοκεῖς δέ μοι ἐπὶ τούτῳ ἥκιστα C μέγα φρονεῖν. κατὰ πάντα δὴ ταῦτα σύ τε

C. *μέγα φρονεῖν*] Sic Bodl. Vat. Ven. Π., quod nunc cum Bekkero pro vulg. *μεγαλοφρονεῖν* amplexus sum.

chum et Cliniam, ex quibus Clinias apud Artemisium *ἰδιοστόλῳ τριήρει* magna laude pugnavit, testibus Herodoto VIII. 17. et Plutarcho Vit. Alcibiad. in., et in pugna ad Coroneam Olymp. 83. 2. = a. Chr. 447. una cum Tolmida duce occisus est. v. infra p. 112. C. Isocrates De Bigg. p. 352. ed. Bekk. Plutarch. Vit. Alcib. in. Huius filius fuit Clinias, Alcibiadis nostri frater, cuius mentio fit infra p. 118. E. et Protagor. p. 320., diligenter ille distinguendus a Clinia, Axiochi filio. Matrem habuit Alcibiadis Deinomachen, Megaclis filiam, de cuius genere egit Palmerius Exercitatt. p. 632 sq. Materni generis nobilitate superbientem adolescentulum Socrates quum alibi ludit, tum infra p. 105. D. *ἐγὼ δὲ σοί γε ἐρῶ, ὦ φίλε παῖ Κλεινίου καὶ Δεινομάχης.*

B. *ὑπάρχειν Περικλέα τὸν Ξάνθ.*] Non putamus recte dici: *Περικλέα σοι ὑπάρχειν δύναμιν*, propterea quod *δύναμιν*, nomen abstractum, idem foret quod *δυνατόν* vel *δυνάμενον*. Alia ratio est talium locorum: Thucyd. III. 95. *οἱ Λοκροὶ μεγάλη ὠφέλεια* (i. e. *πάνυ ὠφελεῖς*) *ἐδόκουν εἶναι ξυστρατεύοντες*. Itaque corrigendum *ἐπαρκεῖν*, suppeditare. Protag. p. 321. A. *διαφυγὰς ἐπήρκεσε*. Legg. VI. p. 757. B. al. Utrumque verbum saepius esse permutatum, luculente docet Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 1042. conf. infra p. 105. E. *παραδοῦναι τὴν δύναμιν*. — *καὶ τῶν βαρβάρων*, veluti Macedonum, Thracum, aliorum populorum, qui inter barbaros referri solebant.

C. *ὅτι τῶν πλουσίων*] Intell. *οἴει εἶναι*. conf. Xenoph. Mem. I, 2, 24 et 25, ubi causae fastus istius, quo Alcibiades fuit inflatus, breviter recensentur. — *ἐπὶ τούτῳ*, int. *τῷ τῶν πλουσίων εἶναι*. Divitiis quod Alcibiades minus superbisse narratur, prorsus hoc consentaneum est hominis ingenio, qui pro immoderata ambitione sua nihil studiosius quam gloriam et honores appetebat.

κατὰ πάντα δὴ ταῦτα] „Nullum animi bonum Socrates commemorat, quum tamen supra dixerit *τελευτῶντα εἰς ψυχήν*. Sed et mox Alcibiadi dicet, quare animi bona omiserit: *ἀμαθίᾳ γὰρ ξυνοικεῖς, ὦ βέλτιστέ, τῇ αἰσχίστῃ.*" Nürnberger. Animi sui dotes infra ipse praedicabit adolescentulus.

σύ τε μεγαλαυχούμενος —] V. Plut. Vit. Alcib.

μεγαλαυχούμενος κεκράτηκας τῶν ἐραστῶν, ἐκεῖνοί τε ὑποδεέστεροι ὄντες ἐκρατήθησαν. καί σε ταῦτ' οὐ λέληθεν· ὅθεν δὴ εὖ οἶδα, ὅτι θαυμάζεις, τί διανοούμενός ποτε οὐκ ἀπαλλάττομαι τοῦ ἔρωτος καὶ ἥντιν' ἔχων ἐλπίδα ὑπομένω, τῶν ἄλλων πεφευγότων.

Cap. II. *ΑΛ. Καὶ ἴσως γε, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶσθ', ὅτι σμικρόν με ἔφθης. ἐγὼ γάρ τοι ἐν*
D *νῷ εἶχον πρότερός σοι προςελθὼν αὐτὰ ταῦτ' ἐρέσθαι, τί ποτε βούλει καὶ εἰς τίνα ἐλπίδα βλέπων ἐνοχλεῖς με, ἀεὶ ὅπου ἂν ὦ ἐπιμελέστατα παρών. τῷ ὄντι γὰρ θαυμάζω, ὅ τι ποτ' ἐστὶ τὸ σὸν πρᾶγμα, καὶ ἥδιστ' ἂν πυθοίμην.*

ΣΩ. Ἀκούσει μὲν ἄρα μου, ὡς τὸ εἰκός, προ-

ὅτι θαυμάζεις] V. *θαυμάζοις* praeter codicum auctoritatem.

D. *αὐτὰ ταῦτ' ἐρέσθαι*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Legebatur olim *αὐτὰ ταῦτά*.

ΣΩ. Ἀγανακτῶ ὑπέρ τε τοῦ σοῦ καὶ τοῦ ἐμαυτοῦ ἔρωτος.

ΑΛ. Τί δή;

ΣΩ. Εἰ ἠξίωσας τὸν ἀγῶνά σοι εἶναι πρὸς τοὺς ἐνθάδε ἀνθρώπους.

ΑΛ. Ἀλλὰ πρὸς τίνας μήν;

D ΣΩ. Ἄξιον τοῦτό γε καὶ ἐρέσθαι ἄνδρα οἰόμενον μεγαλόφρονα εἶναι.

C. ὑπέρ τε τοῦ σοῦ καὶ τοῦ ἐμαυτοῦ ἔρωτος] Sic Vat. Ven. *Π.* Vulgo καὶ τοῦ ἐμοῦ ἔρωτος; quod servavit Herm. Buttmannus expuncto priori τοῦ legendum censebat ὑπέρ τε σοῦ καὶ τοῦ ἐμοῦ ἔρωτος.

D. Ἄξιον τοῦτό γε] γε om. Steph. cum Par. EF.

ἀπέβλεπες δ' ἂν εἰς] Accessit ἂν ex Bodl. Vat.

nitate, etiamsi eruditione et sapientia sim destitutus. En vanum superbumque homuncionem, qui insigni cum levitate prae nimia ingenii sui opinione disciplinam et exercitationem contemnendam putet. Nec vero dubitamus, quin haec Alcibiadis imago plane ad ipsam veritatem adumbrata sit. Fuit tamen qui eam tanquam ineptam et absurdam vituperaret.

C. Ἀγανακτῶ ὑπέρ τε τοῦ σοῦ — ἔρωτος] Sententia verborum haec videtur esse: Indignum hoc est et tuis studiis et meo in te amore, qui te volo ad summa et optima quaeque eniti. Nam de Alcibiadis in Socratem amore non potest commode cogitari, si quidem is in fine demum colloquii se Socratis amatorem fore pollicetur. Male igitur Ficinus aliique verba interpretantur sic: Graviter enim fero ad mutuam inter nos benevolentiam. Dictionem ad Charmid. p. 175. D. illustravimus. Buttmannus olim malebat: ὑπέρ τε σοῦ.

οἰόμενον μεγαλόφρονα εἶναι] h. e. qui se virum alti spiritus esse putat. Vocabulum ad rem denotandam apte prudenterque delectum, ut non videam, cur Schleiermach. hanc dictionem minus probam neque Platonicam iudicaverit.

ὧν δήπου περιγενέσθαι —] Pronomen ὧν referendum est ad τοὺς συναγωνιστάς, ad ἀνταγωνίζεσθαι autem proximum σοί intelligendum. Nam sensus verborum hic est: Tam longe omnibus aliis συναγωνισταῖς, i. e. Atheniensibus, praestare debes, ut ipsis quamvis a te contemtis non in mentem veniat tibi adversari, sed te duce adversus hostes pugnare parati sint.

ΑΛ. Πῶς λέγεις; οὐ πρὸς τούτους μοι ὁ ἀγών;

ΣΩ. Ἀλλὰ κἂν εἰ τριήρη διενοοῦ κυβερνᾶν μέλλουσαν ναυμαχεῖν, ἤρκει ἄν σοι τῶν συνναυτῶν βελτίστῳ εἶναι τὰ κυβερνητικά; ἢ ταῦτα μὲν ᾤου ἂν δεῖν ὑπάρχειν, ἀπέβλεπες δ' ἂν εἰς τοὺς ὡς ἀληθῶς ἀνταγωνιστάς, ἀλλ' οὐχ ὡς νῦν εἰς τοὺς συναγωνιστάς; ὧν δήπου περιγενέσθαι σε δεῖ τοσοῦτον, ὥςτε μὴ ἀξιοῦν ἀνταγωνίζεσθαι, ἀλλὰ καταφρονηθέντας συναγωνίζεσθαί σοι πρὸς τοὺς πολεμίους, εἰ δὴ τῷ E
ὄντι γε καλόν τι ἔργον ἀποδείξασθαι διανοεῖ καὶ ἄξιον σαυτοῦ τε καὶ τῆς πόλεως.

ΑΛ. Ἀλλὰ μὲν δὴ διανοοῦμαί γε.

ΣΩ. Πάνυ σοι ἄρα ἄξιον ἀγαπᾶν, εἰ τῶν στρα-

ὧν δήπου περιγενέσθαι σε δεῖ] Par. EF. *ὧν δεῖ που*, ut est in Ald. et Steph. Dein vulgo *συνανταγωνίζεσθαι*, pro *ἀξιοῦν ἀνταγωνίζεσθαι*, quod praebuerunt Bodl. Vat. Ven. *Π*. Flor. d. et corr. Par. E.

E. *ἀποδείξασθαι διανοεῖ*] *ἐπιδείξεσθαι* corr. Hirschig. non opus.

E. *Πάνυ σοι ἄρα ἄξιον ἀγαπᾶν* —] Schleiermach. qui ironiam, qua deinde Socrates utitur, hinc commode ordiri negat, legendum censet *ἀνάξιον*. Verum recte monuit Buttm. ita asperum fore orationis decursum ob sequens *ἀλλ' οὐ* —. Itaque vir doctus ironiam interruptam statuit Alcibiadis interrogatione moxque resumtam. Ficinus locum vertit sic: Quam dignum est, ut sat tibi factum putes, si sis tuorum militum praestantissimus, non autem respicias ad hostium duces, qua ratione illis excellas, coniectans ad eos semper et contra illos te muniens? Pro *γένοιο* in codd. plerisque *γέγονας* scribitur. Optativum probans Buttm. *ὁπότε* interpretatur quando aliquando, nisi quis praeferat coniecturam Heindorfi: *ὅπῃ τε ἐκ. β. γένοιο σκοποῦντα.* Ego vero utramque rationem ferri non posse arbitror, propterea quod nudus optativus ab hoc loco alienus est. Itaque Bekkerus adoptavit *γέγονας*, non quo id verum putaverit, sed quia codicum fide et auctoritate nititur. Nam falso Wexius Commentat. de Loco mathem. in Men. p. 54. hanc scripturam ita explicat: *ὁποῖός τις γενόμενος ἐκείνων βελτίων γέγονας*, ne scilicet *ὁπότε* stricte ad tempus referatur, sed ad Alcibiadis ipsius conditionem. Ego vero *ὁπότε* corruptum puto, quod haud dubie in *ὅπως ἂν* mutandum. Quo restituto vides genuinam scripturam esse *γένοιο*, in Ven. *Ξ*. et a pr. m. in Coisl. servatam, quae tamen suscepto per errorem isto *ὁπότε* postea in *γέγονας* est commutata. Iam vides sententiam hanc esse: quomo-

τιωτῶν βελτίων εἶ, ἀλλ' οὐ πρὸς τοὺς τῶν ἀντιπάλων ἡγεμόνας ἀποβλέπειν, ὁπότε ἐκείνων βελτίων γένοιο, σκοποῦντα καὶ ἀσκοῦντα πρὸς ἐκείνους.

120 *ΑΛ.* Λέγεις δὲ τίνας τούτους, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐκ οἶσθα ἡμῶν τὴν πόλιν Λακεδαιμονίοις τε καὶ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ πολεμοῦσαν ἑκάστοτε;

ΑΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

Cap. XVI. *ΣΩ.* Οὐκοῦν εἴπερ ἐν νῷ ἔχεις ἡγεμὼν εἶναι τῆσδε τῆς πόλεως, πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς καὶ τοὺς Περσῶν τὸν ἀγῶνα ἡγούμενός σοι εἶναι ὀρθῶς ἂν ἡγοῖο;

ΑΛ. Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν.

ΣΩ. Οὔκ, ὦ 'γαθέ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε
B δεῖ τὸν ὀρτυγοτρόφον ἀποβλέπειν καὶ ἄλλους τοιού-

ὁπότε ἐκείνων βελτίων γένοιο] Pro γένοιο omnes libri γέγονας, praeter. Ven. Ξ. Vind. 9. et corr. Coisl. Sed legendum: ὅπως ἂν ἐκείνων β. γένοιο. v. infra.

Cap. XVI. P. 120. τῆςδε τῆς πόλεως, πρὸς τοὺς Λ.] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vulgo πόλεως ὡς πρὸς Λ.

ἡγούμενός σοι εἶναι] V. σοι ἡγ. invitis codd.

B. τρίχα ἔχοντες ἐν τῇ ψυχῇ] Pro ἐν, quod Bodl. Coisl. Vat. Ven. *Π.* Flor. d. Schol. et Olymp. p. 148. confirmant, vett. editt. cum reliquis libris ἐπὶ habent-

do illis melior fieri queas considerantem teque adversus eos exercentem. Ὅπως ἂν ita cum optativo iunctum ad Lysid. p. 207. E. illustravimus. Recepit coniecturam nostram tacite Heldius. Ceterum ἐκεῖνος bis positum, ita ut ad idem subiectum referatur, ad Phaedon. p. 106. B. Remp. I. p. 342. E. illustravimus.

Cap. XVI. P. 120. Οὔκ, ὦ 'γαθέ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν —] Locus acerbissimae ironiae sale perfusus. Imo vero, inquit, ad viles istos homines tibi respiciendum est, qui nec eruditi sunt, et barbara lingua civibus blandiuntur et malis artibus utuntur ad rempublicam accessuri! Quis est quin sentiat his verbis simul Atheniensium perversitatem notari, qui aditum ad rempublicam et summos in civitate honores etiam vilissimis hominibus omniumque rerum rudibus et imperitis patere volebant? Midias iste videtur idem esse, qui Aristoph. Avv. 1297. ὄρτυξ appellatur, ubi plura de eo scholiastes. conf. etiam Bergk. Rell. Com. Attic. p. 425. Athenaeus XI. p. 506. D. Midiam narrat a Platone ὀρτυγοκόπον appellatum esse. Atque eam lectionem servat Olympiod. p. 148. et scholiastes ad h. l. explicat, his usus verbis: οὗτος ἐπὶ κύκλῳ τοὺς ὄρτυγας παριστὰς κόπτειν αὐτοὺς ἀλλήλους ἐδίδασκε. Nec tamen invitis codicibus ὀρτυγοκόπον scripserim, quandoquidem Midias coturnices alebat, ut

*τους, οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσιν ἔτι
τὴν ἀνδραποδώδη, φαῖεν ἂν αἱ γυναῖκες, τρίχα ἔχον-
τες ἐν τῇ ψυχῇ ὑπ' ἀμουσίας καὶ οὔπω ἀποβεβλη-
κότες, ἔτι δὲ βαρβαρίζοντες ἐληλύθασι κολακεύσοντες
τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐκ ἄρξοντες. πρὸς τούτους σε δεῖ,
οὕσπερ λέγω, βλέποντα σαυτοῦ ἀμελεῖν, καὶ μήτε
μανθάνειν ὅσα μαθήσεως ἔχεται, μέλλοντα τοσοῦτον
ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι, μήτε ἀσκεῖν ὅσα δεῖται ἀσκήσεως,* C
*καὶ πᾶσαν παρασκευὴν παρεσκευασμένον οὕτως ἰέναι
ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως.*

ΑΛ. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, δοκεῖς μέν μοι ἀληθῆ λέγειν, οἶμαι μέντοι τούς τε Λακεδαιμονίων στρατηγοὺς καὶ τὸν Περσῶν βασιλέα οὐδὲν διαφέρειν τῶν ἄλλων.

σαυτοῦ ἀμελεῖν] V. *σαυτοῦ δὲ ἀμελεῖν*. Recte *δὲ* expungendum vidit Stephanus, cuius rationem confirmant Coisl. Ven. *Π*. Flor. d. Buttmannus *δὴ* corrigebat. Defendit tamen *δὲ* Klotzius ad Devar. p. 374.

C. *παρεσκευασμένον*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. pro vulg. *παρασκευασάμενον*. Vind. 1. *παρασκευασμένον*.

καὶ τὸν Περσῶν βασιλέα] Sic Coisl. Ven. *ΞΣ*. Par. CE. Flor. a. c. d. o. et corr. Ven. *Π*. Pessime ante Buttmannum legebatur *καὶ τῶν Περσῶν β*.

posset *ὀρτυγοκοπεῖν*, quod quale fuerit, ex Polluce IX. 7. p. 1095. Suida, et Photio s. v. intelligitur. conf. Meursius De ludis Graecor. in Gronov. Thes. Ant. Gr. T. VII. p. 979. Festive autem Alcibiadi huius hominis exemplum ob oculos ponitur. Constat enim ex Plutarcho T. I. p. 195. E. Alcibiadem ipsum coturnices aluisse et in gremio fovisse; de qua re iam Gottleberus monuit.

B. *ἔτι τὴν ἀνδραποδώδη — τρίχα ἔχοντες*] Scholiastes ad Aristoph. Avv. 911. *ἦν δὲ τῶν ἐλευθέρων τὸ κομᾶν*. Nimirum servi ad cutem usque tondebantur: ingenui autem adolescentes promissam gerebant comam, et inde ab anno aetatis octavo decimo modice attonsam, v. Iunius De coma p. 499 sqq. ed. Hag. Itaque libertini hunc morem non statim imitari poterant, quae vera est Buttmanni observatio. Ceterum hunc locum ob oculos habuit Persius Satyr. V, 116, ubi v. Casaubonum p. 284. ed. Dübner. coll. Ruhnkenio ad Tim. Glossar. s. v. *Ἀνδραποδώδη τρίχα* p. 35. Suid. T. I. p. 188. Eustath. ad Iliad. I. p. 79. Erasmi Adagg. p. 257.

ὅσα μαθήσεως ἔχεται] quae cum disciplina coniuncta sunt atque exinde pendent. Menon p. 94. B. *καὶ τἆλλα ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνης ἔχεται, οὐδενὸς χείρους*.

C. *καὶ πᾶσαν παρασκευὴν π.*] h. e. iis omnibus, quae ad gubernan-

ΣΩ. Ἀλλ', ὦ ἄριστε, τὴν οἴησιν ταύτην σκόπει οἵαν ἔχεις.

ΑΛ. Τοῦ πέρι;

ΣΩ. Πρῶτον μὲν ποτέρως ἂν οἴει σαυτοῦ μᾶλ-
D λον ἐπιμεληθῆναι, φοβούμενός τε καὶ οἰόμενος δεινοὺς αὐτοὺς εἶναι ἢ μή;

ΑΛ. Δῆλον, ὅτι εἰ δεινοὺς οἰοίμην.

ΣΩ. Μῶν οὖν οἴει τι βλαβήσεσθαι ἐπιμεληθεὶς σαυτοῦ;

ΑΛ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ μεγάλα ὀνήσεσθαι.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἓν μὲν τοῦτο τοσοῦτο κακὸν ἔχει ἡ οἴησις αὕτη.

ΑΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τὸ δεύτερον τοίνυν, ὅτι καὶ ψευδής ἐστιν, ἐκ τῶν εἰκότων σκέψαι.

ΑΛ. Πῶς δή;

D. ὅτι εἰ δεινοὺς οἰοίμην] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Vind 1. Flor. b. d. i. Vulgo ὅτι καὶ εἰ δ.

dam rempublicam opus sunt, ornatus et instructus. Intelligitur maxime fraudulenta et factiosa molitio, quae apud Oratores haud raro παρασκευῆς nomine significatur. v. Indices Demosthen. Reiskianos.

E. οὕτω τελέους γίγνεσθαι] Pertinet οὕτως ad praecedentem conditionem, ideoque significat hac conditione.

Cap. XVII. Σκεψώμεθα δή, τοῖς ἐκείνων τὰ ἡμ.] Quae sequitur comparatio inter Athenienses, Persas et Lacedaemonios instituta, ea quamvis Schleiermachero displicuerit vehementissime, nobis tamen nihil habere videtur, quod reprehensionem commereatur. Docetur enim egregie tantas esse Persarum et Lacedaemoniorum opes, ut Atheniensibus nihil faciendum relinquatur nisi ut sapientia et virtute illos superare studeant. Quod quidem ita explicatur, ut copiosa bonorum, quibus Athenarum hostes abundent, enumeratione simul fastus adolescentis, generis nobilitate ac divitiis magnopere superbientis, castigetur atque reprimatur. Quod vero prolixam hanc orationem a Socratis more et sermone alienam esse arbitrantur, pervelim scire, quanam disserendi arte haec omnia per partes explicari potuerint. Enimvero si usquam alibi, certe in hoc argumento illustrando orationis perpetuitate opus fuit. Non adeo reprehendi debuisse hunc locum ipse Astius largitur De Vita et Scriptis Plat. p. 459 sq. ceteroquin de hoc dialogo inique sane iudicans.

ὡς οἱ μὲν Ἡρακλέους] Ab Eurysthene et Procle oriundi,

ΣΩ. Πότερον εἰκὸς ἀμείνους γίγνεσθαι φύσεις ἐν γενναίοις γένεσιν ἢ μή; E

ΑΛ. Δῆλον, ὅτι ἐν τοῖς γενναίοις.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοὺς εὖ φύντας, ἐὰν καὶ εὖ τραφῶσιν, οὕτω τελέους γίγνεσθαι πρὸς ἀρετήν;

ΑΛ. Ἀνάγκη.

Cap. XVII. ΣΩ. Σκεψώμεθα δὴ τοῖς ἐκείνων τὰ ἡμέτερα ἀντιτιθέντες, πρῶτον μὲν εἰ δοκοῦσι φαυλοτέρων γενῶν εἶναι οἱ Λακεδαιμονίων καὶ Περσῶν βασιλεῖς. ἢ οὐκ ἴσμεν, ὡς οἱ μὲν Ἡρακλέους, οἱ δὲ Ἀχαιμένους ἔκγονοι, τὸ δ' Ἡρακλέους τε γένος καὶ τὸ Ἀχαιμένους εἰς Περσέα τὸν Διὸς ἀναφέρεται;

ΑΛ. Καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον, ὦ Σώκρατες, εἰς 121
Εὐρυσάκη, τὸ δ' Εὐρυσάκους εἰς Δία.

ΣΩ. Καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον, ὦ γενναῖε Ἀλκιβιάδη, εἰς Δαίδαλον, ὁ δὲ Δαίδαλος εἰς Ἥφαιστον τὸν

γίγνεσθαι φύσεις] V. φήσεις, quod solus Par. E. tenet.

qui genus suum ad Herculem referebant. v. Manso Sparta I, 2. p. 60 sqq.

οἱ δὲ Ἀχαιμένους] „Scholiastes ad hunc locum ipsum Achaemenem, auctores autem antiqui, ut Herodot. VII, 11. 150. Apollodor. II, 4, 5. Perseu, Achaemenidarum progenitorem, filium faciunt Persei ex Andromeda.“ Buttmann. Conf. Wesseling. ad Herodot. I, 25. et interpretes ad Horat. Od. II. 13, 21.

P. 121. εἰς Εὐρυσάκη] Idem memoriae prodidit Plutarch. Vit. Alcib. I.

Καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον —] Vituperat Schleiermach. auctorem dialogi tanquam aliena inculcantem, quum de naturali tantum genere hic agi possit. Sophroniscum igitur Socratis patrem statuarium per allegoriam putat genus repetiisse a Daedalo, statuariorum heroe. Verum hoc: sed confusa sunt talia in ipsa antiquitate, ut patet exemplo Asclepiadarum, qui non artem solum, sed genus etiam ab Aesculapio repetebant. Quid obstat autem, quominus familiam aliquam Athenis fuisse credamus, quae per plures artifices ad Daedalum, heroem Atticae indigenam, originem suam referret? Fuisse autem talem familiam sive gentem (γένος) Athenis, clarum est vel solo nomine unius e pagis (δήμοις) Atticae Δαιδαλίδαι (v. Steph. Byzant.), qui pagus sedes videtur fuisse primitus generis illius. Neque obstat nostrae sententiae, quod Socrates δήμῳ fuit non ἐκ Δαιδαλιδῶν, sed Ἀλωπεκῆθεν. Longe diversa enim erat distributio populi Attici in δήμους ab altera in φρα-

Διός. ἀλλὰ τὰ μὲν τούτων ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενα βασιλεῖς εἰσὶν ἐκ βασιλέων μέχρι Διός, οἱ μὲν Ἄργους τε καὶ Λακεδαίμονος, οἱ δὲ τῆς Περσίδος τὸ ἀεί, πολλάκις δὲ καὶ τῆς Ἀσίας, ὥςπερ καὶ νῦν· ἡμεῖς
B δὲ αὐτοί τε ἰδιῶται καὶ οἱ πατέρες. εἰ δὲ καὶ τοὺς προγόνους σε δέοι καὶ τὴν πατρίδα Εὐρυσάκους ἐπιδεῖξαι Σαλαμῖνα ἢ τὴν Αἰακοῦ τοῦ ἔτι προτέρου Αἴγιναν Ἀρταξέρξῃ τῷ Ξέρξου, πόσον ἂν οἴει γέλωτα ὀφλεῖν; ἀλλ' ὅρα μὴ τοῦ τε γένους ὄγκῳ ἐλαττώμεθα τῶν ἀνδρῶν καὶ τῇ ἄλλῃ τροφῇ. ἢ οὐκ ᾔσθησαι τοῖς τε Λακεδαιμονίων βασιλεῦσιν ὡς μεγάλα τὰ ὑπάρ-

Cap. XVII. P. 121. B. *προγόνους σε δέοι*] *σε* om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. quod probat Herm., qui *σε* putat ab iis adiectum esse, qui transitum a prima persona ad secundam clarius indicatum vellent. Nos vero *σε* errore omissum putamus, quo re accuratius pensitata aegre carueris. Mox *Ἀρτοξέρξῃ* Bodl. Vat. Ven. *ΞΣ*. Par. BC. Paullo post *ὄφλειν* cum Steph. tenent Par. EF. Flor. b. d. Ceteri recte *ὀφλεῖν*.

τοῦ τε γένους ὄγκῳ] Vulgo *τῷ τε γ.* Sed *τοῦ τε* Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠ*. Par. BC. Florentini, Vindobonenses, cum Bas. 2. ut Turr. et Herm.

ἢ οὐκ ᾔσθησαι] V. *ἢ*, quod e Vat. Ven. *Π*. mutatum.

τρίας καὶ γένη. Conferatur Demosth. c. Neaer. p. 1365., ubi unius generis, *τῶν Βρυτιαδῶν*, participes enumerantur sex e diversis omnes pagis. — Daedali autem proavum Erechtheum Scholium ad h. l. facit Vulcani filium, alii Pandionis filium Erichthoniique, quem Vulcanus genuerat, nepotem. Nimirum haud diversi proprie Erichthonius et Erechtheus, ut diserte traditur in Schol. ad Iliad. B. v. 547." **Buttmannus**. Ceterum haec a Socrate lepide et iocose opponuntur Alcibiadi.

ἀλλὰ τὰ μὲν τούτων] V. Matth. Gr. §. 285, unde intelliges lectionem codicis Par. F. *ἀρξάμενοι* non contemnendam esse. — *βασιλεῖς ἐκ βασιλέων*, i. e. una et perpetua serie reges fuerunt. conf. Markand. ad Lys. p. 367. ed. Reisk. Quamquam id convenit tantum in reges Spartanorum. Nam Argis regnum regium iam mature sublatum est. v. Pausan. II. 19, 2. Sed memorat Socrates regnum Argivum una cum Spartano, ut dignitatem regiae domus Spartanorum in illustriore luce collocet. Quo non perspecto nuper quidam criticus verba *Ἄργους τε καὶ* pro glossemate habuit.

B. *Αἰακοῦ τοῦ ἔτι προτέρου*] Huius enim filius Eurysaces narratur fuisse. De Aeaci genere v. Mülleri Aeginetica p. 21 sqq.

Ἀρταξέρξῃ τῷ Ξέρξου] Quod codices plurimi habent *Ἀρτοξέρξῃ*, ea scriptura etiam Herodoto tribuitur VI, 98, ubi tamen Schweighaeus. eam recentioribus Graeculis acceptam referri iudicavit. Deinde *ὀφλεῖν*

χοντα; ὧν αἱ γυναῖκες δημοσίᾳ φυλάττονται ὑπὸ τῶν ἐφόρων, ὅπως εἰς δύναμιν μὴ λάθῃ ἐξ ἄλλου γενόμενος ὁ βασιλεὺς ἢ ἐξ Ἡρακλειδῶν; ὁ δὲ Περσῶν C τοσοῦτον ὑπερβάλλει, ὥςτε οὐδεὶς ὑποψίαν ἔχει ὡς ἐξ ἄλλου βασιλεὺς ἂν γένοιτο ἢ ἐξ αὐτοῦ· διὸ οὐ φρουρεῖται ἡ βασιλέως γυνὴ ἀλλ' ἢ ὑπὸ φόβου. ἐπειδὰν δὲ γένηται ὁ παῖς ὁ πρεσβύτατος, οὗπερ ἡ ἀρχή, πρῶτον μὲν ἑορτάζουσι πάντες οἱ ἐν τῇ βασιλέως, ὧν ἂν ἄρχῃ, εἶτα εἰς τὸν ἄλλον χρόνον ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βασιλέως γενέθλια ἅπασα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ Ἀσία· ἡμῶν δὲ γενομένων, τὸ τοῦ κωμῳδοποιοῦ, D

C. *βασιλεὺς ἂν γένοιτο*] Bodl. Vat. Ven. Π. *ἂν βασιλεὺς γένοιτο*, ut nuper ediderunt.
γενέθλια ἅπασα θύει] *γενέσια* Bodl. Vat. Ven. Π. Olympiod. p. 157. et Schol.
D. *ἡμῶν δὲ γενομένων*] V. *γεννωμένων*, quod e Bodl. Vat. Ven. ΞΠΣ. Par. BC. Vind. 1. 2. 9. Flor. a. b. c. d. i. o. correctum. Dein vulgo *σφόδρα τοι* praeter fidem Coisl. Ven. ΞΠΣ. Par. BC. Vind. 1. 2. Flor. a. b. c. d. i. o. In Bodl. et Vat. *τοι* om. Unde Turr. invitis plurimis codd. dederunt *σφόδρα αἰσθάνονται*. Nimirum displicuit bonis criticis *σφόδρα τι* positum ut *πάνυ τι* et sim.

plurimi optimique codices praebuerunt idque summo iure Bekker. probavit. Nam praesens *ὄφλω* quum nusquam reperiatur semperque dicatur *ὀφλισκάνω*, vel *ὀφείλω*, ut in Simonideo illo: *θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα*, consequens est ut *ὀφλεῖν* pro infinitivo aoristi *ὦφλον* habendum sit. Itaque apud Thucydidem V, 101. haud cunctanter corrigam *μὴ αἰσχύνην ὀφλεῖν*. Nec dubito mutanda esse verba Demosthenis c. Aphob. fals. test. §. 34. advers. Onetor. II. §. 12. c. Timocrat. §. 34. al., ubi *ὄφλειν* scriptum. Error inde natus esse videtur, quod participium *ὄφλων* accentum in penultimam syllabam retraxit, quod in *πέφρων* quoque factum esse grammatici testantur. v. Buttmann. Gr. Ampl. T. II. p. 204 sq. Quanquam *ὄφλων* ita scribi solitum esse nemo diserte tradidit. Sed vulgarem eam scripturam fuisse patet ex Eustath. ad Odyss. p. 1751. 12 ed. Rom. T. II. p. 61 ed. Lips. *τὸ ὀφείλω συγκοπὲν ὄφλω γέγονε. διαφορὰ δέ, φασίν, αὐτῶν, ὅτι ὄφλει μέν τις ἐπὶ δίκῃ, ὀφείλει δέ, ὡς ἡ κοινὴ λέγει συνήθεια. οὐκοῦν καὶ ὁ γέλωτα ὄφλων καταδίκης λόγῳ τοῦτο πάσχειν λέγεται.* Nimirum is quoque ex participio *ὄφλων* finxit *ὄφλω* et *ὄφλειν*. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. v. 697. et 699. etiam *ὀφλὼν* corrigendum statuit. — Mox *γένους ὄγκῳ* est generis amplitudine. Ubi quod *τε* interpositum est, inferri proprie debebat *καὶ τοῖς τῶν Περσῶν*, sed mutata est constructio. Alia huius generis exempla congessimus ad Remp. VII. p. 322. B.

C. *γενέθλια ἅπασα θύει —*] Ammonius: *Γενέ-*

οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρα τι αἰσθάνονται, ὦ Ἀλκιβιάδη. μετὰ τοῦτο τρέφεται ὁ παῖς οὐχ ὑπὸ γυναικὸς τροφοῦ ὀλίγου ἀξίας, ἀλλ' ὑπ' εὐνούχων, οἳ ἂν δοκῶσι τῶν περὶ βασιλέα ἄριστοι εἶναι· οἷς τά τε ἄλλα προςτέτακται ἐπιμελεῖσθαι τοῦ γενομένου, καὶ ὅπως ὅ τι κάλλιστος ἔσται μηχανᾶσθαι, ἀναπλάττοντας τὰ μέλη τοῦ παιδὸς καὶ κατορθοῦντας· καὶ ταῦτα δρῶν-
E *τες ἐν μεγάλῃ τιμῇ εἰσιν. ἐπειδὰν δὲ ἑπτέτεις γένων-*

προςτέτακται ἐπιμελεῖσθαι] *ἐπιμελέσθαι* Bodl. Vat. Ven. *Π.* unde Turr. cum Buttm. effinxerunt *ἐπιμέλεσθαι* mutato accentu. Sed *ἐπιμελεῖσθαι* in hoc quidem libro constans et perpetuus usus requirit. Dein vulgo *τοῦ γεννωμένου*, quod soli Parr. EF. tuen-

θλια καὶ Γενέσια διαφέρει. ὅτι μὲν γὰρ Γενέθλια τάσσεται ἐπὶ τῶν ζώντων, καὶ ἐν ᾗ ἕκαστος ἡμέρᾳ ἐγεννήθη, αὕτη καλεῖται γενέθλιος ἡμέρα· Γενέσια δὲ ἐπὶ τῶν τεθνηκότων, ἐν ᾗ ἕκαστος ἡμέρᾳ τετελεύτηκε. ὁ οὖν λέγων ἐπὶ τῶν ζώντων Γενέσια, ἀκυρολογεῖ. Quam observationem quum Hesychius, Phrynichus, Thomas Mag., Grammaticus in Bekkeri Anecdott. p. 231., alii, assensione sua comprobent, neque Antiatticista Bekkeri p. 86. vel usus recentiorum scriptorum, quorum locos dedit Lobeck. ad Phrynich. p. 103 sq. infirmare videatur, nunc quidem *γενέσια*, quod est in codd. Bodl. Vat. Ven., quodque citerioris Graecitatis usum, quo haec nomina confusa sunt, redolet, cum Buttmanno repudiandum censemus. Verba *καὶ ἑορτάζει* ut suppositicia damnat Cobetus Varr. Lectt. p. 58., quia Attici dicant *γενέθλια θύειν*, sed *ἑορτάζειν* sit Atticistarum. Sed ut *γενέθλια θύειν* Atticis proprium fuerit, tamen inde neutiquam sequitur, non dixisse eosdem *ἑορτάζειν γενέθλια*, quae est loquutio generalior. Usus est hac dictione Alciphr. III. 18. III. 55. Similiter Lucian. Gall. p. 244. *ἑστιᾶν γενέθλια* dixit. Ceterum ex Herodoto I, 133. et Athenaeo IV, 143. constat diem natalem a Persis sedulo celebrari solitum esse.

D. *οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρα τι αἰσθάνονται*] Proverbium Olympiod. p. 157. et Scholiastes ad Platonem comicum auctorem referunt. Ob oculos habuit Plato etiam De Rep. VII. p. 531. A. Lucian. Charon. §. 16. *ἢν καὶ πέσῃ, ἀψοφητὶ κείσεται, μόγις καὶ τοῖς γειτόσιν ἐξακουσθέντος τοῦ πτώματος.* Cicero Orat. Cat. II. 10, 21. corruant, sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant. conf. Beier. ad Cic. Offic. T. I. p. 170. Praeterea Muretus Varr. Lectt. VIII. 12. comparat Plutarch. Phoc. 30. *Ἐμοῦ μέν, εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος οὐδ' ὁ γείτων ᾔσθετο· τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνασταὶ συγχορηγοῦσιν.* Ad verba *τὸ τοῦ κωμῳδοποιοῦ* conf. Matth. Gr. §. 432. 5. p. 806.

οὐχ ὑπὸ γυναικὸς τροφοῦ] Schol. *αὕτη Λάκαινα τὸ γένος ἦν, Λανικὴ καλουμένη.* Legg. III. p. 694. D. pro consilii diversitate ab his diversa traduntur, quandoquidem Cyrus narratur per totam vitam mili-

ται οἱ παῖδες, ἐπὶ τοὺς ἵππους καὶ ἐπὶ τοὺς τούτων διδασκάλους φοιτῶσι, καὶ ἐπὶ τὰς θήρας ἄρχονται ἰέναι. δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν· εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες, ὅ τε σοφώτατος καὶ ὁ δικαιότατος καὶ ὁ σωφρονέστατος καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ 122

tur. Mox vett. editt. τά τε μέλη, quod perperam tenent Par. EF. Tum ὅ τι ante κάλλιστος cum Bodl. om. Herm.

E. ἑπτέτεις γένωνται] Olymp. p. 158. Flor. d. et Bodl. corr. ἑπταέτεις.

tasse atque mulieribus permisisse librorum educationem, ceteri autem Persarum reges spreta virtute luxuriae et divitiarum splendori omnia tribuisse dicuntur.

ἐπιμελεῖσθαι τοῦ γενομένου] Herodot. V, 4. VII, 3. Crit. p. 50. D. Lys. p. 237. E., ubi codd. non pauci τὸ γεννώμενον. Deinde observes accusativum ἀναπλάττοντας τὰ μέλη — καὶ κατορθοῦντας post dativum illatum, ita ut praecedentis infinitivi ratio habeatur. De Rep. III. p. 408. E. ἢ οὐκ ἐγχωρεῖ κακὴν γενομένην τε καὶ οὖσαν εὖ τε θεραπεύειν, ubi frustra sit qui ex codd. aliquot ἦν reponendum existimet. v. ad Gorg. p. 492. B. et Matth. Gr. §. 536.

E. ἑπτέτεις γένωνται οἱ π.] Fluxisse haec ex antiquorum hominum de numero septenario opinionibus Creuzerus in Commentatt. Herodot. I. p. 240. et annot. ad Olympiodor. p. 158. disputavit.

τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν] h. e. in disciplinam recipiunt, ut Phaedon. p. 82. E. De Rep. V. p. 456. C. Apolog. Socr. p. 18. B. Xenoph. Mem. II. 1, 1. al. De re ipsa compares Xenoph. Cyrop. I, 2. Hemsterhus. ad Lucian. Necyom. §. 6, qui de Magorum disciplina plura. Pro γενομένων Turr. cum Buttmanno de coniectura scripserunt γενόμενον suffragante Cobeto Varr. Lectt. p. 200. Non opus. Nam sententia est: bis septenis annis elapsis. Phaedon. p. 108. C. ἕως ἂν δή τινες χρόνοι γένωνται. Protag. p. 320. A. πρὶν ἓξ μῆνας γεγονέναι. De Rep. p. 616. B.

P. 122. μαγείαν τε διδάσκει] Ast. De Vita et Scriptis Plat. p. 439. vocabulum μαγεία in numerum verborum a Platone nusquam alibi usurpatorum referens usum eius certo argumento dicit esse, hunc librum non a philosopho nostro esse compositum. Quod profecto est eiusmodi, ut sanequam mireris a quoquam ita iudicari potuisse. Quum enim τῶν μάγων iam ab Herodoto aliisque mentio iniiciatur, quidni μαγείας quoque nomen in usu fuerit? Hoc autem si fuit usitatum, quis sibi persuadeat Platonem hoc uno loco, quo de magia loquitur, illo noluisse uti, propterea quod nusquam alibi ita dixisset, sed potius aliud nomen delegisse, quod

Ὡρομάζου — ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία —, διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά· ὁ δὲ δικαιότατος ἀληθεύειν διὰ παντὸς τοῦ βίου· ὁ δὲ σωφρονέστατος μηδ' ὑπὸ μιᾶς ἄρχεσθαι τῶν ἡδονῶν, ἵν' ἐλεύθερος εἶναι ἐθίζηται καὶ ὄντως βασιλεύς, ἄρχων πρῶτον τῶν ἐν αὑτῷ, ἀλλὰ μὴ δουλεύων· ὁ δὲ ἀνδρειότατος ἄφοβον καὶ ἀδεᾶ παρασκευάζων, ὡς ὅταν δείσῃ δοῦ-
B λον ὄντα. σοὶ δ', ὦ Ἀλκιβιάδη, Περικλῆς ἐπέστησε παιδαγωγὸν τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον ὑπὸ γήρως, Ζώπυρον τὸν Θρᾷκα. διῆλθον δὲ καὶ τὴν ἄλλην ἄν σοι τῶν ἀνταγωνιστῶν τροφήν τε καὶ παιδείαν, εἰ

P. 122. *πρῶτον τῶν ἐν αὑτῷ*] πρῶτα Steph. cum Par. E. *καὶ ἀδεᾶ παρασκευάζων*] Bekker. de coniectura Schleiermacheri scripsit παρασκευάζει, invitis libris omnibus. Dein ὡς accessit e Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vind. 1.

rem Graecis inusitatam minus accurate exprimeret? Nimirum talia *νοθείας* argumenta vix digna sunt, quorum ducatur ratio: unde nec ea memoravimus, quae Ast. de *κοινῇ βουλῇ* p. 119. B. et 124. B., *κρήγυος* p. 111. E. *δουλοπρέπεια* p. 135. C. tanquam dictionibus minus Platonicis in medium attulit. Idem vir doctus in eo haesit, quod magia dicitur esse *θεῶν θεραπεία*. Confudit nimirum Chaldaeorum magiam in divinationibus, incantationibus, arcanis morborum sanationibus, aliisque id genus praestigiis conspicuam, cum magia Persarum a Zoroastre repurgata, de qua praeter Aristotelem apud Diog. Laert. Prooem. §. 8. Porphyr. de Abstin. IV. p. 165. *παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ καὶ τούτου θεράποντες μάγοι προσαγορεύονται.* Apulei. in Apolog. p. 290 ed. Elm. Magia id est, quod Plato interpretatur *θεῶν θεράπεια*. Auditisne magiam artem esse diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet, et divini scientem, iam inde a Zoroastre et Oromaze auctoribus nobilem, coelitum antistitem? Adde Suidam. s. v. *Μάγος*, Hesychium: *Μάγον· τὸν θεοσεβῆ καὶ θεολόγον καὶ ἱερέα οἱ Πέρσαι οὕτω καλοῦσι.* Xenoph. Cyrop. VII, 5, 20. VIII, 1, 8. VIII, 3, 6. Sed omnium optime de hac re exposuit Beckius: Anleitung zur genauern Kenntniss d. allgem. Weltgeschichte T. I. P. I. p. 646. ed. 2.

Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου] Zoroastrae instituta et placita, quorum in antiquissima Graecorum philosophia nullum reperitur vestigium, illis demum temporibus per Graeciam celebrari coepta videntur, quibus bellorum Persicorum conflictatio frequentius inter Asiam et Graeciam commercium effecerat. Quod autem vulgo fieri assolet, ut de rebus novis multa narrentur ab ipsa veritate alie-

μὴ πολὺ ἔργον ἦν· καὶ ἅμα ταῦτα ἱκανὰ δηλῶσαι καὶ τἆλλα, ὅσα τούτοις ἀκόλουθα. τῆς δὲ σῆς γενέσεως, ὦ Ἀλκιβιάδη, καὶ τροφῆς καὶ παιδείας, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν Ἀθηναίων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδενὶ μέλει, εἰ μὴ εἴ τις ἐραστής σου τυγχάνει ὤν. εἰ δ' αὖ ἐθέλοις εἰς πλούτους ἀποβλέψαι καὶ τρυφὰς καὶ ἐσθῆτας ἱματίων θ' ἕλξεις καὶ μύρων ἀλοιφὰς καὶ C
θεραπόντων πλήθους ἀκολουθίας τήν τε ἄλλην ἁβρότητα τὴν Περσῶν, αἰσχυνθείης ἂν ἐπὶ σεαυτῷ αἰσθόμενος, ὅσον αὐτῶν ἐλλείπεις. Cap. XVIII. εἰ δ' αὖ ἐθελήσεις εἰς σωφροσύνην τε καὶ κοσμιότητα

B. *εἰ δ' αὖ ἐθέλοις*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* pro v. *ἐθέλεις*.

C. *ἐπὶ σαυτῷ αἰσθόμενος*] Unus solus Bodl. *αἰσθανόμενος*, quod Hermann. non debebat recipere.

na, idem illae de Zoroastre narrationes proprium habuisse videntur, quas probabile est vera falsis mixta comprehendisse. Itaque Plato Zoroastrem appellat filium Oromasdis (O r m u z d), sive quod ipse deum cum homine confudit, sive quia eius aetate haec fama dispersa fuit, quam qui postea de illo scripserunt, relinquendam esse arbitrarentur. Ceterum de Zoroastre conf. Beckius l. c. p. 647 sq.

P. 122. *θεᾶ παρασκευάζων*] Sic libri omnes per anacoluthon. Ponitur enim participium perinde, ac si antea *ὢν* omisso scriptum esset: *ὁ μὲν διδάσκων. κ. τ. λ.* Itaque non opus est, ut cum S c h l e i e r m a c h e r o corrigas *παρασκευάζει*, quod B e k k e r. assentiente H e r m a n n o invitis libris omnibus recepit.

B. *Ζώπυρον τὸν Θρᾷκα*] Haec solus memorat Plato, neque O l y m p i o d o r. p. 154. quidquam affert, unde hanc rem etiam ab aliis narratam esse colligas. Etiam P l u t a r c h. Alcib. c. 1. hoc uno Platonis testimonio usus Zopyri mentionem facit.

εἰ μὴ εἴ τις ἐραστής σου —] Lepide et festive semet ipsum significat.

εἰ δ' αὖ ἐθέλοις] Etsi indicativus in hac formula fere sollemnis est, de qua re v. H e i n d o r f. ad Phaedon. p. 68. C., tamen optativum, quem libri praestantissimi obtulerunt, non temere spernendum esse docebit annotatio ad Charmid. p. 173. C.

C. *ἱματίων θ' ἕλξεις*] Schol. *Ὅτι καὶ τὴν ἱματίων ἕλξιν, ἥ φησι Πλούταρχος* (Vit. Alcib. p. 198. E.), *διαφερόντως Ἀλκιβιάδης ἐπετήδευεν.*

Cap. XVIII. *εἰ δ' αὖ ἐθελήσεις εἰς σωφρ.*] H e i n d o r f. ad Phaedon. p. 68. C. legendum censet *ἐθέλεις εἰς σωφρ.* Ac profecto etiam Phaed. p. 68. D. *εἰ γὰρ ἐθελήσεις — ἐννοῆσαι τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν*, ex optimis libris nunc *ἐθέλεις* legitur. Eadem permutatio est Cratyl. p. 435. B. O l y m p i o d o r. p. 166. habet *ἐθελήσειας*.

ἀποβλέψαι καὶ εὐχέρειαν καὶ εὐκολίαν καὶ μεγαλοφροσύνην καὶ εὐταξίαν καὶ ἀνδρείαν καὶ καρτερίαν καὶ φιλοπονίαν καὶ φιλονεικίαν καὶ φιλοτιμίας τὰς Λακεδαιμονίων, παῖδα ἂν ἡγήσαιο σαυτὸν πᾶσι τοῖς
D τοιούτοις. εἰ δ' αὖ τι καὶ πλούτῳ προςέχεις καὶ κατὰ τοῦτο οἴει τι εἶναι, μηδὲ τοῦτο ἡμῖν ἄῤῥητον ἔστω, ἐάν πως αἴσθῃ, οὗ εἶ. τοῦτο μὲν γὰρ εἰ ἐθέλεις τοὺς Λακεδαιμονίων πλούτους ἰδεῖν, γνώσει, ὅτι πολὺ τἀνθάδε τῶν ἐκεῖ ἐλλείπει. γῆν μὲν γὰρ ὅσην ἔχουσι τῆς θ' ἑαυτῶν καὶ Μεσσήνης, οὐδ' ἂν

καὶ φιλονεικίαν] φιλονικίαν Ven. ΞΣ. Par. C. Vind. 2. Flor. a. b. c. conf. Menex. p. 243. et ann. ad Rep. VIII. p. 545. A.
D. μηδὲ τοῦτο ἡμῖν ἄῤῥητον] Laemar. et Bip. errore μηδὲ τοῦτο ἂν ἡμῖν, quod a nobis olim et a Bekkero servatum dudum abiici debuit. Servandam tamen etiamnunc censet particulam lo. Ad. Hartung in libro de partic. Graec. Vol. II. p. 313.
καὶ Μεσσήνης] Sic Bodl. Vat. Flor. b. i. et infra Μεσσήνην pro vulg. Μεσήνης et Μεσήνην. conf. intpp. ad Thucyd. I,

καὶ φιλονεικίαν] Olympiodor.: Τὸ δὲ φιλονικίαν διὰ τοῦ ῑ γραπτέον· ἔχαιρον γὰρ τῇ νίκῃ. Schol. σημείωσαι φιλονικίαν διὰ τοῦ ῑ, τὴν φιλίαν τῆς νίκης. In eandem sententiam disputavit Beierus ad Ciceron. Offic. T. I. p. 167. Sed de aemulatione virtutis, qualis regibus Spartanorum hic tribuitur, φιλονεικία unice vere dicitur, id quod etiam Buttm. pervidit. conf. ad Remp. VIII. p. 545. A. et Boeckh. Annot. critt. ad Pindar. Pyth. IX, 33. Mox Stephan. malebat ἐν πᾶσι τ. τ. Sed vide Matth. Gr. §. 404. 6.

D. κατὰ τοῦτο] sc. τὸ πλουτεῖν.

μηδὲ τοῦτο ἡμῖν ἄῤῥητον ἔστω] Hunc locum recentiores Grammatici pro testimonio imperativi cum ἂν coniuncti afferre solebant, quum vulgo scriptum legeretur τοῦτο ἂν ἡμῖν. Sed nubem illi pro Iunone amplexi sunt. Nam ἂν istud per typothetarum errorem in exemplum Laemarianum irrepsit, unde migravit in Bipontinum. Vett. editt. et codd. mss. omnes eo recte carent. Errorem primus animadvertit sagacissimus harum rerum scrutator I. Bekkerus, cui inventi huius magna habenda gratia est. ἐάν πως αἴσθῃ οὗ εἶ, i. e. ut exploretur, num qua sentias, ubi sis. Ita positum ἐὰν affatim illustrarunt interpretes ad Xenoph. Mem. IV. 4, 12. conf. Matthiae Gr. §. 526.

τοῦτο μὲν γὰρ εἰ ἐθέλεις] „Verba τοῦτο μὲν adverbialiter posita sunt et exspectant proprie suum τοῦτο δέ, (partim — partim, primum — deinde). In animo autem habebat scriptor inferre mox haec fere: τοῦτο δὲ τοὺς Περσικοὺς πλούτους. Sed ob longiorem qui intercedit sermonem mutatur postea oratio verbis: ὡς δὲ πρὸς τοὺς Περσικούς κ. τ. λ. Post ἐθέλεις autem inserendum esse εἰς Schneider.

εἲς ἀμφισβητήσειε τῶν τῇδε πλήθει, οὐδὲ ἀρετῇ, οὐδ' αὖ ἀνδραπόδων κτήσει τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν Εἱλωτικῶν, οὐδὲ μὴν ἵππων γε, οὐδ' ὅσ' ἄλλα βο- E
σκήματα κατὰ Μεσσήνην νέμεται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάντα ἐῶ χαίρειν, χρυσίον δὲ καὶ ἀργύριον οὐκ ἔστιν ἐν πᾶσιν Ἕλλησιν ὅσον ἐν Λακεδαίμονι ἰδίᾳ· πολλὰς γὰρ ἤδη γενεὰς εἰςέρχεται μὲν αὐτόσε ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, πολλάκις δὲ καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων, ἐξέρχεται δὲ οὐδαμόσε, ἀλλ' ἀτεχνῶς κατὰ τὸν Αἰσώπου μῦθον, ὃν ἡ ἀλώπηξ πρὸς τὸν λέοντα εἶπε, 123

101., ubi Bekker. sibilae literae duplicationem aspernatus est, probavit Poppo, quem conf. Prolegom. I. P. II. p. 531., coll. Spohn. ad Isocrat. Paneg. c. 16.

E. *εἰςέρχεται μὲν αὐτόσε*] V. *αὐτός*, quod e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. 1. Flor. d. correctum.

καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων] *ἐκ τῶν* temere om. Steph. cum Par. EF.

monet. Vere, opinor." *Buttmann.*

γῆν μὲν γὰρ ὅσην ἔχουσι —] Legendum censeo *γῆς μὲν γὰρ ὅσην ἔχουσι*, quae correctio certe lenior est quam Struvii coniectura: *τήν θ' ἐ. κ. Μεσσήνην.* Sententia verborum haec est: Quantum enim agrorum possideant tam in sua terra quam in Messenia, nemo quisquam ex nostratibus dubitaverit nec magnitudinis habita ratione, nec praestantiae, nec servorum possessionis etc. De usu dativi v. Matthiae Gr. §. 398. b. et §. 399. Quanquam rectius fortasse hunc casum cum praecedenti illo *γῆς ὅσην ἔχουσι* cohaerere statueris. Sed hoc utcunque est, fallitur certe Buttmannus verba aliquot hic intercidisse existimans. Verbo *ἀμφισβητεῖν* autem quod adiuncta notio est dubitationis de praestantia rerum alterius, simile quiddam ad Lys. p. 207. C. observavimus. Ceterum de *οὐδ' ἂν εἷς* v. ad Symp. p. 214. D. Remp. VI. p. 506. A. et supra p. 112. C.

E. *κατὰ Μεσσήνην νέμεται*] Olympiodor. p. 162. et Schol. ad h. l. Tyrtaei versiculum afferunt: *Μεσσήνην ἀγαθὸν μὲν ἀροῦν, ἀγαθὸν δὲ φυτεύειν.* conf. Strabo VIII. p. 366. C.

χρυσίον δὲ καὶ ἀργύριον —] Divitias Lacedaemoniorum memorat Plato etiam Hipp mai. p. 283. D., ubi v. ann. Tantam Platonis aetate fuisse earum magnitudinem et copiam, quanta hoc loco describitur; vix dubitabis iis perlectis, quae collegit de hac re Boeckhius Oecon. Athen. T. I. p. 32. et T. II. p. 138 sq. conf. Cragius de Rep. Laced. III. 10, 1.

P. 123. *κατὰ τὸν Αἰσώπου μῦθον*] Fabul. Aesop. 137. Phaedri Fabb. Append. 30. conf. Wyttenb. ad Plut. de sent. prof. in virt. p. 79. A. intpp. ad Horat. Epist. I. 1, 75. Pro *ὃν* corrigunt *ὅπερ* vel *ὥς*-

καὶ τοῦ εἰς Λακεδαίμονα νομίσματος εἰσιόντος μὲν τὰ ἴχνη τὰ ἐκεῖσε τετραμμένα δῆλα, ἐξιόντος δὲ οὐδαμῇ ἄν τις ἴδοι, ὥστε εὖ χρὴ εἰδέναι, ὅτι καὶ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ οἱ ἐκεῖ πλουσιώτατοί εἰσι τῶν Ἑλλήνων, καὶ αὐτῶν ἐκείνων ὁ βασιλεύς· ἔκ τε γὰρ τῶν τοιούτων μέγισται λήψεις καὶ πλεῖσταί εἰσι τοῖς βασιλεῦσιν, ἔτι δὲ καὶ ὁ βασιλικὸς φόρος οὐκ ὀλίγος γίγνεται, ὃν
B τελοῦσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς βασιλεῦσι. καὶ τὰ μὲν Λακεδαιμονίων ὡς πρὸς Ἑλληνικοὺς μὲν πλούτους μεγάλα, ὡς δὲ πρὸς τοὺς Περσικοὺς καὶ τοῦ ἐκείνων βασιλέως οὐδέν· ἐπεί ποτ' ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβεβηκότων παρὰ βασιλέα, ὃς ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθήν, ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδόν, ἣν καλεῖν τοὺς ἐπιχωρίους ζώνην τῆς βασιλέως

P. 123. *τὰ ἐκεῖσε τετραμμένα*] Uncis haec seclusit Hirschig. Bodl. Vat. Ven. *Π* habent *γεγραμμένα* mala correctione.

C. *Ἀμήστριδι*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Ven *Π*. Par. B. Vind. 1 Flor. b. d. i. Vulgo *Ἀμάστριδι*. Vind. 2. 9. Flor. a. c. Ven. *ΞΣ*. Par. C. *Ἀμίστριδι*. De varia nominis scribendi ratione v. intpp. ad Diodor. Sic. XX. 108. Spanhem. de Usu et Praestant. Numism. p. 495.

περ. Ego nihil muto, siquidem verba sic licet interpretari: secundum illam apud Aesopum vulpis orationem. Etenim *Αἰσώπου μῦθος* est oratio ab Aesopo ficta. Usum vocabuli *ἀτεχνῶς* in comparationibus ad Ion. p. 534. E. illustravimus.

ὁ βασιλικὸς φόρος —] De reditibus regum Spartanorum v. Xenophon. De Rep. Laced. c. 15. et Manso Spart. I. p. 100 sq.

B. *ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβεβ.*] Olympiodor. p. 167. *περὶ Ξενοφῶντός φασι λέγειν αὐτόν. οὗτος γὰρ ἐν τῇ Ἀναβάσει ἱστόρηκε τὰ Περσῶν, Κύρῳ συνανελθὼν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην.* Eadem totidem verbis scripta refert Scholiastes ad h. l. Ad rem conf. Xenoph. Anab. I, 4. §. 8. 9. Herodot. II, 98. Ciceron. Verr. III, 33. Cornel. Nep. Themistocl. c. 10. Brissonius de Regno Pers. I, 108. p. 160 sq. Ceterum Plato si haec a Xenophonte acceperit, dialogus aliquanto post Socratis mortem scriptus sit necesse est, quod non esse verisimile in Prolegomenis docuisse videmur.

C. *Ξέρξου δὲ γυναικί, Ἀμήστριδι*]. „An fuerit Amastris, Xerxis uxor, Esthera regina, erudite examinat Wesseling. Obss. II. 24. p. 251." Gottl. — Mina centum drachmis, drachma sex obolis constabat. Sexaginta minae conficiebant *τάλαντον*. Drachma e Boeckhii rationibus Oeconom. Athen. T. I. p. 16. fere quinque grossos et dimidium

γυναικός· εἶναι δὲ καὶ ἄλλην, ἣν αὖ καλεῖσθαι καλύπτραν, καὶ ἄλλους πολλοὺς τόπους καλοὺς καὶ C
ἀγαθοὺς εἰς τὸν κόσμον ἐξῃρημένους τὸν τῆς γυναικός, καὶ ὀνόματ' ἔχειν ἑκάστους τῶν τόπων ἀπὸ ἑκάστου τῶν κόσμων. ὥςτε οἶμαι ἐγώ, εἴ τις εἴποι τῇ βασιλέως μητρί, Ξέρξου δὲ γυναικί, Ἀμήστριδι, ὅτι Ἐν νῷ ἔχει σου τῷ υἱεῖ ἀντιτάττεσθαι ὁ Δεινομάχης υἱός, ᾗ ἔστι κόσμος ἴσως ἄξιος μνῶν πεντήκοντα, εἰ πάνυ πολλοῦ, τῷ δ' υἱεῖ αὐτῆς γῆς πλέθρα Ἐρχίασιν οὐδὲ τριακόσια, θαυμάσαι ἄν, ὅτῳ ποτὲ πιστεύων ἐν νῷ ἔχει οὗτος ὁ Ἀλκιβιάδης τῷ Ἀρταξέρξῃ διαγωνίζεσθαι, καὶ οἶ- D
μαι ἂν αὐτὴν εἰπεῖν, ὅτι Οὐκ ἔσθ', ὅτῳ ἄλλῳ πιστεύων οὗτος ὁ ἀνὴρ ἐπιχειρεῖ πλὴν ἐπιμελείᾳ τε καὶ σοφίᾳ· ταῦτα γὰρ μόνα ἄξια λόγου ἐν Ἕλλησιν.

Ἐρχίασιν] Coisl. Ven. Ξ. Ἐρχιᾶσιν pro vulg. Ἐρχιάσιν. Buttmannus Ἐρχίασιν correxit, quae vera videtur ratio, siquidem nomen Ἐρχία accentum in penultima fert syllaba. Quemadmodum igitur Ὀλυμπίᾶσιν scripsimus, ita etiam Ἐρχίᾶσιν formandum. conf. Ducker. ad Thucyd. VIII, 92. et Buttmann. Gr. Ampl. T. II. p. 275 sq.

D. τῷ Ἀρταξέρξῃ] Ἀρτοξέρξῃ Bodl. Vat. Ven. ΞΣ. et pr. Π. Par. BC. Flor. a. i. o. Vind. 2.

monetae nostrae valebat. Itaque talentum pretium habuit fere 1375 thalerorum, quod nondum aequavit mundus muliebris Dinomaches — Πλέθρον non modo longitudinis, sed etiam areae quadratae fuit nomen, cuius latus aequabant centum pedes Graeci, unde πλέθρον est quadratum 10000 pedum. v. Hesychius s. v. Itaque πλέθρον circiter habebat 9005 ped. quadr. Paris. ≐ 9646,673 ped. qu. Rhen. conf. Boeckh. l. c. T. I. p. 67 sq. Ἐρχία s. Ἔρχεια fuit pagus tribus Aegeidis, de quo Diodorus apud Harpocrationem et Hesychius consulendi sunt.

D. Οὐκ ἔσθ' ὅτῳ ἄλλῳ π.] Recta utitur oratione, quo vividius rem ob oculos ponat atque Alcibiadem acrius pungat. Displicuit tamen haec ratio Schleiermachero, qui ista ex prava rationis Platonicae imitatione traxisse originem arbitratur. Idem vir doctus in sequentibus haesit: „Und wie stimmt es, inquit, zu iener Lobrede, dass sie (die Persische Königin) den Griechen schönes sagt über ihre Weisheit?“ Nimirum ostendit Socrates Alcibiadi Athenienses nulla alia re barbaros superare posse nisi sapientia et virtute. Quum igitur antea Persarum divitias et opes descripserit, nunc ipsam barbarorum reginam facit iudicantem sola sapientia, quae in Graecia plurimi aestimetur, effici posse, ut Graeci cum Persis certamen subire et de principatu contendere audeant. Nec

ἐπεὶ εἴ γε πύθοιτο, ὅτι ὁ Ἀλκιβιάδης οὗτος νῦν ἐπιχειρεῖ πρῶτον μὲν ἔτη οὐδέπω γεγονὼς σφόδρα εἴκοσιν, ἔπειτα παντάπασιν ἀπαίδευτος, πρὸς δὲ τούτοις, τοῦ ἐραστοῦ αὐτῷ λέγοντος, ὅτι χρὴ πρῶτον μαθόντα καὶ ἐπιμεληθέντα αὑτοῦ καὶ ἀσκήσαντα
E οὕτως ἰέναι διαγωνιούμενον βασιλεῖ, οὐκ ἐθέλει, ἀλλά φησιν ἐξαρκεῖν καὶ ὡς ἔχει, οἶμαι ἂν αὐτὴν θαυμάσαι τε καὶ ἐρέσθαι· Τί οὖν ποτ᾽ ἔστιν, ὅτῳ πιστεύει τὸ μειράκιον; εἰ οὖν λέγοιμεν, ὅτι κάλλει τε καὶ μεγέθει καὶ γένει καὶ πλούτῳ καὶ φύσει τῆς ψυχῆς, ἡγήσαιτ᾽ ἂν ἡμᾶς, ὦ Ἀλκιβιάδη, μαίνεσθαι

ὅτι ὁ Ἀλκιβιάδης] Sic Bodl. Coisl. Ven. ΞΠΣ. Par. C. Vind. 1. 2. 9. Flor. a. b. c. d. i. o. Vulgo ὡς pro ὅτι editum, et ὁ articulus omissus est; etiam verba νῦν ἐπιχειρεῖ omittuntur.

οὐδέπω γεγονώς] V. οὔπω, quod soli tenent Par. EF.

E. οἶμαι ἂν αὐτὴν θαυμάσαι] αὐτὴν add. Bodl. Vat. Ven. Π.

vero sine causa reginam Persarum haec dicentem induci apparet ex pag. 124. A.

ὁ Ἀλκιβιάδης — νῦν ἐπιχειρεῖ] Fallitur Buttmannus verba νῦν ἐπιχειρεῖ, quae vett. editt. excepta Bas. 2. omittunt, sed codd. plerique omnes Platoni reddiderunt, e glossemate fluxisse existimans. Tantum abest enim, ut posteriora haec, οὐκ ἐθέλει, ἀλλά φησιν, sensum expleant, ut illis omissis aliquid ad constructionis integritatem desideretur, siquidem ad praegressa participia ἐστὶν omissum putare non licet. Nec vero obscurum est, cur νῦν ἐπιχειρεῖ in aliquot codicibus sit extrusum. Habet enim hic locus insignem quandam anacoluthiam, quum verba ἰέναι διαγωνιούμενος βασιλεῖ, quae ad primarium enuntiati membrum pertinebant, postremae eius parti annexa sint. Quum enim accuratus stylus hanc posceret orationis continuationem: πρὸς δὲ τούτοις οὐ μαθὼν οὐδ᾽ ἐπιμεληθεὶς αὑτοῦ οὐδ᾽ ἀσκήσας, οὕτως ἰέναι διαγωνιούμενος βασιλεῖ, mutato inde a verbis τοῦ ἐραστοῦ αὐτῷ λέγοντος sermonis tenore, primarium verbum in secundariam sententiae partem reiicitur eodemque pacto sic absolvitur oratio, ut οὐκ ἐθέλει princeps verbum habeatur, cui deinceps adiunguntur etiam sequentia: ἀλλά φησιν· ἐξαρκεῖν κ. τ. λ. Anacoluthon igitur tale est, quod neminem offendat, qui quanta Graeci hoc in genere usi sint libertate, meminerit. Verum satis haec de totius loci conformatione. Reliquum est, ut moneamus de singulis. Itaque primum quidem observes istud οὐδέπω σφόδρα, quod est nondum sane sive vixdum, quanquam hoc quidem minus aliquanto ponderis habet quam Graeca dictio. Deinde οὕτως post participia illatum habes, de qua loquendi forma ad Phaedon. p. 61. C. et alibi monuimus. Quae sit eius ratio atque causa, facile est ad perspiciendum sermone ita explicato: ὅτι

πρὸς τὰ παρὰ σφίσιν ἀποβλέψασα πάντα τὰ τοι-
αῦτα. οἶμαι δὲ κἂν Λαμπιδώ, τὴν Λεωτυχίδου μὲν
θυγατέρα, Ἀρχιδάμου δὲ γυναῖκα, Ἄγιδος δὲ μητέ- 124
ρα, οἳ πάντες βασιλεῖς γεγόνασι, θαυμάσαι ἂν καὶ
ταύτην εἰς τὰ παρὰ σφίσιν ὑπάρχοντα ἀποβλέψα-
σαν, εἰ σὺ ἐν νῷ ἔχεις τῷ υἱεῖ αὐτῆς διαγωνίζεσθαι
οὕτω κακῶς ἠγμένος. καίτοι οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ εἶναι,
εἰ αἱ τῶν πολεμίων γυναῖκες βέλτιον περὶ ἡμῶν δια-
νοοῦνται, οἵους χρὴ ὄντας σφίσιν ἐπιχειρεῖν, ἢ ἡμεῖς
περὶ ἡμῶν αὐτῶν; ἀλλ', ὦ μακάριε, πειθόμενος
ἐμοί τε καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς γράμματι, Γνῶθι σαυ- B

πάντα τὰ τοιαῦτα] τὰ revocatum e Bodl. Vat. Coisl. Ven. ΞΠΣ. Vind. 1. 2. 9 Flor. a. b. c. d. σ. Par. BC.

P. 124. *καίτοι οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ*] Ven. Π. e corr. et Ven. 2. καὶ πῶς. Dein εἰ τῶν πολ. γυναῖκες omisso αἱ articulo Bodl. Vat. Ven. Π. probante Hermanno.

χρὴ πρῶτον μαθεῖν καὶ ἐπιμελεῖσθαι ἑαυτοῦ καὶ ἀσκεῖν, καὶ *οὕτως* ἰέναι διαγων. κ. τ. λ. Denique ἐξαρκεῖν καὶ ὡς ἔχει tenendum est hoc significare: **sufficere vel sic.** Nam καὶ de more ita post ἀρκεῖ, ἱκανόν ἐστι, et id genus alia, inferri docent praeter centena alia haec: De Rep. VI. p. 506. D. VIII. p. 548. D. Menex. p. 247. C. Hipp. mai. p. 302. B. Formulam ὡς ἔχει autem vel ὥςπερ ἔχει frequentant Graeci, si quem dicunt aliquid fecisse non meditatum aut praeparatum, sed sic statim atque temere. Aristoph. Eccles. 533. μὰ τὼ θεώ, ἀλλ' ὥςπερ εἶχον ᾠχόμην. Herod. I, 24. ῥῖψαί μιν ἐς τὴν θάλατταν — ὡς εἶχε. Thucyd. VIII, 42. ἐπέπλει οὖν ὥςπερ εἶχε πρὸς τὴν Σύμην ὁ Ἀστύοχος. Xenoph. Hellen. IV, 8, 6.

E. *ὅτι κάλλει τε καὶ μεγέθει*] V. ad Charmid. p. 154. C. 158. A. unde patebit etiam proceritatem in venustatis argumentis habitam esse.

οἶμαι δὲ κἂν Λαμπιδώ — Absoluta orationis intercapedine et ἂν et καὶ et vero etiam subiecti vocabulum iteratur verbis: θαυμάσαι ἂν καὶ ταύτην: quod sicuti crebro fit, ita non indiget uberiore explicatione. Alii scribunt Λαμπιτώ, sicut Herodot. VI, 71., ubi v. Wesseling.

P. 124. *εἰ σὺ ἐν νῷ ἔχεις*] Protagor. p. 312. C. θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ οἶσθα. Ibid. p. 315. E. οὐκ ἂν θαυμάζοιμι, εἰ παιδικὰ — τυγχάνει ὤν. Ibid. p. 336. C. θαυμάζοιμ' ἄν, εἴ τῳ ἀνθρώπων παραχωρεῖ. Gorg. p. 452. B. θαυμάζοιμ' ἂν καὶ αὐτός, εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι. Tim. p. 26. B. θαυμάσαιμ' ἄν, εἴ τί με αὐτῶν διαπέφευγεν. Phaedr. p. 273. D. Hipp. min. p. 364. A. v. ad Apolog. Socr. p. 25. B. — Mox *οὕτω κακῶς ἠγμένος* est **tam male educatus et institutus,** de quo verbi usu vide interptt. ad Plutarch. De Educat. IV, 14. et Lexic. Xenoph. s. h. v.

τόν, ὅτι οὗτοι ἡμῖν εἰσιν ἀντίπαλοι, ἀλλ' οὐχ οὓς σὺ οἴει· ὧν ἄλλῳ μὲν οὐδ' ἂν ἑνὶ περιγενοίμεθα, εἰ μὴ ἐπιμελείᾳ τε ἂν καὶ τέχνῃ. ὧν σὺ εἰ ἀπολειφθήσει, καὶ τοῦ ὀνομαστὸς γενέσθαι ἀπολειφθήσει ἐν Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, οὗ μοι δοκεῖς ἐρᾶν ὡς οὐδεὶς ἄλλος ἄλλου.

Cap. XIX. *ΑΛ.* Τίνα οὖν χρὴ τὴν ἐπιμέλειαν, ὦ Σώκρατες, ποιεῖσθαι; ἔχεις ἐξηγήσασθαι; παντὸς γὰρ μᾶλλον ἔοικας ἀληθῆ εἰρηκότι.

ΣΩ. Ναί· ἀλλὰ γὰρ κοινῇ βουλῇ, ᾧ τινι τρόπῳ
C ἂν ὅ τι βέλτιστοι γενοίμεθα. ἐγὼ γάρ τοι οὐ περὶ μὲν σοῦ λέγω, ὡς χρὴ παιδευθῆναι, περὶ ἐμοῦ δὲ οὔ. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅτῳ σου διαφέρω πλήν γε ἑνί.

ΑΛ. Τίνι;

ΣΩ. Ὁ ἐπίτροπος ὁ ἐμὸς βελτίων ἐστὶ καὶ σοφώτερος ἢ Περικλῆς ὁ σός.

B. *ὅτι οὗτοι ἡμῖν εἰσὶν ἀντίπαλοι*] ἡμῖν om. Bodl. Vat. Ven. *Π* probante Hermanno, qui mox adeo *εἰ μή περ ἐπιμελ.* inde suscipere non dubitavit.

Cap. XIX. D. *μᾶλλον μὲν πάντες ἄνθρωποι*] Ven. *Π.* *μᾶλλον δὲ π.*

B. *ἄλλῳ μὲν οὐδ' ἂν ἑνὶ π.*] Acuta est Struvii observatio *μὲν* hic interpositum esse propterea, quod *εἰ μὴ ἐπιμελείᾳ τε ἂν καὶ τέχνῃ* idem sit, quod *ἐπιμελείᾳ δὲ καὶ τέχνῃ*, eandemque causam videri, cur *ἂν* sententiae hypotheticae adhaeserit. Quanquam *ἂν* post *εἰ* illatum haudquaquam rari usus esse docebunt quae ad Protagor. p. 329. B. exposuimus. Etenim ponitur *εἰ — ἂν* sequente optativo, ubi significatur illam ipsam sententiam, quae conditionis significationem habet, rursus ex alia quapiam sententia pendere, sive ea diserte addita est sive ex orationis serie intelligenda. Quemadmodum igitur haec, *ἄλλῳ οὐδ' ἂν ἑνὶ περιγενοίμεθα*, ex conditione suspensa sunt, ita etiam alterum orationis membrum eodem modo accipiendum est. Sensum verborum hunc esse putamus: quibus nulla plane alia re superiores esse *possumus*, nisi cura atque arte *possumus*.

Cap. XIX. *ἀλλὰ γὰρ κοινῇ βουλῇ*] V. ad p. 119. B. Urbane hic Socrates infert, quod supra dixerat ipse Alcibiades.

C. *ἐγὼ γάρ τοι οὐ περὶ μὲν σ. λ.*] Callide Alcibiadem eo perducit, ut communiter de hac re consultandum esse sibi persuadeat Confitetur enim se in eadem atque illum versari conditione, praeterquam quod sciat se nihil scire praeter hoc unum, quod nihil sciat. Cuius quidem rei cognitionem se uni

ΑΛ. Τίς οὗτος, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Θεός, ὦ Ἀλκιβιάδη, ὅςπερ σοί με οὐκ εἴα πρὸ τῆςδε τῆς ἡμέρας διαλεχθῆναι· ᾧ καὶ πιστεύων λέγω, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια δι' οὐδενὸς ἄλλου σοι ἔσται ἢ δι' ἐμοῦ.

ΑΛ. Παίζεις, ὦ Σώκρατες. D

ΣΩ. Ἴσως· λέγω μέντοι ἀληθῆ, ὅτι ἐπιμελείας δεόμεθα, μᾶλλον μὲν πάντες ἄνθρωποι, ἀτὰρ νώ γε καὶ μάλα σφόδρα.

ΑΛ. Ὅτι μὲν ἐγώ, οὐ ψεύδει.

ΣΩ. Οὐδὲ μὴν ὅτι γ' ἐγώ.

ΑΛ. Τί οὖν ἂν ποιοῖμεν;

ΣΩ. Οὐκ ἀποκνητέον οὐδὲ μαλθακιστέον, ὦ ἑταῖρε.

ΑΛ. Οὔτοι δὴ πρέπει γε, ὦ Σώκρατες.

Ὅτι μὲν ἐγώ, οὐ ψεύδει] Sic Bodl. Vat. Ven. *II*. Vind. 1. 2. pro vulg. *Ὅτι μὲν ἐγὼ δέομαι, οὐ ψεύδει.*

Οὐκ ἀποκνητέον] Sic codd. Bodl. Ven. *II*. Vat. et ex corr. Par. E. Quod alii habent *ἀπορητέον*, id ex interpretatione duxit originem. Verum esse *ἀποκνητέον* docet vel additum *μαλθακιστέον*, pro quo Bodl. Vat. Ven. *II*. *μαλακιστέον* habent.

deo debere significat. Ita hunc locum intelligendum esse nobis plane persuasum est.

Θεός, ὦ Ἀλκιβιάδη, ὅςπερ —] Fuit qui *Ὁ θεὸς* legendum suspicaretur. Verum saepissime *θεὸς* dici pro *ὁ θεός* docuit Schaefer. Meletem. Critt. p. 4.

ὅτι ἡ ἐπιφάνεια δ. οὐδ.] *Ἐπιφανεῖς* cum dicantur qui sunt in civitate clari et illustres, mirum profecto non est quod etiam *ἐπιφάνεια* ita ponitur, ut sit nominis claritas et nobilitas. Cuius usus alterum exemplum etsi non in promptu habemus, tamen non abludit illud Isaei p. 167. *τὸ μέγεθος τῶν δικῶν ἐπιφάνειάν τινα ἐποίησεν.* Diodor. XIX, 1. *διὸ καὶ τῶν πόλεων ἔνιαι τοὺς ἰσχύοντας μάλιστα τῶν πολιτευομένων ὑποπτεύουσαι καθαιροῦσιν αὐτῶν τὰς ἐπιφανείας*, quos locos Schneiderus in Lexico attulit, qui *ἐπιφάνειαν* recte interpretatur quod nostrates dicunt Aufsehen. Neque dubitavit Plutarchus vocabulo identidem ea vi et potestate uti, ut significet gloriam et celebritatem, ut I. 129. C. 215. A. 759. D. 889. E. 956. A. II. 26. C. Itaque non erat, cur Schleiermach. et Ast. in hoc vocabuli usu offenderent.

D. *μᾶλλον μὲν πάντες ἄνθρωποι —*] Observavit Buttm. proprie opus fuisse formula corrigendi *μᾶλλον δέ*, cui tamen ob eam, quae subiicitur, restrictionem loco parti-

ΣΩ. Οὐ γάρ, ἀλλὰ σκεπτέον κοινῇ. καί μοι λέγε· φαμὲν γὰρ δὴ ὡς ἄριστοι βούλεσθαι γενέσθαι. ἢ γάρ;

E ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Τίνα ἀρετήν;

ΑΛ. Δῆλον, ὅτι ἥνπερ οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοί.

ΣΩ. Οἱ τί ἀγαθοί;

ΑΛ. Δῆλον, ὅτι οἱ πράττειν τὰ πράγματα.

ΣΩ. Ποῖα; ἆρα τὰ ἱππικά;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Παρὰ τοὺς ἱππικοὺς γὰρ ἂν ἦμεν;

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Ἀλλὰ τὰ ναυτικὰ λέγεις;

ΑΛ. Οὔ.

ΣΩ. Παρὰ τοὺς ναυτικοὺς γὰρ ἂν ἦμεν;

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Ἀλλὰ ποῖα; ἃ τίνες πράττουσιν;

ΑΛ. Ἅπερ Ἀθηναίων οἱ καλοὶ κἀγαθοί.

125 ΣΩ. Καλοὺς δὲ κἀγαθοὺς λέγεις τοὺς φρονίμους, ἢ τοὺς ἄφρονας;

ΑΛ. Τοὺς φρονίμους.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὃ ἕκαστος φρόνιμος, τοῦτο ἀγαθός;

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Ὁ δὲ ἄφρων, πονηρός;

ΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ὁ σκυτοτόμος φρόνιμος εἰς ὑποδημάτων ἐργασίαν;

E. *Ποῖα; ἆρα τὰ ἱππικά;*] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. ΞΠ. Par. BE. Flor. d. Vett. editt. Ὁποῖα ἄρα; τὰ ἱππικά;

culae δὲ adiungatur *μέν*. Quod mihi vehementer displicet. Cod. Ven. Π. *μᾶλλον δέ*, quod olim reponendum conieci. Sed nunc vereor ut opus sit mutatione, quanquam fatendum est Socratem ita loqui paullo inurbanius. Aliter certe posita est haec formula Euthydem. p. 278. A. Tenendum est autem illo *δεόμεθα* Socratem semet ipsum atque Alcibiadem significare,

καί μοι λέγε· φαμὲν γὰρ —] Posteaquam Alcibiades illud sibi agendum esse concessit, ut evadat melior; dehinc ea

ΑΛ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἀγαθὸς ἄρα εἰς αὐτά;

ΑΛ. Ἀγαθός.

ΣΩ. Τί δέ; εἰς ἱματίων ἐργασίαν οὐκ ἄφρων ὁ σκυτοτόμος;

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Κακὸς ἄρα εἰς τοῦτο; B

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Ὁ αὐτὸς ἄρα τούτῳ γε τῷ λόγῳ κακός τε καὶ ἀγαθός.

ΑΛ. Φαίνεται.

Cap. XX. *ΣΩ.* Ἦ οὖν λέγεις τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι καὶ κακούς;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀλλὰ τίνας ποτὲ τοὺς ἀγαθοὺς λέγεις;

ΑΛ. Τοὺς δυναμένους ἔγωγε ἄρχειν ἐν τῇ πόλει.

ΣΩ. Οὐ δήπου ἵππων γε;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀλλ' ἀνθρώπων;

partem nominare, quam illam, quae circa scientiam et prudentiam versatur? Sententiam eandem explicat philosophus etiam Phaedon. p. 80. A. sqq. p. 94. B. sqq. Pro θειότερον cod. Ven. Π. Vat. νοερώτερον. Bodl. νοώτερον. Stobaeus, quem falso narrat Buttmannus νοερώτερον exhibere, veterem scripturam tuetur. Originem varietatis ex scriptura codicis Bodl. νοώτερον cognoscas. Neque enim dubitari potest, quin θειότερον, quod aspernatur Buttmannus, pro vera lectione probandum sit Nam primum quidem istud νοερώτερον ab ipsius Platonis usu et consuetudine abhorret, invectumque est haud dubie a recentiorum Platonicorum amatoribus, quos hoc vocabulum mirifice frequentasse novimus. Deinde hac lectione recepta argumentationis progressio nescio quid habet difficultatis. Quid enim? potuitne philosophus ita statim subiicere haec: Τῷ θείῳ ἄρα τοῦτο ἔοικεν αὐτῆς? Imo vero opus fuit aliqua sententia, quae ad hanc conclusiunculam perduceret. Eam vero habemus, ubi θειότερον tenemus. Ita enim hoc dicit Socrates: Possumusne igitur diviniorem animi partem quam hanc nominare? Quod ubi negat Alcibiades, continuo ille: Ergo, inquit, haec animi pars (τοῦτο αὐτῆς), qua nulla est praestantior, divino cognata est, ideoque ei, qui semet ipsum vult cognoscere, haec potissimum est intuenda atque omne id, quod divinum est, contemplandum, hoc est verum, bonum, et honestum. Nam verba καὶ πᾶν τὸ θεῖον γένος liquet spectare ad praegressa illa, καὶ εἰς ἄλλο, ᾧ τοῦτο (ἡ ψυχῆς ἀρετή) τυγχάνει ὅμοιον ὄν. Quod autem additur θεόν τε καὶ φρόνησιν, id nobis quidem ex glossemate prorsus importuno originem traxisse videtur. Nam πᾶν τὸ θεῖον γένος non potest esse deus et sapientia. Nec videtur Olympiodor. hoc additamentum legisse, quod si in libris suis reperisset, certe minime erat silentio transmissurus. Ast. correxit νοῦν καὶ φρόνησιν usus Iuliani auctoritate Orat. II. p. 68. D. 69. D. 70. A., qui tamen locum non accurate expressit.

γνοίη μάλιστα. ΑΛ. Φαίνεται.] Post Φαίνεται Eusebius Praep. Ev. p. 551. inserit quae a Stobaeo I. p. 408. Gaisford. post Πάνυ γε adduntur: Ἆρ' ὥσπερ κάτοπτρα σαφέστερά ἐστι τοῦ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἐνόπτρου καὶ καθαρώτερά τε καὶ λαμπρότερα, οὕτω καὶ ὁ θεὸς τοῦ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ βελτίστου καθαρώτερόν τε καὶ λαμπρότερον τυγχάνει ὄν; Ἔοικέ γε, ὦ Σώκρατες. Εἰς τὸν θεὸν ἄρα βλέποντες ἐκείνῳ καλλίστῳ ἐνόπτρῳ χρῴμεθ' ἄν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων εἰς τὴν ψυχῆς ἀρετήν· καὶ οὕτως ἂν μάλιστα ὁρῷμεν καὶ γιγνώσκοιμεν ἡμᾶς αὐτούς. Ναί. Quae num genuina sint, acriter inter viros doctos disceptatum est. v. Wernsdorf. Obss. in Platonis Critonem et Alcibiadem

ΑΛ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τὸ δὲ γιγνώσκειν αὑτὸν ὁμολογοῦμεν σωφροσύνην εἶναι;

ΑΛ. Πάνυ γε.

Τῷ θείῳ ἄρα] Vat. Ven. *Π.* θεῷ, probante Bekkero, cui assensi sunt Turr. recte adversante Hermanno.

l. Numburg. 1815. 4. Buttmann. Excurs. ad h. l. Wex Commentatio de loco mathem. in Plat. Menone. p. 57 sqq. Schleiermacher. annot. ad h. l. Creuzer. ad Olympiodor. p. 227. Et mihi quidem dubium non esse videtur, quin ea ex male sedula loci interpretatione nata sint. Cuius sententiae duplices habeo rationes, externas et internas. Externae sunt, quod non modo codices nostri omnes ea omittunt, sed etiam veteres libri interpretes ne vestigium quidem eorum videntur habuisse. Olympiodorus quidem certe ea penitus ignoravit. Qui quum Procli Damasciique commentarios ubivis comparare soleat, consequens est, ut cum Creuzero suspicemur, nec antiquiores interpretes aut cognovisse illam partem disputationis aut certe agnovisse. Huc accedit, quod apud ipsum Stobaeum in Gessneri quidem exemplo haec particula a reliquis Platonis verbis separata est, adiecta in margine nota hac „Eiusdem", qua alias novum fragmentum indicari solet. Ad has suspicionis causas extrinsecus arcessitas accedunt rationes internae. Ipsum enim additamentum et propter sententiam ineptum est et manifesta habet signa interpolationis. Nam sententia illa fragmenti, qua in ipso numine divino tanquam speculo aliquo nosmet ipsos intueri iudicamur, nescio quid habet tenebricosi. Neque enim explicatur, quid sit istud ipsum, deum intueri, eoque intuendo semet ipsum cognoscere. Praeterea numen divinum perabsurde comparatur speculo alicui, videlicet ut ne speculi mentio antea iniecta supervacanea videatur. Sed de hac re paullo post. Demonstranda enim praeterea sunt interpolationis signa. Sunt vero Platonis verba à superstitioso aliquo homine dilatata ita, ut quae philosophus proposuit, ad ipsum numen divinum relata sint. Ex quo evenit ut rem si accurate perpendas, eadem bis dicantur. Nam verba: Τῷ θείῳ ἄρα τοῦτο ἔοικεν — γνοίη μάλιστα, sic interpolantur: Εἰς τὸν θεὸν ἄρα βλέποντες ἐκείνῳ καλλίστῳ ἐνόπτρῳ χρῴμεθ' ἂν καὶ τῶν ἀνθρωπίνων εἰς τὴν ψυχῆς ἀρετήν. καὶ οὕτως ἂν μάλιστα ὁρῶμεν καὶ γιγνώσκοιμεν ἡμᾶς αὐτούς. Tum pro Φαίνεται ponitur *Ναί.* Denique Platonis verba haec: Τὸ δὲ γιγνώσκειν αὑτὸν ὁμολογοῦμεν σωφροσύνην εἶναι; Πάνυ γε, hunc in modum referuntur: Τὸ δὲ γιγνώσκειν αὑτὸν ὁμολογοῦμεν σωφροσύνην εἶναι; Πάνυ γε. En! videsne ineptum tenebrionem clarissimam Platonis sententiam mysticis somniis suis misere obfuscantem? At vero, inquiunt, videtur totus hic locus ad disputationis integritatem et concinnitatem necessario requiri, quandoquidem Socrates antea exemplum a pupilla et speculo petierat. Quam ego sententiam miror a viris doctissimis defendi potuisse. Pertinet enim speculi

Cap. XXIX. ΣΩ. Ἆρ' οὖν μὴ γιγνώσκοντες ἡμᾶς αὐτοὺς μηδὲ σώφρονες ὄντες δυναίμεθ' ἂν εἰδέναι τὰ ἡμέτερα αὐτῶν κακά τε καὶ ἀγαθά;

D ΑΛ. Καὶ πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἀδύνατον ἴσως σοι φαίνεται μὴ γιγνώσκοντα Ἀλκιβιάδην τὰ Ἀλκιβιάδου γιγνώσκειν, ὅτι Ἀλκιβιάδου ἐστίν.

ΑΛ. Ἀδύνατον μέντοι νὴ Δία.

ΣΩ. Οὐδ' ἄρα τὰ ἡμέτερα, ὅτι ἡμέτερα, εἰ μηδ' ἡμᾶς αὐτούς;

ΑΛ. Πῶς γάρ;

ΣΩ. Εἰ δ' ἄρα μηδὲ τὰ ἡμέτερα, οὐδὲ τὰ τῶν ἡμετέρων;

ΑΛ. Οὐ φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα πάνυ τι ὀρθῶς ὡμολογοῦμεν,

Cap. XXIX. δυναίμεθ' ἂν εἰδέναι] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Vulgo δυναίμεθα εἰδέναι.

D. Ἀδύνατον ἴσως σοι φαίνεται] V. Ἀδύνατον γὰρ ἴσως: sed γάρ om. Bodl. Vat. Ven. Π. Par. F. Pronomen σοι vulgo omissum e Bodl. Vat. et Stob. restitutum.

τὰ ἡμέτερα, ὅτι ἡμέτερα] ὅτι ἡμέτερα om. Bodl. Vat. Ven. Π. quod probare non debebat Winckelmannus. Praecedit enim ὅτι Ἀλκιβιάδου ἐστι, ut taceamus de universi loci argumentatione. Delevit vero haec verba etiam Hermannus.

commemoratio in superioribus non aliorsum nisi eo, ut deinde pupillam ostendatur veluti oculorum quoddam speculum esse. Quodsi ea spectaret illuc, quorsum interpolator retulit, quis non videt commonendum fuisse, quod vel maxime ad rem pertinebat, speculum nobis res multo illustriores exhibere, quam pupulam? Sed de hoc ne verbum quidem additum videmus. Nihilominus ineptus tenebrio illo loco abusus est, ut suam scilicet sapientiam Platoni obtruderet, atque abusus est ita, ut doctissimorum hominum aciem praestrinxerit. Sed nimirum fraudes, quantumvis diu occultatae, tamen aliquando deteguntur. Restat ut dicendum sit de loco p. 134. D. καὶ ὅπερ γε ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν, εἰς τὸ θεῖον καὶ λαμπρὸν ὁρῶντες πράξετε, quem Wernsdorfius aliique censuerunt luculentissimo documento esse fragmentum a Stobaeo servatum non esse eliminandum, si quidem eo abiecto nihil reperiatur, ad quod illud θεῖον καὶ λαμπρὸν referri queat. Ego vero non diu quaerendum esse puto, quorsum respiciatur. Habetur enim ratio verborum: Τῷ θείῳ ἄρα τοῦτ' ἔοικεν αὐτῆς, καί τις εἰς τοῦτο βλέπων καὶ πᾶν τὸ θεῖον γνούς κ. τ. λ. Quod vero illic

ὁμολογοῦντες ἄρτι εἶναί τινας, οἳ ἑαυτοὺς μὲν οὐ γιγνώσκουσι, τὰ δὲ ἑαυτῶν. ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῶν ἑαυ- E τῶν. ἔοικε γὰρ πάντα ταῦτα εἶναι κατιδεῖν ἑνός τε καὶ μιᾶς τέχνης, αὑτόν, τὰ αὑτοῦ, τὰ τῶν ἑαυτοῦ.

ΑΛ. Κινδυνεύει.

ΣΩ. Ὅςτις δὲ τὰ αὑτοῦ ἀγνοεῖ, καὶ τὰ τῶν ἄλλων που ἂν ἀγνοοῖ κατὰ ταὐτά.

ΑΛ. Τί μήν;

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ τὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὰ τῶν πόλεων ἀγνοήσει;

ΑΛ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Οὐκ ἄρ' ἂν γένοιτο ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ πολιτικός.

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Οὐ μὴν οὐδ' οἰκονομικός γε.

εἰ μηδ' ἡμᾶς αὐτούς] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. C. Vind. 1. 9. Flor. a. c. i. o. Vett. editt. εἰ μὴ δι' ἡμᾶς.

Εἰ δ' ἄρα μηδὲ τὰ ἡμέτερα] μηδὲ praeeunte Buttmanno et Bekkero e Stobaeo recepimus.

ὀρθῶς ὡμολογοῦμεν] ὁμολογοῦμεν Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΠΣ*. Par. EF. Vind. 9. Olympiodor. p. 225 et 228.

E. ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῶν ἑαυτῶν] Stob. ἄλλους δὲ τὰ τῶν ἑαυτῶν, probante Buttmanno. Vind. 2. verba τὰ τῶν ἑαυτῶν omittit.

που ἂν ἀγνοοῖ] ἂν om. Bodl. Vat. Ven. *Π*.

additur καὶ λαμπρόν, licuit nunc hoc scriptori propterea adiicere, quod mentem atque res divinas cum oculi acie et pupilla comparaverat, ex cuius splendore oculi vis et natura cognosceretur. Itaque nihil profecto esse videmus, cur illa verba ab ipso Platone profecta esse credamus, ac dispulsae sunt nebulae mysticae, quae diu effecerunt, ut docti homines in toto loco explicando mire coecutirent.

Cap. XXIX. E. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῶν ἑαυτῶν] Hic quoque **Stobaeus** lectionem offert manifesto interpolatam hancce: ἄλλους δὲ τὰ τῶν ἑαυτῶν, quam tamen Turr. arripuerunt. Hoc dicit Socrates: At ne ea quidem, quae ad sua pertinent, noverunt. Buttmannus tamen emendationem Stobaei potiorem habuit codicum omnium auctoritate suffragantibus Turicensibus editoribus. Ceterum loquitur philosophus toto hoc loco de iis, quae sunt bona et mala.

ἀνὴρ πολιτικός] h. e. is, qui rempublicam administrare possit. Xenoph. Mem. 1, 2, 17. τὸν Σωκράτην μὴ πρότερον τὰ πολιτικὰ διδάσκειν τοὺς συνόντας ἢ σωφρονεῖν κ. τ. λ.

134 *ΑΛ.* Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Οὐδέ γε εἴσεται ὅ τι πράττει.

ΑΛ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ὁ δὲ μὴ εἰδὼς οὐχ ἁμαρτήσεται;

ΑΛ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἐξαμαρτάνων δὲ οὐ κακῶς πράξει ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ;

ΑΛ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Κακῶς δὲ πράττων οὐκ ἄθλιος;

ΑΛ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Τί δ' οἷς οὗτος πράττει;

ΑΛ. Καὶ οὗτοι.

ΣΩ. Οὐκ ἄρ' οἷόν τε, ἐὰν μή τις σώφρων καὶ ἀγαθὸς ᾖ, εὐδαίμονα εἶναι.

B *ΑΛ.* Οὐχ οἷόν τε.

ΣΩ. Οἱ ἄρα κακοὶ τῶν ἀνθρώπων ἄθλιοι.

ΑΛ. Σφόδρα γε.

Cap. XXX. *ΣΩ.* Οὐκ ἄρα οὐδ' ὁ πλουτήσας ἀθλιότητος ἀπαλλάττεται, ἀλλ' ὁ σωφρονήσας.

ΑΛ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα τειχῶν οὐδὲ τριήρων οὐδὲ νεωρίων δέονται αἱ πόλεις, ὦ Ἀλκιβιάδη, εἰ μέλλουσιν εὐδαιμονήσειν, οὐδὲ πλήθους οὐδὲ μεγέθους ἄνευ ἀρετῆς.

P. 134. *Οὐδέ γε εἴσεται*] γε om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Sed aegre γε desideraveris, quum ad aliam argumentationis partem non sine vi et gravitate transeatur.

Cap. XXX. B. *ὁ πλουτήσας ἀθλιότητος*] ματαιότητος Bodl. Vat. Ven. *Π*. Quod iniuria probavit Winckelm. reluctante

P. 134. *Κακῶς δὲ πράττων οὐκ ἄθλιος;*] Conclusio ex ambiguitate verborum ducta. v. p. 116. A. ibique annot. Docetur autem eum, qui sine recti honestique cognitione ad rempublicam accedat, non modo ipsum esse miserum, sed etiam alios reddere infelices. Quocirca non intelligo, cur Schleiermacher. hunc locum otiosum et supervacaneum indicaverit.

Cap. XXX. C. *μεταδιδόναι ὃ μὴ ἔχοι;*] Struvius coniecit *οὗ μὴ ἔχοι*. Buttmannus accusativum eo defendit, quod *μεταδιδόναι* subinde etiam accusativum asciscat. Sed accusativi legem si ad Protagor. p. 329. E. recte definivimus, vereor ut ea structura nunc locum

ΑΛ. Οὐ μέντοι.

ΣΩ. Εἰ δὴ μέλλεις τὰ τῆς πόλεως πράξειν ὀρθῶς καὶ καλῶς, ἀρετῆς σοι μεταδοτέον τοῖς πολίταις. C

ΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Δύναιτο δ' ἄν τις μεταδιδόναι ὃ μὴ ἔχοι;

ΑΛ. Καὶ πῶς;

ΣΩ. Αὐτῷ ἄρα σοι πρῶτον κτητέον ἀρετήν, καὶ ἄλλῳ, ὃς μέλλει μὴ ἰδίᾳ μόνον αὐτοῦ τε καὶ τῶν αὐτοῦ ἄρξειν καὶ ἐπιμελήσεσθαι, ἀλλὰ πόλεως καὶ τῶν τῆς πόλεως.

ΑΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα ἐξουσίαν σοι οὐδ' ἀρχὴν παρασκευαστέον σαυτῷ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλῃ, οὐδὲ τῇ πόλει, ἀλλὰ δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην.

ΑΛ. Φαίνεται.

ΣΩ. Δικαίως μὲν γὰρ πράττοντες καὶ σωφρόνως σύ τε καὶ ἡ πόλις θεοφιλῶς πράξετε. D

ΑΛ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Καὶ ὅπερ γε ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν, εἰς τὸ θεῖον [καὶ λαμπρὸν] ὁρῶντες πράξετε.

ΑΛ. Φαίνεται.

argumentatione.

C. ὃ μὴ ἔχοι;] Sic Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BC. Vind. 1. 2. Flor. a. b. c. d. i. o. Vulgo ἔχει.

Αὐτῷ ἄρα σοι] V. αὐτό, quo Par. CE. cum aliquot Flor. tuentur.

habere possit. Si vera est librorum scriptura, ante ὃ μὴ ἔχοι intelligendum est τούτου τι, quod tamen insolens esse nemo diffitebitur. Itaque Struvio assentiendum censeo.

D. θεοφιλῶς πράξετε] Hoc θεοφιλῶς videtur eo pertinere, quod rerum divinarum atque rationis legem observaturi sint, ut adeo proximis verbis illustretur accuratius. Ita si haec acceperis, non iam dubitabis, quo iure nunc τὸ θεοφιλῶς πράττειν commemorari potuerit. Mox cur καὶ λαμπρὸν additum legatur, paullo ante significavimus. Quamquam verisimile est locum hic quoque interposito καὶ λαμπρὸν et mox καὶ σκοτεινὸν male interpolatum esse.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἐνταῦθά γε βλέποντες ὑμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὰ ὑμέτερα ἀγαθὰ κατόψεσθε καὶ γνώσεσθε.

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὀρθῶς τε καὶ εὖ πράξετε;

E ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὕτω γε πράττοντας ὑμᾶς ἐθέλω ἐγγυήσασθαι ἦ μὴν εὐδαιμονήσειν.

ΑΛ. Ἀσφαλὴς γὰρ εἶ ἐγγυητής.

ΣΩ. Ἀδίκως δὲ πράττοντες, εἰς τὸ ἄθεον [καὶ σκοτεινὸν] βλέποντες, ὡς τὰ εἰκότα, ὅμοια τούτοις πράξετε ἀγνοοῦντες ὑμᾶς αὐτούς.

ΑΛ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ὧι γὰρ ἄν, ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, ἐξουσία μὲν ᾖ ποιεῖν ὃ βούλεται, νοῦν δὲ μὴ ἔχῃ, τί τὸ εἰκὸς συμβαίνειν, ἰδιώτῃ ἢ καὶ πόλει; οἷον νοσοῦντι ἐξουσίας οὔσης δρᾶν ὃ βούλεται, νοῦν ἰατρικὸν μὴ ἔχοντι,
135 τυραννοῦντι δέ, ὡς μηδὲ ἐπιπλήττοι τις αὐτῷ, τί τὸ συμβησόμενον; ἆρ' οὐχ, ὡς τὸ εἰκός, διαφθαρῆναι τὸ σῶμα;

E. εἰς τὸ ἄθεον καὶ σκοτεινὸν] Bodl. Vat. Ven. *Π.* τὸ ante σκοτεινὸν iterant. Sed iidem anten εἰς τὸ θεῖον καὶ λαμπρόν.
Ὧι γὰρ ἄν, ὦ φ. Ἀλκ.] Addidi ἂν e Flor. c.
P. 135. ὡς μηδὲ ἐπιπλήττοι τις αὐτῷ] ἐπιπλήττοντι ἑαυτῷ Bodl. Vat. Ven. *Π.*

ἐνταῦθά γε βλέποντες] V. ad Gorg. p. 494. E. Menex. p. 248. C.

E. ὑμᾶς ἐθέλω ἐγγυήσασθαι] Phaedon. p. 115. D. ἐγγυήσασθε οὖν με πρὸς Κρίτωνα, ἔφη, τὴν ἐναντίαν ἐγγύην. Demosth. adv. Apatur. p. 899. ed. Reisk. μάρτυρας παρασχήσομαι, ὡς οὐκ ἠγγυησάμην ἐγὼ τὸν Παρμένοντα. Ibid. p. 901. εἰ γὰρ ἐγὼ ἠγγυησάμην τούτῳ τὸν Παρμένοντα. Dein pro Ἀσφαλὴς γὰρ εἶ ἐγγυητής. Porsonus in Tracts and Miscellaneous Crit. P. 265. ed. Kidd. reponendum censuit: Ἀσφαλὴς γὰρ εἶ ἐχέγγυος, quia Ἐχέγγυος; quod Timaeus explicat, nusquam in libris Platonis reperitur, in hunc autem locum optime convenit.

εἰς τὸ ἄθεον καὶ σκοτεινόν] Quemadmodum is, qui cognitioni sui studet, rationem atque verum, bonum, honestum intuens τὸ θεῖον καὶ λαμπρὸν contemplatur, ita qui illius negligens est, nunc τὸ ἄθεον καὶ σκοτεινὸν dicitur spectare. Hic sensus est loci multum vexati, in quo nihil mysteriorum absconditum. Facile autem apparet oppositionis rationem effecisse, ut philosophus hac dictione usus sit. — ὅμοια

ΑΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τί δ' ἐν νηΐ, εἴ τῳ ἐξουσία εἴη ποιεῖν ὃ δοκεῖ, νοῦ τε καὶ ἀρετῆς κυβερνητικῆς ἐστερημένῳ, καθορᾷς ἃ ἂν ξυμβαίη αὐτῷ τε καὶ τοῖς ξυνναύταις;

ΑΛ. Ἔγωγε, ὅτι γε ἀπόλοιντο πάντες ἄν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὡσαύτως ἐν πόλει τε καὶ πάσαις
ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ἀπολειπομέναις ἀρετῆς ἕπεται B
τὸ κακῶς πράττειν;

ΑΛ. Ἀνάγκη.

Cap. XXXI. *ΣΩ.* Οὐκ ἄρα τυραννίδα χρή, ὦ ἄριστε Ἀλκιβιάδη, παρασκευάζεσθαι οὔθ' ἑαυτῷ οὔτε τῇ πόλει, εἰ μέλλετε εὐδαιμονεῖν, ἀλλ' ἀρετήν.

ΑΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Πρὶν δέ γε ἀρετὴν ἔχειν, τὸ ἄρχεσθαι ἄμεινον ὑπὸ τοῦ βελτίονος ἢ τὸ ἄρχειν ἀνδρί, οὐ μόνον παιδί.

ΑΛ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν τό γε ἄμεινον καὶ κάλλιον;

ΑΛ. Ναί.

ἃ ἂν ξυμβαίη αὐτῷ] V. ξυμβαίνῃ. Sed Vind. 1. Flor. i. o. recte ξυμβαίη. Bekkerus e Coisl. dedit ξυμβαίνοι, quod extat etiam in Flor. d.

καὶ πάσαις ἀρχαῖς] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. pro vulg. ἁπάσαις.

τούτοις, sc. τῷ ἀθέῳ καὶ σκοτεινῷ.

Ὧι γὰρ ἄν, ὦ φίλε Ἀλκ.] Restitui ἂν ex Flor. c., quod restituendum etiam Astius vidit. Nam ἂν post relativa sequente coniunctivo omittere epicis tantum et eorum imitatoribus licuit, prosae orationis scriptoribus non licuit, nisi certis quibusdam conditionibus, de quibus ad Leges explicabitur. Quanquam aliter de hac re statuit Hermannus De Particula ἄν, Libr. II. c. 10. Ad *νοῦν δὲ μὴ ἔχῃ* pervulgato usu relativum nominandi casu intelligendum relinquitur.

P. 135. *τυραννοῦντι δέ, ὡς μηδὲ ἐπιπλήττοι —*] et qui adeo se pro tyranno gerat, ut nemo eum audeat increpare. Optativi huius rationem Buttm. in hypothetico illo ἐξουσίας οὔσης, i. e. εἰ ἐξουσία εἴη, quaerendam iudicavit. v. Poppo ad Xenoph. Cyrop. p. 88. Fateor tamen mihi quoque in hac dictione videri aliquid insoliti inesse, siquidem scribendum fuit potius sic: ὡς οὐδ' ἂν ἐπιπλήττοι τ. αὐτῷ. Itaque probanda Buttmanni coniectura est: ὡς μηδὲ ἐπιπλήττειν τινα αὐτῷ, quod ipsum latet in scriptura trium

ΣΩ. Τὸ δὲ κάλλιον πρεπωδέστερον;

C ΑΛ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Πρέπει ἄρα τῷ κακῷ δουλεύειν· ἄμεινον γάρ.

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Δουλοπρεπὲς ἄρα ἡ κακία.

ΑΛ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἐλευθεροπρεπὲς δὲ ἡ ἀρετή.

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν φεύγειν χρή, ὦ ἑταῖρε, τὴν δουλοπρέπειαν;

ΑΛ. Μάλιστά γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Αἰσθάνει δὲ νῦν πῶς ἔχεις; ἐλευθεροπρεπῶς, ἢ οὔ;

ΑΛ. Δοκῶ μοι καὶ μάλα σφόδρα αἰσθάνεσθαι.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν, πῶς ἀποφεύξει τοῦτο τὸ περὶ σὲ νῦν; ἵνα μὴ ὀνομάζωμεν αὐτὸ ἐπὶ καλῷ ἀνδρί.

D ΑΛ. Ἔγωγε.

Cap. XXXI. E. ἐννεοττεύσας] Male Steph. cum Par. F. ἐννεοτεύσας. Statim post pro vulg. θεραπεύεται e Bas. 2. Bodl. optimorum librorum supra memorata. Audacius Hermannus refinxit: τυραννοῦντι καὶ μηδὲ ἐπιπλήττοντι ἑαυτῷ.

Cap. XXXI. C. Οἶσθα οὖν πῶς ἀποφ.] Cicero Tuscul. III. 32. Quid enim dicemus, quum Socrates Alcibiadi persuasisset, ut accepimus, eum nihil hominis esse, nec quidquam inter Alcibiadem summo loco natum et quemvis baiulum interesse, quum se Alcibiades afflictaret lacrimansque Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet turpitudinemque depelleret? Augustin. De Civ. Dei XIV. 8. Alcibiadem ferunt, si me de nomine hominis memoria non fallit, quum sibi beatus videretur, Socrate disputante et ei, quam miser esset, quoniam stultus esset, demonstrante, flexisse. Idem Plutarchus Vit. Alcib. memoriae prodidit. Quocirca ingenium et mores in hoc dialogo, Biestero recte monente, ita sunt adumbrati, ut ab ipsa veritate non videantur abhorrere.

D. Ἐὰν βούλῃ σύ, ὦ Σ.] Festive nunc ipse Alcibiades expetit Socratis familiaritatem, quam supra superciliose aspernabatur. Neque enim assentior Schleiermachero ita scribenti: „Recht erbärmlich ist doch diese Stelle zum guten Schluss, und als ob der Verfasser dabei mehr den Theages als den Theaetetus im Auge gehabt hätte.“ Nec Socratis responsio inficeta est, qui quum an-

ΣΩ. Πῶς;

ΑΛ. Ἐὰν βούλῃ σύ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐ καλῶς λέγεις, ὦ Ἀλκιβιάδη.

ΑΛ. Ἀλλὰ πῶς χρὴ λέγειν;

ΣΩ. Ὅτι ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ.

ΑΛ. Λέγω δή. καὶ πρὸς τούτοις μέντοι τόδε λέγω, ὅτι κινδυνεύσομεν μεταβαλεῖν τὸ σχῆμα, ὦ Σώκρατες, τὸ μὲν σὸν ἐγώ, σὺ δὲ τοὐμόν· οὐ γὰρ ἔστιν ὅπως οὐ παιδαγωγήσω σε ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας, σὺ δ' ὑπ' ἐμοῦ παιδαγωγήσει.

ΣΩ. Ὦ γενναῖε, πελαργοῦ ἄρα ὁ ἐμὸς ἔρως E οὐδὲν διοίσει, εἰ παρὰ σοὶ ἐννεοττεύσας ἔρωτα ὑπόπτερον ὑπὸ τούτου πάλιν θεραπεύσεται.

ΑΛ. Ἀλλ' οὕτως ἔχει, καὶ ἄρξομαί γε ἐντεῦθεν τῆς δικαιοσύνης ἐπιμέλεσθαι.

ΣΩ. Βουλοίμην ἄν σε καὶ διατελέσαι· ὀῤῥωδῶ δέ, οὔτι τῇ σῇ φύσει ἀπιστῶν, ἀλλὰ τὴν τῆς πόλεως ὁρῶν ῥώμην, μὴ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ κρατήσῃ.

Coisl. Vat. Venetis, Vindobonensibus, Florentinis, aliis, dedimus *θεραπεύσεται*.

tea deum consilii sui auctorem fecisset, nunc eleganter utitur vulgari illa formula *ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ*.

ὅπως οὐ παιδαγωγήσω σε] h. e. te assidue prosequar eruditionis gratia, ut ipse fiam sapientior. Nam paedagogi quia pueros assidue comitabantur, factum est, ut etiam ii, qui propter eruditionis studium aliquem sectabantur, dicerentur *παιδαγωγεῖν*, ut Reip. VI. p. 600. E., quem locum iam Schneiderus in Lexico s. v. apte cum hoc comparavit.

E. *πελαργοῦ ἄρα ὁ ἐμὸς ἔρως*] A ciconiae igitur amore meus erga te amor nihil differet, si quidem quum apud te nutriverit amorem pennatum, ab hoc rursus fovebitur. Scholiastes: *τοὺς πελαργούς φασιν γηράσαντας τοὺς γονεῖς ἀμοιβαίας κομιδῆς ἀξιοῦν, ἧς ἔτυχον ἐν τῇ νεοττείᾳ παρ' αὐτῶν.* v. Aristot. H. A. IX. 13. Aelian. H. A. III, 23. X, 16. al. Ceterum *πελαργοῦ* breviter dictum pro *πελαργοῦ ἔρωτος*, de quo loquendi genere v. ad Protagor. p 358. D. Remp. VIII. p. 554. D. coll. Matth. Gr. §. 453. p. 848.

ὀῤῥωδῶ δέ —] Moeris: *Ὀῤῥωδεῖν, Ἀττικῶς· φοβεῖσθαι ἢ ἀθυμεῖν Ἑλληνικῶς.* Originem et usum verbi illustrant Spanhem. ad Aristoph. Plut. 122. et Valcken. ad Ammon. p. 36 sq.

PROLEGOMENA

AD

ALCIBIADEM II.

PROLEGOMENA

in

ALCIBIADEM SECUNDUM.

Communis est et consentiens recentiorum criticorum, Schleiermacheri, Astii, Socheri, Buttmanni, aliorum, quibus nuper etiam Car. Frid. Hermannus et C. Steinhartus accesserunt, sententia hunc librum vulgo perperam ad Platonem auctorem referri. Atque iam a veteribus ea de re disceptatum esse certissime ex eo constat, quod teste Athenaeo X. p. 506. C. fuerunt qui eum Xenophonti potius quam Platoni tribuendum iudicarent. In quam sententiam haud scio an illi eo deducti sint, quod Socratem meminissent apud Xenophontem Memor. I, 3, 1. de precibus caute et prudenter ad deos faciendis similiter praecipere atque in hoc sermone disputatur. Veruntamen et argumenti tractatio et ipsum loquendi genus certissime arguunt scriptorem dialogi non illa aetate, sed aliquanto post vixisse, ut hoc quoque exemplo perspiciatur, quam parum veterum criticorum de talibus rebus iudicio tribuendum sit. Quod quidem ut intelligatur evidentius, age, causas et rationes, cur nos quoque hunc librum Platoni per fraudem vel errorem adscriptum esse statuamus, paucis declaravisse iuvabit. Neque enim quemquam indicta causa volumus condemnari,

praesertim quum in simili re defensoris potius quam accusatoris partes agere consueverimus.

Ordiamur igitur disputationem nostram ab ipso libri argumento eiusque tractatione, siquidem multum refert, ut ante omnia sciamus, quid sit quod in eo explicetur et quo id modo fiat.

Et materia quidem operis talis est, quam si praeclarus aliquis Socratis discipulus sibi tractandam sumserit, profecto nemo miretur. Pertinet enim universa disputatio aperte eo, ut Alcibiadis exemplo ostendatur, priusquam deos adoremus et ab iis aliquid petamus, sapientiam et virtutem comparari oportere, si quidem ita demum tum, quid nobis utile sit, melius intellecturi, tum diis ipsis cariores futuri simus; orandum autem ita esse, ut in universum honesta atque bona expetamus, cetera deorum permittamus arbitrio.

Sed quanquam principalis haec libri sententia prorsus Socratica est, tamen nec quae ad eam illustrandam afferuntur, nec ipsa disserendi ratio cum Platonis more et consuetudine congruunt, ita ut vel ea, quae prima specie alicui placeant, re diligentius pensitata, vulgari de libri auctore sententiae vehementer officiant. Nam afferri complures sententias Platonis doctrinae alibi explicatae utique contrarias Schleiermacherus Prolegom. ad Alcibiad. II. p. 366 sq., Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 442 sq., Hermann. Histor. Philos. Plat. I. p. 420 sq. verissime iudicarunt. Disserendi autem ratio a Platonis arte et sollertia mirum quantum discrepat. Habet enim hic dialogus diffusam et multis ambagibus circumductam disputationem, quae subinde incertis vagatur regionibus et a proposito fine longe aberrat. Quorsum pertinet maxime illud, quod Alcibiadis sententia iterum iterumque refellitur, non alio sane fine et proposito, quam ut tandem ei extorqueatur confessio nescire se atque ignorare, quid a diis precandum sit. Unde fit, ut plurimos locos salvo totius disputationis argumento et consilio tollere liceat. Habet praeterea sermo multas sententias non satis distincte explicatas vel subobscure expressas, quales in nullo alio Platonis opere reperias. Habet longiores declamationes Socrati, alias minutatim disserendi morem et consuetudinem constanter sequenti,

praeter necessitatem obtrusas, in quibus cum inani quodam ostentationis studio fuse prolixeque ea exponuntur, quae aut nulla explicatione indigebant aut ratione vere Platonica multo aliter tractanda erant: cuius generis exempla reperias p. 141. B. sqq. p. 147. B. sqq. p. 148. C. usque ad p. 150. A. Habet denique alia id genus multa, quae quoniam vel a Schleiermachero vel a nobis ipsis in commentario Graeco sermoni subiuncto exagitata sunt, hoc loco commemorare supervacaneum est. Praeterea Platonici colloquii artem et elegantiam adeo desideramus, nihil ut paene reperiri arbitremur, quod aliquod eius vestigium referat. Frustra quaeras urbanitatem illam et facetiarum leporem, quo tanquam sale philosophi conspergitur oratio; frustra irrisionis aculeos, quos alibi Socrates Platonicus colloquentium vel audientium animis admovet; frustra denique elegantem morum notationem, quae cum ipso disputationis argumento solet esse coniunctissima eique magna cum arte accommodata. Immo multa stolide et insulse finguntur; quorsum referimus praeter alia illud, quod Socrates ponit atque sumit fieri posse, ut Alcibiades tutorem suum velit tollere de medio, et quod adolescens exeunte sermone sentit non ipsum Socratem esse, qui ei mentis caliginem velit dispellere, quum tamen eiusdem capiti propter consilii scilicet suppeditati utilitatem et praestantiam coronam, quam sacrificaturus gestabat, imponendam arbitretur.

Sed haec omnia etsi ad fidem et auctoritatem operis elevandam plurimum valent, tamen quia magnam partem magis sensu quodam recti et venusti continentur, quam ad certi iudicii perspicuitatem explicari possunt, ipsis legentibus rimanda relinquimus. Commemoramus potius alia, quae dubitationem de auctore operis haud paullo certius confirment. Pertinent huc ante omnia pravae vestigia imitationis, qua artifex noster eo deductus est, ut subinde in maximam inertiae perversitatem delapsus sit. Ex quo genere sunt illa, quae leguntur p: 140. A. p. 141. A. B. C. ibid. E. p. 151. A. al., de quibus locis in commentariis explanatius diximus. Haec enim omnia adeo sunt inficeta et absurda, ut qui ea, semel de fraude commonefactus, ad Platonem auctorem refe-

renda statuat, prorsus ignorare videatur, quid rectum ac venustum sit, quid elegantiae sensui contrarium. Sed luculentiora etiam argumenta sunt ex oratione et loquendi genere ducta, quae adeo certum faciunt fraudis indicium, ut vel incredulos ac superstitiosos iis moveri necesse sit. Nam oratio passim scabra est et hiulca, vix ut unam alteramve periodum legere queas, quin te sentias offendi gravissime. Nunc singularis aliqua verborum et sententiarum dissolutio, nunc repentinae transitiones, nunc insolentes vocabulorum consecutiones, nunc affectatae elegantiae veneres, nunc alia admirabilia legentis animum percellunt. Quibus omnibus orationi vestis variegatae et ex discoloribus pannis consutae species conciliatur, ut omnis deesse videatur eius aequabilitas. Haeccine vero ecquis sibi persuadebit ita non dicam a Platone, sed ab ullo alio scriptore elegantiore scribi potuisse? Nimirum talem scriptionem apertum est eum potius decere, qui in magna proprii ingenii et sollertiae penuria aliorum thesauros expilare atque centones undecunque arreptos consarcinare consueverit, scilicet facundiae suae illustria aliqua specimina editurus. Pleraque id genus vitia passim in commentariis notavimus, quoniam ita demum facile sentiuntur et animadvertuntur, si quis Graeci sermonis sequitur perpetuitatem. Sed ne hoc loco videamur de re gravissima, et quae ad litem diiudicandam plurimum valeat, nonnisi universe dixisse, age, praeter ea, quae de hoc genere notata sunt ab Astio De Vit. et Scriptis Plat. p. 445 sq., nonnulla vitiosae dictionis exempla consignabimus, quae quoniam vel a Platonis loquendi consuetudine vel ab optimae aetatis usu recedunt, certissime arguent totam hanc scriptionem Graeculo alicui posterioris aetatis acceptam referri. Itaque p. 138. B. quod dii dicuntur *ἐν ταύτῃ τῇ ἕξει εἶναι*, ita animati et affecti esse, putasne ullum alium pristinae Graecitatis auctorem ita loquutum esse? Imo mihi crede, posteriorum demum scriptorum usu haec loquendi forma celebrata est. Pag. 140. B. vocabulis *ἀπεργασία* et *ἀπεργάζεσθαι* ea vis et potestas subiecta est, quam nondum vidimus qui vel ipsius Platonis vel aliorum bonorum scriptorum auctoritate confirmaverit, nec unquam nos visuros existimamus. Ibid. *μεγαλόψυχοι* per *ὑποκορισμὸν*

satis inficetum inter vesanos et imprudentes referuntur, qui usus vocabuli et singularis est et per se sanequam mirabilis. Ibid. D. formula: ἦν καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ λογου, quam excipit deinceps accusativi cum infinitivo constructio, quis dubitet quin recentem aliquem Graeculum arguat? Balbutientis porro est, quod p. 141. B. ὡς πάντας dicitur sicuti ὡς πλείστους; quod ibid. D. contra morem et consuetudinem accurate loquentium alieno loco collocatur, et quod paucis versibus interiectis ἔνια ridicule infercitur. Visne etiam specimen aliquod affectatae elegantiae? En habes p. 142. A. loquutionem elegantissimam, πολιορκεῖσθαι ὑπὸ συκοφαντῶν, a calumniatoribus vexari: qua num quis rhetor unquam potuit excogitare venustiorem? Sed ibi quum imaginis audacia eo mitigetur, quod urbium obsidio antea commemorata est, neque translatus verbi usus a loquendi consuetudine omnino abhorruit, tum prorsus singularis usus est verbi ἐκδῦναι, quod p. 147. E., ubi vide annotata, simpliciter dicitur de mutata animi sententia, ita quidem, ut in tota oratione nihil reperiatur, quod tam audacem et insolitam metaphoram leniat et emolliat. Non minus habet offensionis, quod p. 148. A. legimus μαργόν, in quo interpretes dudum ita haeserunt, ut id corrigendum esse statuerint. Sed mea quidem sententia scriptori iniuria eripitur quod ipse studiose quaesivit, siquidem inficetum captans verborum lusum perverse loquutus est. Enimvero quam parum hic tenebrio perspicuitatis sit amans, clarissime apparet ex p. 143. E., ubi εἰπεῖν aut interrogare significat, quod loquendi consuetudini adversatur, aut stolidissima diversarum sententiarum permutatione ponitur. Eiusdem paene farinae sunt ἀπορῶ μή, quod legimus p. 142. D., et ὁρᾷς οὖν p. 146. D., ex quibus alterum perverse dicitur, alterum si non inepte, certe non ea, qua Plato solet, elegantia adhibetur. Quid? satisne te delectant haec Platonicae scilicet venustatis documenta? At cedo plura, inquis, rei exempla! Recte. Profliganda enim quaestio est et eo usque perducenda, ut vel superstitiosos tangat erroris sui poenitentia. Quomodo igitur placet tibi formula ἂν δυνηθῶ p. 145. A. sic posita, ut nec per se commode adhibeatur nec Platonis consuetudinem referat? Quid censes de usu pronominis ταύτην ibidem C. pro ἑκάστην ταύτων ac-

cipiendi, nec ullo modo emendandi? Quid? num pro Platonico probas, quod eodem loco non ita multo post legitur, *και ταλλα ἀνα λόγον τούτοις*, pro quo philosophum frequentare novimus *καὶ τἄλλα ὡςαύτως*? Non minus dubitationis habet, quod p. 150. B. dicitur *ὅ τι ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα*, quid de his sentias; quod ita usurpari a probae Graecitatis auctoribus nemo quisquam demonstrare poterit. Idem dictum esto de verbis p. 151. B. *ἡδέως ἂν ἴδοιμι δεξάμενον ἐμαυτόν*, pro quibus ecquis est sermonis Platonici paullo peritior quin exspectet potius haec: *ἡδέως ἂν δεξαίμην*? Sed plura id genus notare quid iuvat, quum singulis fere paginis in commentariis tales elegantiae veneres demonstraverimus? Unum tamen cumuli instar addo recentioris Graecitatis documentum. Legimus enim p. 149. B. infinitivum aoristi *ἀποκριθῆναι* pro *ἀποκρίνασθαι* positum, quem usum tanquam singularem iam Sturzius, Lobeckius et Astius notaverunt. Quid igitur? Corrigesne audacter *ἀποκρίνασθαι*, quum scribas noverimus etiam alibi formam citerioris Graecitatis per errorem in locum veteris atque probae substituisse? Atqui haec nimia profecto audacia foret, quum libri manu descripti omnes iuxta cum vett. editionibus *ἀποκριθῆναι* constanter tueantur. Nam ut etiam alibi *ἀποκριθῆναι* ab librariis per errorem pro *ἀποκρίνασθαι* scriptum sit, quod aliquoties in Xenophonte accidisse novimus *), tamen ibi non communis omnium hic error est, quandoquidem in optimis codicibus vera et genuina scriptura servata reperitur. Itaque non est dubium, quin istud *ἀποκριθῆναι* ab ipsius scriptoris manu profectum sit atque pro certissimo fraudis argumento haberi debeat, unde de tempore, quo tota scriptio sit composita, coniectura capiatur.

Quum igitur rem his ipsius scriptoris indiciis confectam habeamus, superest ut quaerendum sit, quo tempore hic ingenii fetus lucem adspexerit. Verissime autem putamus A. Boeckhium ex eo, quod p. 139. B. C. ad celebratissimum illud paradoxon: *ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται*, respicitur, col-

---

*) V. Schneider. ad Anabas. p. 93.

legisse editum eum esse quo tempore Stoicorum familia iam floruerit. Quanquam accuratius etiam definiendum est, qua id aetate factum videatur. Reputantibus igitur nobis et considerantibus ea, quae de loquendi genere disputata sunt, verisimile visum est librum aliquanto post Alexandri Magni aetatem compositum esse. Alioquin enim oratio vix tantis sordibus esset conspurcata. Occasionem autem et opportunitatem eius conficiendi vix dubitamus quin Stoici potissimum dederint, siquidem iam illis temporibus ab iis locus de precibus, a posterioribus huius scholae amicis miro studio frequentatus, subtilius explicatus est: de qua re mea quidem sententia recte dubitari non potest. Itaque verisimile putamus scriptorem nostrum argumentum illis temporibus valde celebratum arripuisse atque suo quodam modo tractavisse. Quae suspicio etiam eo confirmatur, quod apud Arrianum et Epictetum, ubi agitur de precibus, similia quaedam leguntur atque in hoc libro memorata reperimus; cuius rei exemplum ad p. 138. C. notavimus. Enimvero posterioris aetatis Stoici usi sunt iis, quae a superioribus exposita accepissent. Quo minus autem statuamus librum post Christi demum aetatem confectum esse, illud impedit, quod non modo ab Aeliano Varr. Hist. VIII, 7. Athenaeo X. p. 506. C. et Diog. Laërt. III, 59. memoratur, sed etiam a Thrasyllo teste Laërtio II, 58. in tetralogias relatus est, quod fieri nullo modo potuisset, nisi illa aetate et exstitisset et pro opere Platonico vulgo habitus esset. Vixit autem Thrasyllus imperantibus Augusto et Tiberio, sicuti Menagius ad Laërtium certissimis argumentis docuit. Fieri igitur potest, ut liber secundo vel tertio saeculo ante Christum natum confectus sit adeoque iam ab Alexandrinis grammaticis in operum Platonicorum catalogum receptus. Nam iam illa aetate magnam hoc in genere fraudem dominatam esse aliis exemplis satis certo constat. Nec vero obscurum est, qui fieri potuerit, ut liber tanto honore dignus iudicaretur. Versatus enim scriptor in argumento illustrando est ita, ut usus Socratis quadam sententia apud Xenophontem Mem. I, 3, 1. memoriae prodita Socraticorum maximeque Platonis rationem aemulatus sit adeoque germanum Platonis Alcibiadem

imitari et quodammodo consummare voluerit. Nam quemadmodum in primo Alcibiade superbus adolescens eo perducitur, ut quantumvis reipublicae capessendae cupiditate incensus, tamen se rerum civilium adhuc ignarum esse confiteatur, ita idem ille in hoc sermone, quum sit sacrificaturus, postremo is videtur esse, qui quid ad rectum deorum cultum et venerationem requiratur, prorsus ignoret. Hinc igitur facile potuit accidere, ut opus, quamvis a Platonis arte et ratione multum recederet, tamen iam mature pro Platonico circumferretur. Dicendi genus autem quantopere huic opinioni officeret, ii minime senserunt, qui posteriorum temporum sermoni adsuefacti suae aetatis squalores a Platonis et Xenophontis elegantia secernere non potuerunt.

Sed satis haec de libelli dotibus et originibus. Restat, ut de errore quodam dicendum sit etiam a recentissimis eius interpretibus propagato. Pervulgata enim virorum doctorum opinio est Persium in Satyra secunda, Iuvenalem in Satira decima ac praeterea Lucianum Icaromenipp. c. 25. Navig. s. Votis §. 13 sqq. p. 491. T. II. ed. Graev. ex hoc libro aliquantum profecisse. Quod profecto permirum esset, siquidem non eae sunt huius opusculi virtutes, quibus ingeniosissimi homines adeo delectari potuerint. At enim vero frustra profecto ac temere haec narratur fabula. Nam apud Lucianum quidem imitationis nec vola nec vestigium exstat. Quid quod tota res unius Buttmanni errore nititur; qui quum a Gottlebero accepisset Lucianum quoque ridere ineptas hominum preces, protenus in eam inductus sententiam est, ut scriptorem festivissimum opinaretur homuncioni nostro nonnihil acceptum referre, quod ne Gottleberus quidem sibi persuaserat. Similis causa Persii est et Iuvenalis. Persius enim etsi item stolidas hominum preces atque vota perstringit, ideoque similes quasdam habet sententias, tamen ad hunc librum ne verbo quidem respexit. Nisi forte etiam Horatium contendere velis, quia idem attigit argumentum, hunc dialogum ob oculos habuisse. Restat igitur unus Iuvenalis, de quo ut paucis absolvamus, sobrium facit Alexandri Ruperti iudicium, qui T. I. p. 190. imitationis vestigia ulla apud eum expressa cerni summo iure negavit. Nam quod Iu-

venalis carmen suum ita concludit, ut deorum curae censeat permitti oportere, quid nobis expediat, ea sententia etiam tum sine dubio multorum fuit, ut poetae non opus fuerit eam e fonte adeo turbido in hortulos suos derivare. Manet igitur quod antea iudicavimus, nec Lucianum nec Persium nec Iuvenalem hoc libro usos esse, quanquam eos idem argumentum similiter tractavisse negari non potest.

DE EDITIONIBUS

huius libri ab Ettwallo, Nürnbergero, Biestero, Buttmanno et anonymo Lipsiensi factis in Prolegomenis ad Alcibiadem primum exposuimus. Separatim eum in usum tironum edidit Io. Henr. Iust. Köppen sub hoc titulo: Platons Alcibiades der zweite, herausgegeben von I. H. I. Köppen. Braunschweig, 1786. 8. min. Continet hic liber praeter brevem argumenti enarrationem pauculas annotationes, quae vel ad interpretationem vel ad emendationem quorundam locorum pertinent. De interpretationibus vernaculis Schleiermacheri, Hier. Mülleri, aliorum, v. item Praefat. ad Alcibiad. I.

CODICES.

Bodl. s. Clark. Coisl. *Γ*. Vat. *Δ*. Ven. *ΞΠΣ*. Vindob. a. Bekkero *Y*., a nobis 2. signatus. Vind. 9. Par. BCEFG. Angel. u v. Florent. a. b. c. d. i. n. o. Veneto *Π*. usus est etiam Nürnbergerus. Optimi sunt Bodl. Coisl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Flor. d.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ

ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.

Cap. I. Ὦ Ἀλκιβιάδη, ἆρά γε πρὸς τὸν θεὸν 138
προσευξόμενος πορεύει;

Cap. I. P. 138. προσευξόμενος πορεύει] Bodl. Vat. Ven. Π. πορευόμενος προσεύξει. Ven. Σ. Vind. 2. Par. C. προσευχόμενος πορεύῃ.

Cap. I. P. 138. προσευξόμενος πορεύει;] Veteres philosophi quid de precibus et votis docuerint, magnam partem cognosces ex Origine περὶ εὐχῆς §. 11 sqq. in Celsum II. p. 68. Clemente Alexandr. VII. p. 854. Proclo in Tim. libr. II. p. 64. Hierocle in Aur. Carm. XLIX. Idem argumentum, quod in hoc libro tractatur, attigerunt Iuvenalis Satyr. X. et Persius Satyr. II. Lucian. in Iove Confut. Icaromenipp. §. 25. Navig. s. Vot. §. 13 sqq. Summam eorum, quae Socrates a diis precari consueverit, commemorant Xenoph. Mem. I, 3, 1 sqq. et Valer. Max. VII, 2. exterm. 1., cuius verba digna sunt ut integra apponantur. „Socrates humanae sapientiae quasi quoddam terrestre oraculum nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent, quia ii demum scirent, quid unicuique esset utile, nos autem plerumque id votis expeteremus, quod non impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens, in quam late patentes errores coecas precationes tuas spargis! Divitias appetis, quae multis exitio fuerunt; honores concupiscis, qui complures pessum dederunt; regna tecum ipsa volvis, quorum exitus saepe miserabiles cernuntur; splendidis coniugiis iniicis manus, at haec ut aliquando illustrant, ita nonnunquam domos evertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis quasi felicissimis rebus inhiare, teque totam coelestium arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissime possunt. De Platonis sententia legas Euthyphronem et Legg. libr. V. et X. — τὸν

ΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Φαίνει γέ τοι ἐσκυθρωπακέναι τε καὶ εἰς γῆν βλέπειν, ὥς τι ξυννοούμενος.

ΑΛ. Καὶ τί ἂν τις ξυννοοῖτο, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Τὴν μεγίστην, ὦ Ἀλκιβιάδη, ξύννοιαν, ὥς
B γ' ἐμοὶ δοκεῖ. ἐπεὶ φέρε πρὸς Διός, οὐκ οἴει τοὺς θεούς, ἃ τυγχάνομεν εὐχόμενοι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἐνίοτε τούτων τὰ μὲν διδόναι, τὰ δ' οὔ, καὶ ἔστιν οἷς μὲν αὐτῶν, ἔστι δὲ οἷς οὔ;

ΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

Φαίνει γέ τοι] V. γέ τι. Sed recte γέ τοι Bodl. Coisl. Vat. Ven. ΞΠΣ. Vind. 2. 9. Paris. BCG. Angel. v. Flor. a. c. o.
ὥς τι ξυννοούμ.] Steph. cum Vat. ὥς τις male.
ὥς γ' ἐμοὶ δ.] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Vulgo γέ μοι.
B. ὅπως μὴ λήσει τις αὐτόν] V. λήσῃ τις αὐτόν. Bas. 2. cum Ven. Ξ. Flor. b. c. d. i. n. o. ὅπως μὴ λήσεταί τις αὐτόν, quam lectionem etiam reliqui codd. habent, sed omisso τις. v. annot.

θεὸν Koeppenius Iovem, Gottleberus Animadvers. in Plat. Phaedon. p. 139. Apollinem significare arbitrantur. Me si audis, noli rem certius definire.

Φαίνει γέ τοι ἐσκυθρωπ.] Videris quidem certe, inquit, vultu tristi ac severo esse tanquam aliquid tecum cogitans, ut non temere videar id suspicari. Usum particularum γέ τοι cum restrictione asseverantium declaravimus ad Remp. V. p. 476. E. Criton. p. 44. A. ξυννοούμενος de meditabundo, qui quid secum animo volvit, rectissime dictum, ut Baiterum Praefat. ad edit. Turic. min. p. VIII. miremur Platonis consuetudinem activum verbum postulare existimantem. Arist. Ran. 598. αὐτὸς τυγχάνω ταῦτ' ἄρτι συννοούμενος. Eurip. Or. 633. ἔασον· ἐν ἐμαυτῷ τι συννοούμενος, ὅπῃ τράπωμαι τῆς τύχης, ἀμηχανῶ. Vides autem Alcibiadem fingi Stoicum aliquem, tristitiam et morositatem sapientis vultu referentem. Itaque praeter omnem exspectationem deinde respondet: Quid tandem aliquis deum adoraturus cogitet et meditetur? Nimirum istud inexspectatae levitatis signum arguit ipsius scriptoris inertiam.

B. καὶ ἔστιν οἷς μὲν αὐτῶν] Durum est αὐτῶν, quum praecedat ἃ τυγχάνομεν εὐχόμενοι. Platonem putamus aut totam periodum aliter conformaturum aut pronomen omissurum fuisse. Ipsam sententiam Stoicorum fuisse docet Senec. Epist. 60. 101. Iuvenal. X, 5 sqq. Quid tam dextro pede concipis, ut te conatus non poeniteat votique peracti? Evertere domos totas optantibus ipsis Di faciles. Nocitura toga, nocitura petuntur militia. Ibid. V. 111. Magnaque numinibus vota exaudita malignis.

ὅπως μὴ λήσει τις —]

ΣΩ. *Οὐκοῦν δοκεῖ σοι πολλῆς προμηθείας γε προςδεῖσθαι, ὅπως μὴ λήσει τις αὑτὸν εὐχόμενος μεγάλα κακά, δοκῶν δ' ἀγαθά, οἱ δὲ θεοὶ τύχωσιν ἐν ταύτῃ ὄντες τῇ ἕξει, ἐν ᾗ διδόασιν αὐτοὶ ἅ τις εὐχόμενος τυγχάνει; ὥςπερ τὸν Οἰδίπουν αὐτίκα φασὶν εὔξασθαι χαλκῷ διελέσθαι τὰ πατρῷα τοὺς υἱεῖς,* C *ἐξὸν αὐτῷ τῶν παρόντων κακῶν ἀποτροπήν τινα εὔξασθαι, ἕτερα πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι κατηρᾶτο. τοιγαροῦν ταῦτά τε ἐξετελέσθη καὶ ἐκ τούτων ἄλλα πολλὰ καὶ δεινά, ἃ τί δεῖ καθ' ἕκαστα λέγειν;*

C. *τὰ πατρῷα τοὺς υἱεῖς*] Hunc ordinem verborum debemus Bodl. Vat. Ven. *Π.* Ante Bekkerum erat *τοὺς υἱεῖς τὰ πατρῷα.*

ἐξὸν αὐτῷ τῶν παρόντων κακῶν] Steph. coni. *καὶ ἐξὸν* vel *ἐξὸν οὖν αὐτῷ*: quo in genere erravit saepissime. Post *παρόντων* Bodl. Venet. *Π.* Vat. rursus inferciunt *αὐτῷ*, quod dubitavi cum Bekkero suscipere, quum idem proxime praecedat. Receperunt tamen Turr.

Quod vulgo legebatur *λήσεται* non minus soloecum est quam quod exstat in Ven. Ξ *λήσῃ τις.* Nam *λήσεται* futurum est verbi *λανθάνομαι*, obliviscor; *λανθάνω* autem, lateo, futurum *λήσω*, aoristum *ἔλαθον* habere constat. Itaque recte Buttmannus et Bekkerus soloecismo sublato dederunt *ὅπως μὴ λήσει*, ut Gorg. p. 487. D. *ὅπως μὴ λήσετε διαφθαρέντες.* Post *εὐχόμενος* Schneiderus *μὲν* inseri iubebat, quo tamen facile careas. Infra p. 150. B. *ὅπως μὴ λάθῃς σεαυτὸν εὐχόμενος κακά, δοκῶν δὲ ἀγαθά.* Verte: quum tamen bona precari sibi videatur.

ἐν ταύτῃ ὄντες τῇ ἕξει] h. e. ita affecti et animati. Dictio citerioris Graecitatis propria est et a Platonis usu aliena. Mox *αὐτίκα* est exempli gratia; usurpatur enim in afferendis exemplis et argumentis, quae statim in promtu sunt, ut infra p. 139. C. p. 143. E. p. 144. E. Protagor. p. 318. B. p. 359. E. Gorg. p. 472. D. al. v. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 416. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 56.

C. *χαλκῷ διελέσθαι* —] De his temerariis Oedipi precibus v. Eurip. Phoeniss. 66. coll. 625 sqq. et 477. Rem in eiusdem argumenti tractatione Stoici saepius commemorant, veluti Epictet. Enchirid. XXXI, 4. Arrianus II, 22. IV, 5. al.

ἐξὸν αὐτῷ τῶν παρόντων] Stephan. *καὶ ἐξὸν* vel *ἐξὸν οὖν* corrigendum putans non meminerat anacoluthon esse sermonem et negligentia quadam verbis *ἕτερα* — *κατηρᾶτο* superiora repeti, cuius generis exempla similia non desunt. Dein *τοιγαροῦν* ita nusquam apud Platonem dictum invenias. Praeterea Schleiermach. notavit usum formulae, *ἃ τί δεῖ καθ' ἕκαστα λέγειν*, minus Platonicum. Solet enim philosophus eam dictionem usurpare, sicubi argumenta et conclusiones ex

ΑΛ. Ἀλλὰ σὺ μέν, ὦ Σώκρατες, μαινόμενον ἄνθρωπον εἴρηκας· ἐπεὶ τίς ἂν σοι δοκεῖ τολμῆσαι ὑγιαίνων τοιαῦτ' εὔξασθαι;

Cap. II. *ΣΩ.* Τὸ μαίνεσθαι ἆρα ὑπεναντίον σοι δοκεῖ τῷ φρονεῖν;

ΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

D *ΣΩ.* Ἄφρονες δὲ καὶ φρόνιμοι δοκοῦσιν ἄνθρωποί εἶναί τινές σοι;

ΑΛ. Εἶναι μέντοι.

ΣΩ. Φέρε δή, ἐπισκεψώμεθα, τίνες ποτ' εἰσὶν οὗτοι. ὅτι μὲν γάρ εἰσί τινες, ὡμολόγηται, ἄφρονές τε καὶ φρόνιμοι, καὶ μαινόμενοι ἕτεροι.

ΑΛ. Ὡμολόγηται γάρ.

ΣΩ. Ἔτι δὲ ὑγιαίνοντές εἰσί τινες;

ταῦτά τε ἕξετ.] τε om. Bodl. Vat. Ven. *Π.* probante Hermanno.

τίς ἂν σοι δοκεῖ τολμῆσαι] Soloece vett. editt. δοκῇ: nam ἂν pertinet ad infinitivum, nec coniunctivo ullus locus est. Recte Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. B G. Ang. v. Flor. b. d. δοκεῖ. Frequentem esse hunc scribarum errorem disces a Schaefero Melett. p. 60. Boeckh. in Min. p. 142. conf. p. 139. E. p. 143. D. p. 144. A. B. p. 150. E.

Cap. II. ἆρά γε ὑπεναντίον] γε vulgo interpositum delevi auctoritate Bodl. Vat. Ven. *Π.* probante Schneidero ad Xe-

superioribus facile intelligendas silentio transmittit. Nunc intelligitur bellum septem ducum adversus Thebanos et mutua fratrum caedes. Similis formulae usus notandus infra p. 140. B.

τολμῆσαι ὑγιαίνων τοιαῦτ' εὔξασθαι;] quis tibi videtur hoc a se posse impetrare, ut sana mente praeditus talia precetur? Nam τολμᾶν saepe est sustinere, a se impetrare. v. ad Apolog. p. 39. A. Menex. p. 245. C. Dein displicet istud ὑπεναντίον, quum sequens disputatio eo pertineat, ut furorem doceatur sapientiae esse contrarium. Argumentatur enim Socrates ita: Insania prudentiae est opposita: eidem contraria etiam imprudentia est: iam vero prudentia et imprudentia ἀμέσως, quod nos dicimus immediate, opponuntur: ergo nihil aliud prudentiae potest esse contrarium: ex quo consequitur, ut imprudentia ab insania nihil differat, omnesque imprudentes pro insanis habendi sint. Itaque totius argumentationis consilio convenientius erat ἐναντίον potius quam ὑπεναντίον dicere, nisi forte cum bonis grammaticis verba composita a simplicibus nulla alia re differre statueris nisi eo, quod pluribus syllabis constent. Repentina autem haec interrogatio ne ni-

ΑΛ. Εἰσίν.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀσθενοῦντες ἕτεροι;

ΑΛ. Πάνυ γε. 139

ΣΩ. Οὐκοῦν οὐχ οἱ αὐτοί;

ΑΛ. Οὐ γάρ.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ ἕτεροί τινές εἰσιν, οἳ μηδέτερα τούτων πεπόνθασιν;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀνάγκη ἄρ' ἐστὶν ἄνθρωπον ὄντα ἢ νοσεῖν ἢ μὴ νοσεῖν.

ΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Τί δέ; περὶ φρονήσεως καὶ ἀφροσύνης ἆρά γε τὴν αὐτὴν ἔχεις γνώμην;

ΑΛ. Πῶς λέγεις;

noph. Mem. I, 1, 16. Sed quod idem vir doctus vulgato *τῷ σωφρονεῖν* patrocinatur, non animadvertit in sequenti disputatione *τῷ μαίνεσθαι* non *τὸ σωφρονεῖν*, sed *τὸ φρονεῖν* opponi. Receptam lectionem tuentur Bodl. Vat. Veneti, Parisini, Vindobonenses, Florentini plerique omnes, Angelici. Vulgatum habet Par. E.

P. 139. *οἱ μηδέτερα τούτων*] Sic Florr. et Vindobonenses. Vulgo *μηδ' ἕτερα*, quod etiam Bekker. retinuit.

Ἀνάγκη ἄρ'] Sic Bodl. Vat. Venet. pro vulg. *Ἀνάγκη γάρ.*

ἢ νοσεῖν ἢ μὴ ν.] *ἢ* ante *νοσεῖν* paucissimi codd. iique deteriores cum vett. editt. omittunt.

mium dura sit, vide num reponi oporteat: *Τὸ μαίνεσθαι ἄρα ὑπεναντίον κ. τ. λ.*

Cap. II. D. *τίνες ποτ' εἰσὶν οὗτοι*] Haec subobscure ita dicuntur. Nihil aliud enim vult exquirere, quam qualis inter eos locum habeat oppositionis ratio, ut deinde insanos et imprudentes nihil inter se differre appareat. Praeterea audias quae Schleiermacherus scripsit: „Nachdem Sokrates schon gesagt: Lass uns zusehn, welche diese sind, würde er nicht erst noch nach Analogieen suchen, wenigstens nicht ohne dies besonders einzuleiten und zu rechtfertigen" Et profecto perinepta est ista exempli commemoratio, in qua artem Platonis omnino desideramus.

P. 139. *οἳ μηδέτερα τούτων πεπόνθασιν;*] qui nec sani sint nec infirma valetudine utantur. Pluralem *μηδέτερα* ne a Platonis loquendi consuetudine abhorrere existimes, alia eius exempla sunt Phaedr. p 22?. A. De Rep. VIII. p. 555. D. Lysid. p. 218. E. Euthyphr. p. 9. D. Apolog. p. 23. E., ex quibus dilucide apparebit Bekkerum non recte dedisse *μηδ' ἕτερα*, ut quod multo gravius nunc dicatur quam pro rei ratione. conf. etiam infra p. 140. E.

ΣΩ. Εἰ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι ἢ φρόνιμον ἢ ἄφρονα, ἢ ἔστι τι διὰ μέσου τρίτον πάθος, ὃ ποιεῖ
B τὸν ἄνθρωπον μήτε φρόνιμον μήτε ἄφρονα;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀνάγκη ἄρα ἐστὶ τὸ ἕτερον τούτων πεπονθέναι.

ΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν μέμνησαι ὁμολογήσας ὑπεναντίον εἶναι μανίαν φρονήσει;

ΑΛ. Ἔγωγε.

Cap. IX. ΣΩ. Τί δ', εἴ τις ἱππεύειν ἢ τοξεύειν οἶδεν, ἢ αὖ πυκτεύειν ἢ παλαίειν ἤ τι τῆς ἄλλης ἀγωνίας ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ὅσα D τέχνῃ οἴδαμεν, τί καλεῖς ὃς ἂν εἰδῇ τὸ κατὰ ταύτην τὴν τέχνην βέλτιον γιγνόμενον; ἆρ' οὐ τὸν κατὰ τὴν ἱππικὴν ἱππικόν;

ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τὸν δέ γε, οἶμαι, κατὰ τὴν πυκτικὴν πυκτικόν, τὸν δὲ κατ' αὐλητικὴν αὐλητικόν, καὶ τἆλλα δήπου ἀνὰ λόγον τούτοις. ἢ ἄλλως πως;

ΑΛ. Οὔκ, ἀλλ' οὕτω.

ΣΩ. Δοκεῖ οὖν σοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν περὶ

Φρόνιμόν γε αὐτὸν φ.] δέ γε Bodl. Coisl. Vat. Ven. Ξ. Par. BC. Aug. u. Flor. b d. i. Sed δὲ interturbat argumentationem. Dederunt δέ γε Bekk. Turr. Fortasse τέ γε cum Sauppio legendum.

καὶ τῇ πόλει καὶ αὐτὸν αὑτῷ] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. Vulgo καὶ αὐτὸν αὑτῷ καὶ τῇ πόλει.

πυκτεύειν ἢ παλαίειν] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. Vulgo ordine inverso: παλαίειν ἢ πυκτεύειν.

Cap. IX. D. *καὶ τἆλλα δή*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Ven. Π. Par. G. Flor. d. n. et ex corr. Ven. Ξ. Vulgo legebatur καὶ κατ' ἄλλα δή.

περὶ τούτων τι ἐπιστήμονα] τι om. Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. et pr. Ven. Σ. recte fortasse. Dein iidem ἐπιστήμονα

C. *τὸν δὲ μὴ ποιοῦντα τἀναντία τούτων*] Durum est hoc ποιοῦντα, imo intolerabile. Quocirca Schneider. τοιοῦτον coniecit, quod nec Buttmanno et Hermanno displicuit. Nisi forte praestat illud prorsus de medio tollere.

Cap. IX. *τὸ κατὰ ταύτην τὴν τέχνην*] „Hoc ταύτην pro ἑκάστην τούτων positum nimiae quidem negligentiae est, nec tamen emendandum videtur.“ BUTTM.

D. *καὶ τἆλλα δήπου ἀνὰ λόγον τούτοις*] Ita Plato nusquam loquutus est, qui solet usurpare formulam καὶ τἆλλα δὴ ὡσαύτως. Levia sunt per se talia, sed ad fraudem detegendam ponderis longe gravissimi.

ἐπιστήμονα ὄντα ἄρα καὶ ἄνδρα φρ.] Etiam hic usus particulae ἄρα, quae nunc manifesto cohaeret cum verbis καὶ ἄνδρα φρόνιμον εἶναι, nescio quid insoliti habet, ut subdubi-

τούτων τι ἐπιστήμονα ὄντα ἄρα καὶ ἄνδρα φρόνιμον εἶναι; ἢ πολλοῦ φήσομεν ἐνδεῖν;

ΑΛ. Πολλοῦ μέντοι νὴ Δία. E

ΣΩ. Ποίαν οὖν οἴει πολιτείαν εἶναι τοξοτῶν τε ἀγαθῶν καὶ αὐλητῶν, ἔτι δὲ ἀθλητῶν καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν, ἀναμεμιγμένων δ' ἐν τοῖς τοιούτοις οἷς ἄρτι εἰρήκαμεν τῶν τε αὐτὸ τὸ πολεμεῖν εἰδότων καὶ αὐτὸ τὸ ἀποκτιννύναι, πρὸς δὲ καὶ ἀνδρῶν ῥητορικῶν πολιτικὸν φύσημα φυσώντων, ἁπάντων δὲ τούτων ὄντων ἄνευ τῆς τοῦ βελτίστου ἐπιστήμης καὶ τοῦ εἰδότος ὁπότε βέλτιον ἑνὶ ἑκάστῳ τούτων χρῆ- 146
σθαι καὶ πρὸς τίνα;

ΑΛ. Φαύλην τινὰ ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Φαίης γε ἄν, οἶμαι, ὁπόταν ὁρῴης ἕνα ἕκαστον αὐτῶν φιλοτιμούμενόν τε καὶ νέμοντα τὸ πλεῖστον τῆς πολιτείας τούτῳ μέρος,

ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν·

εἶναι ὄντα.

E. ἔτι δὲ ἀθλητῶν] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. FG. Flor. d. i. pro vulg. ἔτι δὲ καὶ ἀθλ. Post ἀθλητῶν omisimus τε cum Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Flor. d. i.

ἀναμεμιγμένων δ' ἐν τοῖς τ.] τοῖς addidi e Flor. i. n.

ἀνδρῶν ῥητορικῶν] V. πολιτικῶν, quod e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. mutatum.

P. 146. Φαύλην τινὰ] τινὰ e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. adiectum vulgo aberat. Iidem libri deinde scriptum habent ἕνα καὶ ἕκαστον. Coisl. et a sec. m. Flor. d. τούτῳ τὸ μέρος.

ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ] Alii dederunt τυγχάνει, quod est in uno Coisl. Sed recte se habet coniunctivus, licet Herm. maluerit τυγχάνοι.

tem de eius probitate. De re ipsa conf. Alcib. I. p. 108. B. sqq.

E. ἀνδρῶν ῥητορικῶν πολιτικὸν φύσημα φυσώντων] Eustathius ad Iliad. Σ. p. 1151. ed. Rom. = T. IV. p. 80. ed. Lips. ἰστέον δὲ, ὡς ἡ χαλκευτικὴ φῦσα τραπεῖσα μεταφορικῶς τὴν ἀλαζονείαν αὐτῇ ὁμωνυμεῖσθαι πεποίηκε διὰ τὴν ἀνεμώλιον κενοῤῥημοσύνην τῶν ἀλαζόνων, ὧν οἱ λόγοι φυσήσασι διὰ τὸ ἄνουν ἐοίκασι. διὸ Διομήδει, φασί, τῷ ῥήτορι παῖς ἐξ αὐλητρίδος γενόμενος Δημέας, καὶ φρυαττόμενος ἐπὶ βήματος, ἐκ τοιαύτης ἐσκώφθη λέξεως. ἐπεστόμισε γὰρ αὐτὸν Ὑπερίδης εἰπών· οὐ σιωπήσῃ μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων φύσημα; Excerpsit hunc locum inde a verbis Ποίαν οὖν οἴει usque ad φαύλην τινὰ Stobaeus Eclogg. Physic. II. 3. p. 26. Vol. III. ed. Heeren.

P. 146. ὁπόταν ὁρῴης] Optativus post ὁπόταν positus

λέγω δὲ τὸ κατ' αὐτὴν τὴν τέχνην βέλτιστον γιγνόμενον· τοῦ δὲ τῇ πόλει τε καὶ αὐτὸν αὐτῷ βελτίστου ὄντος τὰ πολλὰ διημαρτηκότα, ἅτε, οἶμαι, ἄνευ
B νοῦ δόξῃ πεπιστευκότα. οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, ἆρ' οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιμεν φάντες πολλῆς ταραχῆς τε καὶ ἀνομίας μεστὴν εἶναι τὴν τοιαύτην πολιτείαν;

ΑΛ. Ὀρθῶς μέντοι νὴ Δία.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐδόκει οἰηθῆναι δεῖν πρῶτον ἡμᾶς εἰδέναι ἢ τῷ ὄντι εἰδέναι τοῦτο, ὃ ἂν προχείρως μέλλωμεν ἢ πράττειν ἢ λέγειν;

ΑΛ. Ἐδόκει.

ΣΩ. Οὐκοῦν κἂν μὲν πράττῃ ἅ τις οἶδεν ἢ ἃ
C δοκεῖ εἰδέναι, παρέπηται δὲ τὸ ὠφελίμως, καὶ λυσιτελούντως ἡμᾶς ἕξειν καὶ τῇ πόλει καὶ αὐτὸν αὐτῷ;

ΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

τὸ κατ' αὐτὴν τ. τ.] Coisl. corr. *τόν*.

ὄντος τὰ πολλά] Sic de Stephani coniectura post alios scripsimus. Libri *οὕτως*, praeter unum Angel. v., in quo *ὄντος* scriptum exstare Bekker. testatur.

B. *ἡμῖν ἐδόκει οἰηθῆναι δ.*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Vulgo legebatur *ἐδόκει ἡμῖν εἶναι οἰηθῆναι*.

ἢ ἃ δοκεῖ εἰδέναι] Addidi *ἃ* e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Ex iisdem libris depromtum *παρέπηται* pro vulg. *παρέπεται*. Dein propter antecedentem optativum, quod genus structurae acutissime explanavit Hermann. De Particula *ἄν*, libr. III. c. 4. De Rep. III. p. 412. D. *Καὶ μὴν τοῦτό γ' ἂν μάλιστα φιλοῖ, ᾧ ξυμφέρειν ἡγοῖτο τα αὐτὰ καὶ ἑαυτῷ, καὶ ὅταν μάλιστα ἐκείνου μὲν εὖ πράττοντος οἴοιτο ξυμβαίνειν καὶ ἑαυτῷ εὖ πράττειν, μὴ δὲ τοὐναντίον*, ubi nollem *οἴηται* a me esset servatum. In proximis, *νέμοντα τὸ πλεῖστον τ. π.* scriptor ob oculos habuit versus ex Euripidis Antiopa, quibus aptius usus est Plato Gorg. p. 484. E., ad quem locum coniunctivum *τυγχάνῃ*, pro quo Bekker. et Buttm. *τυγχάνει* scripserunt, satis tutati esse videmur. Ad *αὐτὸν αὐτῷ* conf. p. 144. C. *ἀλλὰ τὴν αὐτὸς αὑτοῦ*.

ἅτε, οἶμαι, ἄνευ νοῦ δόξῃ πεπιστευκότα] Eandem sententiam exornavit Plato Menon. p. 99. B. C.

B. *Οὐκοῦν κἂν μὲν πράττῃ — αὐτὸν αὑτῷ;*] Respicitur ad p. 145. B. *ὅςτις ἄρα τι τῶν τοιούτων οἶδεν, ἐὰν μὲν παρέπηται αὐτῷ ἡ τοῦ βελτίστου ἐπιστήμη κ. τ. λ.* Itaque *τὸ ὠφελίμως* (sc. *πράττειν εἰδέναι*) nunc idem est quod *ἡ τοῦ βελτίστου ἐπιστήμη*. Est enim *ἡ τοῦ βελτίστου ἐπιστήμη ἡ αὐτή, ἥπερ καὶ ἡ τοῦ ὠφελίμου*, ut

ΣΩ. Ἐὰν δέ γ', οἶμαι, τἀναντία τούτων, οὔτε τῇ πόλει οὔτ' αὐτὸν αὑτῷ;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Τί δέ; καὶ νῦν ἔτι ὡςαύτως σοι δοκεῖ, ἢ ἄλλως πως;

ΑΛ. Οὔκ, ἀλλ' οὕτως.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔφησθα καλεῖν τοὺς μὲν πολλοὺς ἄφρονας, τοὺς δ' ὀλίγους φρονίμους;

ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν φαμὲν πάλιν τοὺς πολλοὺς διημαρτηκέναι τοῦ βελτίστου, ὡς τὰ πολλά γε, οἶμαι, ἄνευ νοῦ δόξῃ πεπιστευκότας;

ΑΛ. Φαμὲν γάρ. D

ΣΩ. Λυσιτελεῖ ἄρα τοῖς πολλοῖς μήτ' εἰδέναι μηδὲν μήτ' οἴεσθαι εἰδέναι, εἴπερ γε μᾶλλον προθυμήσονται πράττειν μὲν ταῦτα, ἅττ' ἂν εἰδῶσιν ἢ

δὲ pro δὴ e Coisl. Ven. Σ. Vind. 2. 9. Par. BCEF. Ang. u. v. Flor. a. b. c. d. i. n. o. restituimus. In Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. nec δὴ nec δὲ scriptum reperitur. Denique post ὠφελίμως commate interpunximus.

C. καὶ νῦν ἔτι] καὶ om. Steph. et cod. Par. E.

D. πράττειν μὲν ταῦτα] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. pro vulg. μὲν πράττειν τ.

antea docuit. Distinxi autem cum Schleiermachero post τὸ ὠφελίμως: quo facto inde a verbis καὶ λυσιτελούντως orditur apodosis, ita quidem, ut infinitivus ἕξειν pendeat e superioribus illis: Οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐδόκει. Ita nihil est, cur Buttmanno credamus locum graviore aliqua labe contaminatum statuenti. Confirmatur haec ratio etiam eo, quod prius illud καὶ cum ἂν consociatum referri oportet ad apodosin λυσιτελούντως ἡμᾶς ἕξειν, ubi protasi absoluta de more iteratum legitur. Recte iam Ficinus: Nonne, si quis agit quidem quod novit, aut nosse existimat, addit autem scientiam optimi, sequitur, ut utiliter agat et ad se ipsum et ad rempublicam?

D. εἴπερ γε μᾶλλον προθυμήσονται πράττειν μὲν ταῦτα] Quod vulgo legebatur προθυμήσονται μὲν πράττειν, id quia eo pervertitur oppositionis ratio, Bekker. recte ex optimis libris emendavit. Stobaeus tamen, qui hunc locum inde a verbis Οὐκοῦν φαμὲν πάλιν usque ad τὸν ἀσφαλῶς μέλλοντα πλεῖν inseruit Florileg. T. I. p. 103. ed. Gaisf. Lips., μὲν omisso scriptum exhibet: εἴπερ γε προθυμήσονται μᾶλλον πράττειν ταῦτα. Itaque dubitamus de voculae illius auctoritate, siqui-

οἰηθῶσιν εἰδέναι, πράττοντες δὲ βλάπτεσθαι τὰ πλείω μᾶλλον ἢ ὠφελεῖσθαι.

ΑΛ. Ἀληθέστατα λέγεις.

Cap. X. *ΣΩ.* Ὁρᾷς οὖν, ὅτε γ' ἔφην κινδυ-
E νεύειν τό γε τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν κτῆμα, ἐάν τις ἄνευ τῆς τοῦ βελτίστου ἐπιστήμης κεκτημένος ᾖ, ὀλιγάκις μὲν ὠφελεῖν, βλάπτειν δὲ τὰ πλείω τὸν ἔχοντ' αὐτό, ἆρ' οὐχὶ τῷ ὄντι ὀρθῶς ἐφαινόμην λέγων;

Cap. X. *ὅτε γ' ἔφην*] γ' om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Dein *κινδυνεύειν* cum Bekker. ex corr. Par. F. dedi pro vulg. *κινδυνεύει*. Infinitivum habet etiam Stobaeus Floril. T. I. p. 103. ed. Gaisf. Lips.

dem vel incerta sedes eam suspectam reddit. Ceterum etiam haec: *πράττοντες δὲ — ὠφελεῖσθαι*, ex *ἐπιθυμήσονται* pendere manifestum est.

Cap. X. *Ὁρᾷς οὖν, ὅτι —*] Displicet istud *ἆρ' οὐχὶ τῷ ὄντι ὀρθῶς ἐφαινόμην λέγων;* ita post irrisionis formulam *Ὁρᾷς οὖν* subiunctum. Platonem quidem meminimus hanc formulam usurpare elegantius. v. ad Symp. p 202. D. Gorg. p. 475. E. Apolog. p. 24. D.

E. *μέλλοντα πλεῖν, ὅσωπερ ἂν μὴ πρότερον ἐπουρίσῃ τ. τ. ψυχῆς. ἄνευ γὰρ ταύτης —*] In hac scriptura loci vexatissimi ac difficillimi libri mss. fere consentiunt, nisi quod codd. Flor. a. c. n. o. Vind. 2. Ven. *ΣΥ*. Par. C. et Angel. *μὴ πρότερον*, omittunt; Flor. n. *ὅσαπερ ἂν εὐπορήσῃ*, Bodl. Ven. *Π*. Par. G. *ἐπουρήσῃ*, et ed. Bas. 2. *ἐπουριάσῃ* scriptum habent; denique Flor. d. et ex corr. Coisl. pro *ὅσωπερ ἂν* praebent *ὅσῳ γὰρ ἂν μὴ πρότερον κ. τ. λ.* Iam audi criticorum coniecturas. I. G. Schneider igitur totum locum ita refingendum censuit: — *μέλλοντα πλεῖν. ἄνευ γὰρ ταύτης, ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ σώματος ῥώμην ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ὅσωπερ ἂν ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς, τοσούτῳ μείζω ἁμαρτήματα ἀπ' αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἔοικε, γίγνεσθαι.* Buttmannus arrepta codicis Coisl. scriptura, legendum censuit: *ὅσῳ γὰρ ἄνευ ταύτης... ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς ἢ περὶ χρ. κτῆσιν κ. τ. λ.*, ita quidem, ut post *ταύτης* loco verborum *μὴ πρότερον* lacunam esse statueret; quanquam deinde, retractata hac sententia, scriptorem Iliad. *β*, 148. ob oculos habuisse atque ita scripsisse existimavit: *ὅσῳ γὰρ ἂν λαβρότερον ἐπαιγίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς.* Etiam Bekker. traiectione illa probata sine librorum auctoritate scripsit: *ἄνευ γὰρ ταύτης ὅσωπερ ἂν μὴ πρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν κ. τ. λ.*, a qua ratione nec Lennepius procul abfuit ad Phalar. Epist. p. 87. scribendum ratus: *ἄνευ γὰρ ταύτης, ὅσωπερ ἂν λαμπρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς κ. τ. λ.* coll. Eurip. Andr. 555. 661. Aeschyl. Agam. 227. Bekkerum porro secutus Wexius Commentat. de Loco Mathem. in Plat. Menone p. 51. totum locum sic emendare conatus est: *ἄνευ γὰρ ταύτης ὅσω-*

ΑΛ. Καὶ εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ νῦν μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Δεῖ ἄρα καὶ πόλιν καὶ ψυχὴν τὴν μέλλουσαν ὀρθῶς βιώσεσθαι ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀντέχεσθαι, ἀτεχνῶς ὥςπερ ἀσθενοῦντα ἰατροῦ ἢ τινος κυβερνήτου τὸν ἀσφαλῶς μέλλοντα πλεῖν, ὅσῳ περ 147
ἂν μὴ πρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς. ἄνευ γὰρ ταύτης ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ σώματος ῥώμην

P. 147. ὅσῳπερ ἂν μὴ πρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς. ἄνευ γὰρ ταύτης ἢ περὶ χρ] Varias lectiones vide infra adscriptas.

περ ἂν μὴ πραότερον ἐπ. κ. τ. λ., i. e. quo minus tranquillus et ab omni perturbatione alicuius animus liber fuerit. Sauppius scribendum censuit: ὅσῳ γὰρ ἂν λαβρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς τύχης (quod iam Dacierius coniecit) ἄνευ ταύτης ἢ περὶ κ. τ. λ. Hermannus maluit: ὅσῳ περ ἂν λαμπρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς τύχης, Lennepium et Sauppium secutus. Habes varias criticorum sententias, quae quidem nobis innotuerunt. Restat, ut iam nostram expromamus coniecturam aliquam. Scribendum enim nunc suspicamur: μέλλοντα πλεῖν. ἄνευ γὰρ ταύτης ὅσῳ περ ἂν λαμπρότερον ἐπουρίσῃ [τὸ τῆς ψυχῆς] ἢ περὶ χρημάτων κ. τ. λ., ut sententia verborum haec sit: Nam absque hac quo magis ea secundo vento usa fuerit vel ad opum possessionem vel ad corporis robur, vel ad aliud quid istius generis, tanto maiora inde peccata, ut videtur, existant necesse est. Nimirum plura liquet hic perturbata esse. Nam primum quidem τὸ τῆς ψυχῆς inepte intrusum est, sicuti arguit ipsa sententia, quandoquidem non de uno animo, sed de civitate agitur. Nempe repetendum ex superioribus πόλις καὶ ψυχή. Deinde verba ὅσῳ περ — ἐπουρίσῃ importune ante ἄνευ γὰρ ταύτης intrusa sunt, sicuti verissime iam ab aliis est animadversum. Porro ἐπουρίσῃ male acceperunt sensu activo, quum positum sit intransitive de eo, qui secundo vento vehitur, ut οὔριον πλεῖν, et similia. v. Valcken. ad Theocrit. p. 189. Bast. ad Longin. p. 639. ed. Weisk. coll. Aristoph. Thesm. 1226. τρέχε νῦν, τρέχε νῦν, κατὰ τὰς κόρακας ἐπουρίσας. Praeterea λαμπρότερον, a Lennepio coniectura felicissima restitutum, non satis animadversum est etiam de vento et navigatione usurpari, sicuti demonstraverunt Dorvill. ad Chariton. p. 268. ed. Lips. = p. 114. ed. prim. Held. ad Plutarch. Aemil. Paull. p. 287. Denique non satis attenderunt οὔριον πλεῖν, ἐξ οὐρίας πλεῖν, ἐν οὐρίῳ πλεῖν, οὔριος πλοῦς, οὐρίζειν, al. nota metaphora transferri ad prosperum fortunae successum, sicuti prudenter monuit Lennepius l. c., quod ipsum etiam verbo ἐπουρίζω vel ἐπουριάζω ita factum est, ut Euripid. Androm. v. 611.

ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, τοσούτῳ μείζω ἁμαρτήματα ἀπ' αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἔοικε, γίγνεσθαι. ὁ δὲ δὴ τὴν καλουμένην πολυμάθειάν τε καὶ πολυτεχνίαν κεκτημένος, ὀρφανὸς δὲ ὢν ταύτης τῆς ἐπιστήμης, ἀγόμενος δὲ ὑπὸ μιᾶς ἑκάστης τῶν ἄλλων, ἆρ' οὐχὶ τῷ ὄντι δικαίως πολλῷ χειμῶνι
B χρήσεται, ἅτ', οἶμαι, ἄνευ κυβερνήτου διατελῶν ἐν πελάγει, χρόνον οὐ μακρὸν βίον θέων; ὥςτε ξυμβαίνειν μοι δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα τὸ τοῦ ποιητοῦ, ὅ λέγει κατηγορῶν πού τινος, ὡς ἄρα πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δέ, φησίν, ἠπίστατο πάντα.

ΑΛ. Καὶ τί δή ποτε ξυμβαίνει τὸ τοῦ ποιητοῦ, ὦ Σώκρατες; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδ' ὁτιοῦν δοκεῖ πρὸς λόγον εἰρηκέναι.

ΣΩ. Καὶ μάλα γε πρὸς λόγον· ἀλλ' αἰνίττεται, ὦ βέλτιστε, καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι δὲ ποιηταὶ σχε-

τὴν κ. πολυμάθειαν] Vat. Ven. Π. Par. G. φιλομαθίαν. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BC. Vind. 2. 9. Ang. u. v. Flor. b. c. i. n. o. πολυμαθίαν.

B. χρόνον οὐ μ. βίον θέων;] V. θεῶν. Par. G. θέων, quod Steph. restituendum vidit. Bodl. accentum omittit.

καὶ οἱ ἄλλοι δὲ π.] οἱ om. Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G.

ἔστι τε γὰρ φύσει] γὰρ vulgo omissum codd. plerique omnes praebuerunt.

C. φύσει τοιαύτη εἶναι] τοσαύτη Bodl. probante Herm.

τὸν θειότατόν τε καὶ σοφώτατον] Vulgo invitis codd. fere omnibus scribebatur τὸν σοφώτατόν τε καὶ θειότατον.

P. 147. B. χρόνον οὐ μακρὸν βίον θέων;] Verba haud dubie corrupta Stephanus emendabat sic, ut βίου scribendum putaret. Quae mihi videtur verissima esse emendatio, siquidem appositio vix locum habet. Eadem etiam Hermanno probata est. Vocem οὐ Schleiermach. olim abiiciendam putavit, nunc tamen tuetur, locum ita interpretans: als einer, der, wie ich glaube, ohne Steuermann auf hoher See bleibend, nicht lange Zeit freilich, nur sein Leben lang, umhertreibt.

πολλὰ μὲν ἠπίστατο — πάντα] Versiculus ex Homeri Margite depromtus, a Wassenberghio ad Vitas Homeri p. 11. ita scriptus fuisse putatur: πολλὰ μὲν ἤδεεν ἔργα, κακῶς δὲ μάλ' ἤδεε πάντα. Sensum verborum patet hunc esse: multa quidem scire sibi videbatur, nec vero quidquam sciebat accurate. Quum vero ita non probetur Homeri auctoritate quod Socrates volebat, scientiam sae-

δόν τι πάντες. ἔστι τε γὰρ φύσει ποιητικὴ ἡ ξύμπασα αἰνιγματώδης καὶ οὐ τοῦ προςτυχόντος ἀνδρὸς γνωρίσαι· ἔτι δὲ πρὸς τῷ φύσει τοιαύτη εἶναι, ὅταν C λάβηται ἀνδρὸς φθονεροῦ τε καὶ μὴ βουλομένου ἡμῖν ἐνδείκνυσθαι, ἀλλ' ἀποκρύπτεσθαι ὅ τι μάλιστα τὴν αὑτοῦ σοφίαν, ὑπερφυῶς δὴ τὸ χρῆμα ὡς δύςγνωστον φαίνεται, ὅ τι ποτὲ νοοῦσιν ἕκαστος αὐτῶν. οὐ γὰρ δήπου Ὅμηρόν γε τὸν θειότατόν τε καὶ σοφώτατον ποιητὴν ἀγνοεῖν δοκεῖς, ὡς οὐχ οἷόν τε ἦν ἐπίστασθαι κακῶς. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ λέγων τὸν Μαργίτην πολλὰ μὲν ἐπίστασθαι, κακῶς δέ, D φησί, πάντα ἠπίστατο. ἀλλ' αἰνίττεται, οἶμαι, παράγων τὸ κακῶς μὲν ἀντὶ τοῦ κακοῦ, τὸ δὲ ἠπίστατο ἀντὶ τοῦ ἐπίστασθαι. γίγνεται οὖν συντεθὲν ἔξω μὲν τοῦ μέτρου, ἔστι δ' ὅ γε βούλεται, ὡς πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακὸν δὲ ἦν αὐτῷ ἐπίστασθαι ταῦτα πάντα. δῆλον οὖν, ὅτι, εἴπερ ἦν αὐτῷ κακὸν τὸ

ὡς οὐχ οἷόν τε] V. ὅτι οὐχ οἷόν τε. Illud debemus Vat. Ven. *II*. Par. G. Flor. d. In Bodl. ὡς vel ὅτι omissum est.

D. τὸν Μαργίτην] Bodl. Vat. Ven. *II*. Par. G. scribunt Μαργείτην.

κακῶς δέ, φησί, π. ἠπίστατο] V. ἐπίστασθαι. Plurimi libri ἐπίσταται. Coisl ἐπίστατο. Unde Bekkerus verissime eruit ἠπίστατο, quod proxima requirunt. Mox ὅ γε βούλεται cum eodem Bekkero dedimus pro vulg. ὅ τι βούλεται. Nam ὅτε vel ὅ τε βούλ. Vat. Ven. *II*. Par. G. Flor. d. et a pr. m. Ven. Ξ. Par. F. ὅ γε habet Par. F. a m. recent.

penumero esse inutilem atque noxiam; verba poetae arguto lusu pervertuntur, ita quidem, ut pro κακῶς statuatur eum dicere voluisse κακόν, et pro ἠπίστατο ἐπίστασθαι. Quocirca Socrates poetam hoc dixisse arbitratur: πολλὰ μὲν ἠπίστατο πάντα, κακὸν δὲ ἐπίστασθαι, πάντα, sc. αὐτῷ ἦν. Quod quam sit arbitrarium, ut cum Plauto loquamur, neminem latebit. Sed nimirum imitatus est scriptor ipsum Platonem, qui poetarum dicta saepenumero argute magis quam vere explicavit. Quanquam philosophus hoc ita tantum sibi indulsit, si sophistas vel alios id genus homines ridere et illudere vellet. Dictionem πρὸς λόγον εἰρηκέναι ad Protagor. p. 343. D. explicavimus.

C. ἔτι δὲ πρὸς τῷ φύσει τοιαύτη εἶναι —]. Sc. ἡ ποιητική: unde apparet accusativum τοιαύτην non fuisse suscipiendum. Deinde subiectum orationis mutatur illato τὸ χρῆμα, sc. τῆς ποιητικῆς, cui reliqua accommodantur omnia.

πολλὰ εἰδέναι, φαῦλός τις ὢν ἐτύγχανεν, εἴπερ γε πιστεύειν δεῖ τοῖς προειρημένοις λόγοις.

E ΑΛ. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ἢ χαλεπῶς γ' ἂν ἄλλοις τισὶ πιστεύσαιμι λόγοις, εἴπερ μηδὲ τούτοις.

ΣΩ. Καὶ ὀρθῶς γέ σοι δοκεῖ.

ΑΛ. Πάλιν αὖ μοι δοκεῖ.

Cap. XI. ΣΩ. Ἀλλὰ φέρε πρὸς Διός. ὁρᾷς γὰρ δήπου τὴν ἀπορίαν, ὅση τε καὶ οἵα· ταύτης δὴ καὶ σύ μοι δοκεῖς κεκοινωνηκέναι· μεταβαλλόμενος γέ τοι ἄνω καὶ κάτω οὐδ' ὁτιοῦν παύει, ἀλλ' ὅπερ ἂν μάλιστά σοι δοξῃ, τοῦτο καὶ ἐκδεδυκέναι
148 αὖ καὶ οὐκέτι ὡσαύτως δοκεῖν. εἰ οὖν σοί γ' ἔτι καὶ νῦν ἐμφανὴς γενόμενος ὁ θεὸς, πρὸς ὃν τυγχάνεις πορευόμενος, ἐρωτήσειε, πρὶν ὁτιοῦν εὔξασθαί σε, εἰ

εἴπερ γε πιστεύειν δεῖ τοῖς πρ.] Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. δέοι. Vulgo δεῖ, quod tenendum, recte iudicante Herm.

E. ΑΛ. Πάλιν αὖ μοι δοκεῖ] Haec verba, quae vulgo desiderabantur, debemus Bas. 2. Bodl. Coisl. Vat. Ven. Π. Par. CEFG. Vind. 2. 9. Flor. b. d. i. n. o. Ang. u. v.

Cap. XI. ταύτης δὴ καὶ σύ μοι δοκεῖς] Substitui δὴ in locum vulg. δὲ auctoritate Bodl. Vat. Ven. Π. Par. F.

ἀλλ' ὅπερ ἂν μάλιστα —] ἀλλ' ὅ τι ἂν Bodl. Vat. Ven. Π.

ἐκδεδυκέναι] Coisl. ἐκδεδωκέναι.

P. 148. εἰ ἐξαρκέσει σοι] ἐξαρκέσειε Vat. Ven. Π. Par. G. Iidem mox ἐν ἀρχῇ τι ἐλέγετο.

εἴτε καὶ αὐτῷ σοι] καὶ om. Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. quod vide ne grammatici eiecerint voculae repetitionem moleste ferentes.

E. Πάλιν αὖ μοι δοκεῖ.] Haec verba sive Socrati continuentur sive tribuantur Alcibiadi, admodum insulse interposita sunt.

Cap. XI. E. μεταβαλλόμενός γέ τοι ἄνω καὶ κάτω] De consilii inope dictum. v. ad Phaedr. p. 278. D.

τοῦτο καὶ ἐκδεδυκέναι — δοκεῖν] Infinitivi apti nexique sunt e superiore illo δοκεῖς, etsi inde ab μεταβαλλόμενος γέ τοι libera intercessit oratio neque aliunde suspensa. Aliud huius generis exemplum iam supra notavimus p. 142. B. et ad Lachet. p. 186. B. Quanquam igitur fatendum est structuram verborum esse paullo negligentius factam, tamen nihil in iis mutari oportere certissime affirmamus. Nam ne illud quidem moleste ferendum, quod post δοκεῖς iterum δοκεῖν subiunctum est. conf. Criton. p. 45. E. Mirabilis vero usus est verbi ἐκδῦναι, quod dicitur de mutata animi sententia, licet nulla ad-

ἐξαρκέσει σοι ἐκείνων τι γενέσθαι ὧνπερ καὶ ἐν ἀρχῇ ἐλέγετο, εἴτε καὶ αὐτῷ σοι ἐπιτρέψειεν εὔξασθαι, τί ποτ' ἂν οἴει ἢ τῶν παρ' ἐκείνου διδομένων λαμβάνων ἢ αὐτὸς εὐξάμενος γενέσθαι τοῦ καιροῦ τυχεῖν;

ΑΛ. Ἀλλὰ μὰ τοὺς θεούς, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν ἔχοιμί σοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, οὕτως· ἀλλὰ μάργον τί μοι δοκεῖ εἶναι, καὶ ὡς ἀληθῶς πολλῆς φυλακῆς, ὅπως μὴ λήσει τις αὐτὸν εὐχόμενος μὲν κακά, δοκῶν δὲ τὰ ἀγαθά, ἔπειτ' ὀλίγον ἐπισχών, ὅπερ καὶ σὺ ἔλεγες, παλινῳδῇ, ἀνευχόμενος ἅττ' ἂν τὸ πρῶτον εὔξηται. B

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐχὶ εἰδώς τι πλέον ἡμῶν ὁ ποιητής, οὗ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου ἐπεμνήσθην, τὰ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν ἐκέλευεν;

ΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

εἰπεῖν, ὦ Σ., οὕτως] οὕτως e Bodl. Coisl. Vat. Ven. Π. Par. BCG. Ang. u. v. Vind. 2. 9. Flor. a. b. c. d. i. n. o. adiectum vulgo deerat.

B. ὅπως μὴ λήσει] Librorum scripturam λήσῃ correxit Buttmann. conf. ad p. 138. B.

παλινῳδῇ, ἀνευχόμενος —] Libri plurimi iique partim optimi παλινῳδίαν εὐχόμενος: errore manifesto. Dein ἅττ' ἂν vere Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. pro vulg. ἅττα τοπρῶτον. Correxerat Valcken. ad Herodot. VIII. p. 647.

τὰ δεινὰ καὶ εὐχομένοις] δῆλα Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. unde Buttmannus supra δειλὰ scribendum censebat. Dein ἐκέλευεν librorum longe plurimorum auctoritate scripsimus.

Ἔμοιγε δοκεῖ] V. Ἐμοὶ μέντοι δ. quod e Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. mutatum.

sit comparatio vel imago, quae ad eam rationem deducere potuerit. Nempe scriptor ob oculos videtur habuisse Theaet. p. 145. C. ἀλλὰ μὴ ἀναδύου τὰ ὡμολογημένα σκηπτόμενος, quod recte interpretatur Heindorfius: ne retracta quod pepigisti. Euthydem. p. 302. E. οὐκ ἔστι γάρ μοι ἀνάδυσις, neque enim mihi sententiam meam retractare licet.

P. 148. ἀλλὰ μάργον τί μοι δοκεῖ] Non puto quidquam mutandum esse, etiamsi concedendum est scriptorem loqui perplexe. Fatuus enim lusus, quo scriptor Margitem Homeri antea memoratum respexit, haud dubie effecit, ut vulgaris loquendi consuetudo ab eo negligeretur. Hoc igitur dicit Alcibiades: Sed stolidum quiddam mihi videtur esse, sic statim id indicare velle, ac multa sane indigere cautione, ne quis insciens mala precetur, quum sibi videatur precari bo-

ΣΩ. Τοῦτον μὲν τοίνυν, ὦ Ἀλκιβιάδη, καὶ
C Λακεδαιμόνιοι τὸν ποιητὴν ἐζηλωκότες, εἴτε καὶ αὐ-
τοὶ οὕτως ἐπεσκεμμένοι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἑκά-
στοτε παραπλησίαν εὐχὴν εὔχονται, τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς
ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὖ σφίσιν
αὐτοῖς· πλεῖον δ' οὐδεὶς ἂν ἐκείνων εὐξαμένων ἀκού-
σειε. τοιγαροῦν εἰς τὸ παρῆκον τοῦ χρόνου οὐδένων
ἧττον εὐτυχεῖς εἰσὶν ἄνθρωποι. εἰ δ' ἄρα καὶ ξυμ-
βέβηκεν αὐτοῖς, ὥςτε μὴ πάντα εὐτυχεῖν, ἀλλ' οὐ
διὰ τὴν ἐκείνων εὐχήν· ἐπὶ τοῖς θεοῖς δ' ἔστιν, οἶ-
μαι, ὥςτε καὶ διδόναι ἅττ' ἂν τις εὐχόμενος τυγ-
D χάνῃ καὶ τἀναντία τούτων. Cap. XII. Βούλομαι
δέ σοι καὶ ἕτερόν τι διηγήσασθαι, ὅ ποτ' ἤκουσα
[τῶν] πρεσβυτέρων τινῶν, ὡς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαι-
μονίοις διαφορᾶς γενομένης ξυνέβαινεν ἀεὶ τῇ πόλει
ἡμῶν, ὥςτε καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ὁπότε

C. *καὶ ἰδίᾳ καὶ δ.*] Prius *καὶ* om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. v. ad p. 148. A.

εἰς τὸ παρῆκον τοῦ χρόνου οὐδένων] Post *χρόνου* vulgo inseritur *καί*, quod exterminavimus cum Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠ*. *Σ*. Par. BFG. Ang. u. v. Vind. 2. 9. Flor. a. b. c. d. i. n. o. Tuetur tamen Buttm., ut quod fortiorem reddat negationem. Non assentior.

ἀλλ' οὐ διὰ τ.] *ἀλλ' οὖν* libri fere omnes; quo exemplo rursus docemur vel optimos saepe in apertis vitiis conspirare. Nisi forte *ἀλλ' οὖν οὐ* legendum, quod in Flor. b. secunda manus restituit. conf. Sophist. p. 254. C. Phaedon. p. 91. B. Menon. p.

na. Heindorf. pro *μάργον* scribi volebat *μέρμερον*. Ast. vero *ἀλλὰ μὴν ἔργον τί μοι δοκεῖ εἶναι* maluit restitui. Post *ὡς ἀληθῶς — φυλακῆς* ut cum Sauppio *δεῖσθαι* adiiciatur, haudquaquam opus, praesertim quum *εἶναι* ita genitivo iunctum creberrimi usus sit.

C. *εἴτε καὶ αὐτοὶ οὕτως ἐσκεμμένοι*] Sic *εἴτε* in altero membro infertur Herodot. II, 125. *ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν δεύτερον εἵλκετο στοῖχον ἐπ' ἄλλης μηχανῆς· — εἴτε καὶ τὴν αὐτὴν μηχανὴν ἐοῦσαν μίαν τε καὶ εὐβάστακτον μετεφόρετον ἐπὶ στοῖχον ἕκαστον.* Sophocl. Oed. Tyr. 517. *λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν.*

κελεύοντες αὖ σφίσιν αὐτοῖς] etiam sibimet ipsis, sicuti poeta amico precatus est. Buttm. tamen haerens in isto *αὖ* legendum coniecit *ἀεί*. Sed noli scriptori invito talia obtrudere. Mox *εἰς τὸ παρῆκον τοῦ χρόνου* rursus insolenter dictum, unde vir doctus Miscell. Obss. T. II. p. 305. emendabat *πρὸς τὸ παρῆκον*. Sed tota haec loquutio redolet posterioris alicuius Graeculi officinam.

μάχη γένοιτο, δυςτυχεῖν καὶ μηδέποτε δύνασθαι κρα-
τῆσαι. τοὺς οὖν Ἀθηναίους ἀγανακτοῦντας τῷ
πράγματι, καὶ ἀπορουμένους, τίνι χρὴ μηχανῇ τῶν E
παρόντων κακῶν ἀποτροπὴν εὑρεῖν, βουλευομένοις
αὐτοῖς δοκεῖν κράτιστον εἶναι, πέμψαντας πρὸς Ἄμ-
μωνα, ἐκεῖνον ἐπερωτᾶν· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις τάδε,
καὶ ἀνθ' ὅτου ποτὲ Λακεδαιμονίοις οἱ θεοὶ μᾶλλον
νίκην διδόασιν ἢ σφίσιν αὐτοῖς, οἳ πλείστας, φάναι,
μὲν θυσίας καὶ καλλίστας τῶν Ἑλλήνων ἄγομεν, ἀνα-
θήμασί τε κεκοσμήκαμεν τὰ ἱερὰ αὐτῶν ὡς οὐδένες
ἄλλοι, πομπάς τε πολυτελεστάτας καὶ σεμνοτάτας
ἐδωρούμεθα τοῖς θεοῖς ἀν' ἕκαστον ἔτος, καὶ ἐτε-
λοῦμεν χρήματα, ὅσα οὐδ' οἱ ἄλλοι ξύμπαντες Ἑλ- 149
ληνες. Λακεδαιμονίοις δέ, φάναι, οὐδεπώποτ' ἐμέ-
λησεν οὐδὲν τούτων, ἀλλ' οὕτως ὀλιγώρως διάκειν-
ται πρὸς τοὺς θεούς, ὥςτε καὶ ἀνάπηρα θύουσιν

84. A. p. 86. E. De republ. p. 479. C. al. Atque id de nostra sententia Turr. ediderunt.

Cap. XII. D. [τῶν] πρεσβυτέρων τινῶν] τῶν addunt Bodl. Vat. Ven. *Π*. Iidem tamen ἤ τινων, unde Baiterus scite effinxit πρεσβυτέρων δή τινων. Sed ita τῶν eliminandum.

ὁπότε μάχη γένοιτο] Vulgatum ὁπόταν e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Flor. n. mutavimus.

E. ἀνθ' οὗ ποτὲ] ποτὲ om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Flor. d. Sed πότε ob praecedentem syllabam neglectum.

P. 149. ὅσα οὐδ' οἱ ἄλλοι ξ.] οἱ om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Flor. n. Dein vulgo erat οὐδέποτε, quod soli tenent Par. E. Ven. *Σ*. Vind. 9, Flor. b. i. d. n.

ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἐκείνων εὐχήν] sc. τοῦτο ξυμβέβηκεν.

Cap. XII. D. βούλομαι δέ σοι καὶ ἕτερόν τι δ.] Hanc narrationem ex quo fonte scriptor hauserit, ignoramus.

τοὺς οὖν Ἀθηναίους ἀγανακτοῦντας —] Quemadmodum alibi crebra est verbi δοκεῖ cum nominativo personae constructio, de qua explicavi ad Apolog. Socr. p. 21. C., ita hoc loco propter orationem obliquam ponitur accusativus sequentibus deinde verbis βουλομένοις αὐτοῖς δοκεῖν.

E. τάδε, καὶ ἀνθ' ὅτου —] Suspicor legendum esse καὶ τάδε, ἀνθ' ὅτου —·

P. 149. ὅσα οὐδ' οἱ ἄλλοι ξύμπαντες Ἕλληνες] Apte Köppen. comparat. Xenoph. Rep. Athen. 3, 3, qui Athenienses ait ἑορτάσαι ἑορτάς, ὅσας οὐδεμία τῶν Ἑλληνίδων πόλεων. Mem. Socr. III, 3, 12. ὅταν γε χόρος ἐκ τῆςδε τῆς πόλεως γίγνηται, — οὐδεὶς ἄλλοθεν τούτῳ ἐφάμιλλος γίγνεται.

ὥςτε καὶ ἀνάπηρα θύουσιν ἑκάστοτε] Ridiculum in

ἑκάστοτε καὶ τἆλλα πάντα οὐκ ὀλίγῳ ἐνδεεστέρως τιμῶσιν ἤπερ ἡμεῖς, χρήματα οὐδὲν ἐλάττω κεκτημένοι τῆς ἡμετέρας πόλεως. ἐπειδὴ εἰρηκέναι ταῦτά τε καὶ ἐπερωτῆσαι, τί χρὴ πράττοντας αὐτοὺς τῶν πα-
B ρόντων κακῶν ἀπαλλαγὴν εὑρεῖν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀποκριθῆναι τὸν προφήτην — τὸν γὰρ θεὸν οὐκ ἐᾶν δῆλον ὅτι — καλέσαντα δὲ αὐτόν, Ἀθηναίοις, φάναι, τάδε λέγει Ἄμμων· φησὶν ἂν βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ ξύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. τοσαῦτα εἰπεῖν, οὐκέτι περαιτέρω. τὴν γοῦν εὐφημίαν οὐκ ἄλλην τινά μοι δοκεῖ λέγειν ὁ θεὸς ἢ τὴν εὐχὴν αὐτῶν· ἔστι γὰρ τῷ ὄντι πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων. οἱ μὲν γὰρ
C ἄλλοι Ἕλληνες οἱ μὲν χρυσόκερως βοῦς παραστησάμενοι, ἕτεροι δ' ἀναθήμασι δωρούμενοι τοὺς θεοὺς

οὐκ ὀλίγῳ ἐνδεεστέρως] Libri ὀλίγως. Correxit Buttm.
εἰρηκέναι ταῦτά τε] τε om. Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. et Turr. Sauppius coni. ἐπειδὴ δ' εἰρηκέναι τ. offensus asyndeto. Hermannus autem ἐπεὶ δὴ seiunctim scripsit.

modum incuriam Lacedaemoniorum exaggeravit, quos non est verisimile unquam tantum piaculum publice admisisse. Sed nimirum hic quoque audire nobis videmur aliquem de schola declamatorem, qui rem adeo augere non dubitavit, modo sibi ipsi domi plaudere liceret. Deinde pro librorum scriptura ὀλίγως ἐνδεεστέρως de Buttmanni coniectura dedimus ὀλίγῳ ἐνδ.

οὐδὲν ἐλάττω χρήματα κ.] V. ad Alcib. I. p. 122. E., quo loco quod ampliores etiam fuisse dicuntur Lacedaemoniorum quam Atheniensium divitiae, consulto ibi Socrates rem auget.

B. ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀποκριθῆναι τὸν πρ.] In superioribus aliquoties notavimus loquutiones quasdam, quae minus probae viderentur ideoque impostorem arguerent. En nunc deprehendimus etiam formam verbi citeriori Graecitati propriam, quandoquidem ἀποκριθῆναι pro ἀποκρίνασθαι positum videmus. Vere enim Ammonius p. 21. Ἀποκριθῆναι καὶ ἀποκρίνασθαι διαφέρει. ἀποκριθῆναι μὲν γάρ ἐστι τὸ ἀποχωρισθῆναι· ἀποκρίνασθαι δὲ τὸ ἐρωτηθέντα λόγον δοῦναι. Quam observationem confirmant Thom. Mag. p. 96. Phrynichus p. 108. Eustath. ad Iliad. ε, 12. alii. Confirmari eandem usu loquendi et auctoritate scriptorum codicum abunde demonstrarunt Sturzius De Dialecto Alex. p. 148. et Lobeck. ad Phryn. l. c. Quum igitur in tot libris manuscriptis constanter scriptum sit ἀποκριθῆναι neque id scribarum errori deberi videatur, consequens est, ut scriptorem libri aetate Grae-

εὔχονται ἅττ' ἂν τύχῃ ταῦτα, ἐάν τ' ἀγαθὰ ἐάν τε κακά· βλασφημούντων οὖν αὐτῶν ἀκούοντες οἱ θεοὶ οὐκ ἀποδέχονται τὰς πολυτελεῖς ταυτασὶ πομπάς τε καὶ θυσίας. ἀλλὰ δοκεῖ μοι πολλῆς φυλακῆς δεῖσθαι καὶ σκέψεως, ὅ τι ποτὲ ῥητέον ἐστὶ καὶ μή. Cap. XIII. *Εὑρήσεις δὲ καὶ παρ' Ὁμήρῳ ἕτερα παραπλήσια τούτοις εἰρημένα. φησὶ γὰρ τοὺς Τρῶας ἔπαυλιν ποιουμένους*

ἔρδειν ἀθανάτοισι τεληέσσας ἑκατόμβας· D

τὴν δὲ κνῖσαν ἐκ τοῦ πεδίου τοὺς ἀνέμους φέρειν

οὐρανὸν εἴσω,

ἡδεῖαν· τῆς δ' οὔ τι θεοὺς μάκαρας δατέεσθαι,
οὐδ' ἐθέλειν· μάλα γάρ σφιν ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρὴ
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

B. *τὴν γοῦν εὐφημίαν*] Hermannus edidit *τήν γ' οὖν.* C. *ταυτασὶ πομπάς*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. G. Vulgo legebatur *ταύτας π.* Cap. XIII. D. *τεληέσσας ἑκ.*] Steph. *τελειέσσας*, libris invitis. Dein Vat. Bodl. *κνῖσαν.* Ven. *Π.* *κνῖσσαν.* Vulgo *κνίσσαν.*

citatis posteriore vixisse suspicemur.

καλέσαντα δὲ αὐτόν, Ἀθηναίοις, φάναι, τάδε λέγει] Hemsterhus. ad Lucian. Diall. Mort. 12, 2. p. 391. corrigendum censet: *καλέσαντα δὲ αὐτὸν Ἀθηναίους φάναι.* Quod probat Buttmannus, quia videlicet propheta dixerit: *Ὦ Ἀθηναῖοι, τάδε κ. τ. λ.* Ad eundem modum Xenoph. Symp. 2, 12. *καὶ ὁ Σωκράτης καλέσας τὸν Ἀντισθένην εἶπεν, οὔτοι — οἴομαι κ. τ. λ.* Et profecto istud *καλέσαντα* sic sine accusativo obiecti positum nonnihil habet offensionis. Ipsa tamen prophetae oratio nihil prohibet quominus haec fuisse putetur: *Ἀθηναίοις τάδε λέγει Ἄμμων.* Et ita eam a scriptore fuisse informatam ipsum verbum *φάναι* docere mihi videtur. Ceterum formula vatum deorum responsa edentium sollemnis fuit *Τάδε λέγει ὁ θεός.* De prophetis oraculorum v. Valcken. ad Herodot. VII, 111. Diodor. Sic. XVII, 51.

τὴν γοῦν εὐφημίαν —] Scribendum *δ' οὖν.* Non enim locum habere restrictionem quivis videbit. Nisi forte ipse scriptor non vidit.

Cap. XIII. C. *φησὶ γὰρ τοὺς Τρῶας —*] Versus in ipsius Homeri codicibus et vett. editt. desiderantur: ex hoc autem loco a Barnesio Homero sunt restituti et libro Iliad. VIII, 548. interpositi, quam rationem secutus est Wolfius, non item Heynius. conf. Wolfii Prolegg. p. XXXVII. et Heyn. ad Iliad. T. V. p. 511 sqq.

E ὥςτε οὐδὲν αὐτοῖς ἦν προὔργου θύειν τε καὶ δῶρα τελεῖν μάτην, θεοῖς ἀπηχθημένους. οὐ γάρ, οἶμαι, τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν, ὥςτε ὑπὸ δώρων παράγεσθαι, οἷον κακὸν τοκιστήν· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς εὐήθη λόγον λέγομεν, ἀξιοῦντες Λακεδαιμονίων ταύτῃ περιεῖναι. καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ
150 μὴ πρὸς τὴν ψυχήν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ. πολλῷ γε μᾶλλον, οἶμαι, ἢ πρὸς τὰς πολυτελεῖς ταύτας πομπάς τε καὶ θυσίας, ἃς οὐδὲν κωλύει πολλὰ μὲν εἰς θεούς, πολλὰ δ' εἰς ἀνθρώπους ἡμαρτηκότας καὶ ἰδιώτην καὶ πόλιν ἔχειν ἀν' ἕκαστον ἔτος τελεῖν. οἱ δέ, ἅτε οὐ δωροδόκοι ὄντες, καταφρονοῦσιν ἁπάντων τούτων, ὥς φησιν ὁ θεὸς καὶ θεῶν προφήτης. κινδυνεύει γοῦν καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις τοῖς νοῦν ἔχουσι δικαιοσύνη τε καὶ
B φρόνησις διαφερόντως τετιμῆσθαι. φρόνιμοι δὲ καὶ δίκαιοι οὐκ ἄλλοι τινές εἰσιν ἢ τῶν εἰδότων ἃ δεῖ πράττειν τε καὶ λέγειν καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους. βουλοίμην δ' ἂν καὶ σοῦ πυθέσθαι, ὅ τι ποτὲ ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα.

ΑΛ. Ἀλλ' ἐμοὶ μέν, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἄλλῃ

E. *ἦν προὔργου*] V. *προὔργου ἦν*, quod e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. mutatum.

οἷον κακὸν τοκιστήν] Gedikius coni. *δικαστήν*. male.

P. 150. *πολλῷ γε μᾶλλον*] *γε* additum est e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G.

θεῶν προφήτης] *προφήταις* Bodl. Vat. Ven. *Π*.

B. *πράττειν τε καὶ λέγειν*] Adieci *τε* e Coisl. Flor. d. In Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. *καὶ* post *λέγειν* deest.

Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν] *μὲν* om. Bodl. Ven. *Π*. Vat. Par. G.

E. *οὐδὲν αὐτοῖς ἦν προὔργου ἀπηχθημένους.*] Accusativus participii post dativum illatus, ut Reip. III. p. 409. A. p. 414. A. al. conf. Matth. Gr. § 536. ann.

τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν —] Persius Sat. 2. v. 48 sqq. At tamen hic extis et opimo vincere ferto Intendit: iam crescit ager, iam crescit ovile, Iam dabitur, iamiam! donec deceptus et exspes Necquidquam fundo suspiret numus in imo.

P. 150. *καὶ θεῶν προφήτης*] Recte Buttm. *καὶ ὁ θ. πρ.* legendum censet.

πῃ δοκεῖ ἢ ᾗπερ σοί τε καὶ τῷ θεῷ· οὐδὲ γὰρ ἂν εἰκὸς εἴη ἀντίψηφον ἐμὲ τῷ θεῷ γενέσθαι.

ΣΩ. Οὐκοῦν μέμνησαι ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ φάσκων εἶναι, ὅπως μὴ λάθῃς σεαυτὸν εὐχόμενος κακά, δοκῶν δὲ ἀγαθά; C

ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν, ὡς οὐκ ἀσφαλές σοί ἐστιν ἐλθεῖν πρὸς τὸν θεὸν εὐξομένῳ, ἵνα μηδ' ἂν οὕτω τύχῃ, βλασφημοῦντός σου ἀκούων οὐδὲν ἀποδέξηται τῆς θυσίας ταύτης, τυχὸν δὲ καὶ ἕτερόν τι προσαπολαύσῃς. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ κράτιστον εἶναι ἡσυχίαν ἔχειν. τῇ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων εὐχῇ διὰ τὴν μεγαλοψυχίαν — τοῦτο γὰρ κάλλιστον τῶν ἐν ἀφροσύνῃ γε ὀνομάτων — οὐκ ἂν οἶμαί σε ἐθέλειν χρῆσθαι. ἀναγκαῖον οὖν ἐστι περιμένειν, ἕως ἄν τις μάθῃ, ὡς δεῖ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους διακεῖσθαι. D

Cap. XIV. ΑΛ. Πότε οὖν παρέσται ὁ χρόνος οὗτος, ὦ Σώκρατες; καὶ τίς ὁ παιδεύσων; ἥδιστα γὰρ ἄν μοι δοκῶ ἰδεῖν τοῦτον τὸν ἄνθρωπον τίς ἐστιν.

τῷ θεῷ γενέσθαι] V. γίγνεσθαι, quod e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Flor. d. mutatum.

C. πρὸς τὸν θεὸν εὐξομένῳ] εὐξαμένῳ Flor. a. b. c. d. o. Vind. 2. Coisl. Ven. Σ. Par. BC.

κράτιστον εἶναι ἡσυχίαν] Vat. βέλτιον. Bodl. Ven. *Π*. Par. G. βέλτιστον, ex dittographia.

ἐν ἀφροσύνῃ γε ὀν.] γε om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Sauppius coni. τῶν ἐπ' ἀφρ.

B. οὐκ ἄλλοι τινές εἰσιν ἢ τῶν εἰδότων] Dici poterat vel οὐκ ἄλλοι τινὲς ἢ οἱ εἰδότες, vel οὐκ ἄλλοι τινὲς τῶν εἰδότων. Utramque constructionem in unum conflavit. conf. Matthiae Gr. §. 450. 2., ubi similis post modos comparativos verborum structura illustratur. Verum iam Buttmannus vidit. Winckelmannus ἢ deleri maluit.

ὅ τι ποτὲ ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα] h. e. quid tandem de his sentias: τί σοι δοκεῖ περὶ τούτων. Dictio a Platonis loquendi consuetudine aliena. Paullo aliter p. 143. A. εἴ τι ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα.

C. ἕτερόν τι προσαπο-

ΣΩ. Οὗτος, ᾧ μέλει περὶ σοῦ. ἀλλὰ δοκεῖ μοι, ὥςπερ τῷ Διομήδει φησὶ τὴν Ἀθηνᾶν Ὅμηρος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφελεῖν τὴν ἀχλύν,

ὄφρ' εὖ γιγνώσκοι ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα,

E οὕτω καὶ σοὶ δεῖν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πρῶτον τὴν ἀχλὺν ἀφελόντα, ἣ νῦν παροῦσα τυγχάνει, τὸ τηνικαῦτ' ἤδη προςφέρειν δι' ὧν μέλλεις γνώσεσθαι ἠμὲν κακὸν ἠδὲ καὶ ἐσθλόν. νῦν μὲν γὰρ οὐκ ἄν μοι δοκεῖς δυνηθῆναι.

ΑΛ. Ἀφαιρείτω, εἴτε βούλεται τὴν ἀχλὺν εἴτε ἄλλο τι. ὡς ἐγὼ παρεσκεύασμαι μηδὲν ἂν φυγεῖν τῶν ὑπ' ἐκείνου προςταττομένων, ὅςτις ποτ' ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, εἴ γε μέλλοιμι βελτίων γενέσθαι.

151 ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνος θαυμαστὴν ὅσην περὶ σὲ προθυμίαν ἔχει.

ΑΛ. Εἰς τότε τοίνυν καὶ τὴν θυσίαν ἀναβάλλεσθαι κράτιστον εἶναί μοι δοκεῖ.

D. *Οὗτος, ᾧ μέλει*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠ*. Par. G. Flor. b. d. Legebatur *Οὗτός ἐστιν, ᾧ μ.* In Bas. 2. et codd. Ven. *Σ*. Vind. 2. est: *Οὗτός τίς ἐστιν, ᾧ μ.* quod Stephano placebat.

Cap. XIV. E. *οὕτω καὶ σοὶ δεῖν*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Vulgo *σοῦ*, quod defendit Buttm. Sed ipsa membrorum concinnitas dativum postulat; praecedit enim *τῷ Διομήδει*. Dein Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. *τὴν ἀχλὺν ἀφελόντα*, pro vulg. *ἀφελόντα τὴν ἀχλύν*.

λαύσῃς] V. ad Criton. p. 54. A. Eodem modo *καρποῦσθαι* positum Reip. IX. p. 579. C.

Cap. XIV. D. *Οὗτος, ᾧ μέλει —*] Sic libri optimi pro vulg. *Οὗτός ἐστιν, ᾧ μέλει*. Edit. Bas. 2. *Οὗτός τις, ᾧ μέλει*, quod Stephano placebat. Nimirum Socrates semet ipsum significat.

ὥςπερ τῷ Διομήδει —] Respicitur locus Iliad. V, 127 sqq.

E. *εἴτε ἄλλο τι*] vel eorum etiam aliquid, quae mihi cara sunt. Nam ita haec sunt intelligenda, si aliquem sensum habitura sint.

P. 151. *Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνος θ.*] Videl. sicut tu ipse. Mirum vero quod Alcibiades ne nunc quidem sentit Socratem semet ipsum significare. Adeo stolidum adolescentem Plato certe non erat informaturus.

Ἀλλὰ πῶς, ὦ Σώκρατες; καὶ μὴν — περιθήσω] Ineptissima haec est imitatio loci Symp. p. 212. E. et p. 213. E. Praeterea ipsa verba habent nescio quid scabri et hiulci, quod qua medicina possit leniri equi-

ΣΩ. Καὶ ὀρθῶς γέ σοι δοκεῖ· ἀσφαλέστεροι γάρ ἐστιν ἢ παρακινδυνεύειν τοσοῦτον κίνδυνον.

ΑΛ. Ἀλλὰ πῶς, ὦ Σώκρατες; καὶ μὴν τουτονὶ τὸν στέφανον, ἐπειδή μοι δοκεῖς καλῶς ξυμβεβουλευκέναι, σοὶ περιθήσω· τοῖς θεοῖς δὲ καὶ στεφάνους καὶ τἆλλα πάντα τὰ νομιζόμενα τότε δώσομεν, B
ὅταν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐλθοῦσαν ἴδω. ἥξει δ' οὐ διὰ μακροῦ, τούτων θελόντων.

ΣΩ. Ἀλλὰ δέχομαι καὶ τοῦτο, καὶ ἄλλο δὲ ἄν τι τῶν παρὰ σοῦ δοθέντων ἡδέως ἴδοιμι δεξάμενον ἐμαυτόν. ὥςπερ δὲ καὶ ὁ Κρέων Εὐριπίδῃ πεποίηται τὸν Τειρεσίαν ἰδὼν ἔχοντα τὰ στέφη καὶ ἀκούσας ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀπαρχὰς αὐτὸν εἰληφέναι διὰ τὴν τέχνην, *Οἰωνὸν ἐθέμην*, φησί, *καλλίνικα *σα* στέφη· ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθ', ὥςπερ* C
οἶσθα σύ· οὕτω δὲ κἀγὼ παρὰ σοῦ τὴν δόξαν ταύ-

οὐκ ἄν μοι δοκεῖς δ.] Sic codd. plerique omnes. Soloece vulgo *δοκῇς*. conf. ad p. 138. C.

μηδὲν ἂν φυγεῖν] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. pro vulg. *φεύγειν*.

P. 151. *Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνος*] *ἐκεῖνος* Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G.

B. *καλλίνικα σὰ στέφη*] *σά*, quod in codd. deest, cum Buttmanno et Bekkero ex Eurip. Phoeniss. v. 895. adieci.

C. *ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθα*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*.

dem nondum video. Interim indicavisse iuvabit Astii coniecturam legendum putantis: — *τοσοῦτον κίνδυνον ἄλλως*. Alcib. *Καὶ μήν, ὦ Σ., τουτονὶ τ. στ. κ. τ. λ.*

B. *ἡδέως ἴδοιμι δεξάμενον ἐμαυτόν*] Mira haec loquutio est et, quantum sciam, nec apud Platonem nec apud ullum probatae Graecitatis auctorem reperta. Platonem meminimus dicere solere *ἡδέως ἂν δεξαίμην*. Praeterea mihi perpendas velim ipsam sententiam: *καὶ ἄλλο δὲ ἄν τι τῶν παρὰ σοῦ δοθέντων ἡδέως ἴδοιμι δεξάμενον ἐμαυτόν*: et videbis nihil ea esse ieiunius, imo nihil absurdius. Sed totus hic sermonis exitus talis est, ut vel solus arguat libri auctorem non esse Platonem, sed ineptum aliquem imitatorem. Audias enim postrema Socratis verba. „Quemadmodum Creon apud Euripidem, inquit, quum Tiresiam vatem coronatum conspexisset eumque propter artem suam audivisset de hostibus accepisse primitias, dicit: augurium existimo coronas tuas victrices: tempestate enim iactamur, ut nosti; ita ego quoque hoc indi-

την οἰωνὸν τίθεμαι. δοκῶ δέ μοι οὐκ ἐν ἐλάττονι κλύδωνι τοῦ Κρέοντος εἶναι, καὶ βουλοίμην ἂν καλλίνικος γενέσθαι τῶν σῶν ἐραστῶν.

Par. G. Vulgo *διακείμεθα.* Mox Buttm. haesit in voc. *δόξαν*, atque *δόσιν* legendum suspicatur, comparans Homericum illud, *δόσις ὀλίγη τε φίλη τε.* Sed recte vertit Schleierm. dieses dein Urtheil.

cium tuum augurium existimo. Videor autem mihi non minore quam Creon iactari tempestate, atque velim me amatorum tuorum victorem exsistere!" Nimirum ineptus tenebrio nugis suis tandem splendidum aliquem pannum assuit, sed eum talem, qui Socratem profecto parum deceat. Respexit autem locum Euripidis Phoeniss. 865 sqq.

Corrigenda.

Textus, quem vocant, Graecus, quantum adhuc iudicare licuit, emendatissime est expressus. Tollenda tamen duo leviora menda: In Lachete p. 80. vers. 16. = 194. D. post *καί μοι δοκεῖ* delendum est punctum. — In Charmid. p. 153. vers. 4. leg. *ἀπεργάζεσθαι* pro *ἀπεγράζεσθαι*. — In annotat. item leviora tantem emendanda restant qualia haec sunt. p. 57. ann. col. 2. vers. l. lege censet pro senset. — P. 66. col. I. vers. 5. ab inf. inter *ζῆν* et praecedenti interpone ex praepositionem, quae nescio quo casu excidit. — Pag. 112. Prolegg. ad Charm. p. 112. vers. 15. ab inf. lege suas sibi pro sua sibi. — P. 118. vers. 4. ab inf. lege o bone pro a bone.

Sed haec aliaque similia quum prope indigna sint mentione, quandoquidem facile ab unoquoque vel sine admonitione emendabuntur, tum unum Charmidis locum hic attingere non inutile erit, cuius veterem interpretationem imprudentes reliquimus, licet nos nunc aliter de eo sentire ex libri prolegomenis intelligi possit. Est is p. 170. A. ed. Steph. = p. 173. extr. ed. nostr. ubi verba *ὡς ἔστι τὸ αὐτὸ ἃ οἶδεν εἰδέναι κ. τ. λ.* iniuria tentavimus. Locus enim sic interpretandus est: Nam iam rursus non intelligo idem esse novisse et non novisse aliquem quae aut noverit aut non noverit, h. e. rerum scientiam et incientiam rem esse plane eandem. Quippe incantius sane Critias statuerat sui cognitionem eam vim habere, ut qui eam teneret, is etiam sciret *ἅ τε οἶδε καὶ ἃ μὴ οἶδεν*, scilicet rerum scientia imprudenter permutata cum proprii status sensu et conscientia. Atque hinc iam lucem suam accipiunt etiam consequentia: *ταὐτὸν οὖν ἐστιν ἐπιστήμη κ. τ. λ.* Argumentatur enim Socrates hunc in modum: Scientia scientiae, inquit, non aliam sciendi materiam sibi subiectam habet nisi ipsam scientiam. Est autem unaquaeque pro diversitate rerum sibi subiectarum ab alia diversa. Iam si scientia scientiae, ut tu putas, et scientiam et inscientiam tamquam materiam (obiectum vulgo vocant) subiectam sibi habet, nihil aliud certe poterit esse nisi mera scientia, qua non res ipsae sciuntur, sed illud unum, sciri vel nesciri. Iam vero si caret *rerum* scientia, omnino est inanis atque inutilis.

ERFORDIAE,
TYPIS HENNINGS & HOPF.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XX. SECT. II.

CONTINENS

PLATONIS CRATYLUM

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXV.

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. V. SECT. II.

CONTINENS

CRATYLUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXV

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1835.

DE

CRATYLO PLATONIS.

DE

CRATYLO PLATONIS.

De Cratylo Platonis etsi multo certius foret iudicium, si varias sophistarum et grammaticorum illius aetatis de vocabulorum originatione eiusque ad philosophiam usu sententias accurate cognitas haberemus, tamen ne temere hariolari cogamur, ipsa libri indoles facit, ut quae indicium habeat satis perspicuum, unde quid philosophus in hoc dialogo scribendo secutus sit, intelligamus. Nihil enim aliud egit, quam ut perversas hominum de vocabulorum originibus sententias earumque in philosophia abusum castigaret ostenderetque quum ipsum etymologiae studium a pravis initiis proficisci, quandoquidem vocabula nec uno hominum arbitrio inventa nec sola naturae necessitate imposita essent, tum veri cognitionem non e rerum nominibus, sed ex ipsa earum vi et natura hauriendam esse, ita ut perversae sophistarum et philosophorum etymologiae suam philosophandi rationem verique doctrinam opposuerit. Quum enim duae potissimum illa aetate vigerent de rerum natura opiniones, altera Eleaticorum, qui quidquid re vera esset, id volebant esse perpetuum, constans et immobile; Heracliteorum altera, qui quidquam esse negabant, omnia perpetua agitatione ferri iudicabant; utriusque rationis defensores id egerunt, ut vocabulorum etymologia ad decreta sua confirmanda abuterentur. Maxime tamen Heraclitei sese in hoc campo iactaverunt: id

quod ex ipso Cratyli argumento perspicitur: nam per totum fere sermonem horum potissimum exploditur perversitas. Quanquam nec Eleaticorum amicos ab ista ratione alienos fuisse ex eo suspicari licet, quod et Plato subinde vocabula ex eorum doctrina interpretatur, veluti p. 437., et teste Ammonio Hermia ad Aristot. De Interpret. p. 31 sqq. postea Megarici in eodem genere studiose elaboraverunt. Sed tamen Heraclitei maxime fuerunt et Sophistae eorum rationis tenaces, qui perversa ista etymologiae ratione abuterentur. Quos quidem philosophus hoc libro graviter admonuit longe aliam viam ad verum inveniendum ingrediendam esse, multoque esse consultius ipsarum rerum vim et naturam investigare, quam inani originationum lusu operam perdere.

Quo magis autem appareret, quanta cum vesania boni isti etymologi in exquirenda vocabulorum origine et significatione versarentur, Plato faciendum putavit, ut quam inepta illi comminisci solerent, copiosa exemplorum enumeratione demonstraret. Quo quidem nomine hic liber haud exiguam cum Euthydemo habet similitudinem. Nam in hoc sicuti vanae dialectices eiusque Protagoreae exempla cum proterva irrisione cumulantur, ita in Cratylo ineptae etymologiae specimnia exhibentur, ita quidem, ut haudquaquam dubitare liceat, quin ista omnia ad mentem sophistarum maximeque Protagoreorum ioculari imitatione explicata sint. Ex quo etiam illud diiudicare licebit, de quo vehementer dubitatum est, quid a Platone ludibrii gratia positum sit, quid serio graviterque disputatum. Neque enim dubitari potest, quin quae philosophus in universum contra Hermogenis et Cratyli rationem disputavit et quae extrema sermonis parte de rerum cognitione exposuit non ex nominibus sed ex ipsa rerum vi et natura repetenda, ea ipsius mentem et sententiam aperiant; quae autem ad exornandam illustrandamque etymologorum sophisticorum rationem ex mente Cratyli sunt explicata, ludibrii tantum et irrisionis gratia proferantur. Quod mirum est non esse ab iis animadversum, qui Platonem putaverunt de linguae et vocabulorum origine hoc libro suam sententiam explicare voluisse. Isti enim adeo nihil senserunt irrisionis, ut omnia atque singula pro philosophi decretis venditarint ideoque ei absurdissima quaeque commenta affinxerint. Ita Menagius ad Diogenem Laërt. p. 149. „Platonis, inquit, in Cratylo sunt fere omnia pseudetyma, pace tanti viri

liceat dixisse; sed de his alibi." Nec Tiedemannus Argument. Dialogg. Platon. p. 84 sqq. multo rectius iudicat. Irrisionem primi senserunt Garnierius in Memoires de Littérature T. XXXII. p. 190 — 217. et Tennemann. Histor. Philosoph. T. II. p. 340 sqq., qui tamen in alteram partem peccarunt, Platoni nihil serii relinquentes. Sed ut clarius perspiciatur, quodnam Platonis consilium in scribendo hoc libro fuerit, et quomodo sit in eo illustrando versatus, age argumentum operis more nostro exponamus.

Colloquentes inducuntur Hermogenes et Cratylus, qui ubi Socratem advenientem sunt conspicati, statim eum in sermonis advocant societatem. Contenderat autem Cratylus naturalem esse nominum omnium originem eaque de re disseruerat paullo obscurius. Itaque Hermogenes Socratem rogat, ut quid ipsi de hac re videatur, aperire ac declarare velit. Cui hic facete et urbane respondet rem adeo pulcram non esse mirandum tantis obvolutam iacere tenebris, nec vero se habere quid de ea statuat, praesertim quum non pretiosis illis Prodici scholis, pro quibus quinquagenae drachmae solvantur, interfuerit, sed iis tantum usus sit, quae una drachma veneant. Nihilominus se paratum ait esse communi studio cum Hermogene et Cratylo totum hunc locum pervestigare. Quo audito Hermogenes sibi quidem fatetur unice probari sententiam eorum, qui nomina usu et pactione rebus imposita esse statuant, displicere illorum opinionem, qui ea naturalia esse velint. init. — 384. E.

Hanc vero sententiam Socrates in controversiam vocat. Nam primum quidem ita accidere posse ait, ut uni eidemque rei aliud nomen publice, aliud privatim imponatur. Deinde vera iudicia a falsis discerni solere animadvertit, siquidem de rebus omnibus aut ipsarum naturae convenienter iudicemus aut parum accommodate ad eam statuamus, Ex quibus apparere ait iudicia nostra rebus ipsis vel respondere vel non respondere. Iudiciorum autem et enuntiatorum partes quia sint nomina et vocabula, consequens esse, ut haec quoque vera et falsa esse possint. Huc denique accedere etiam illud arbitratur, quod, si nomina usu et consuetudine valeant, unus idemque homo eidem rei varia ac diversa nomina possit tribuere, quae omnia pro rectis habenda sint.

Verum Hermogenes his argumentis se ne tantillum quidem a sententia sua demoveri patitur, sed pertinaciter nominum originem et usum ab hominum arbitrio atque consuetudine repetendum esse contendit. P. 384. E. — 385. E.

Quoniam vero haec sententia ita comparata est, ut originem nominum arbitrariam, vel, ut cum nostratibus loquar, subiectivam esse sumat, prudenter Socrates ante omnia dispiciendum arbitratur, num vere Protagoras iudicaverit res omnes tales esse, quales cuique appareant, adeoque hominem earum quasi quandam esse mensuram, an illae vi sua per se constare existimandae sint. Et illud quidem manifestum arbitratur, probata Protagorae opinione omne tolli prudentiae et imprudentiae, sapientiae et insipientiae discrimen, quoniam quod cuique videretur, idem etiam pro vero habendum esset. Eadem de causa etiam Euthydemi sententiam arbitratur repudiari oportere, omnia omnibus simul atque similiter convenire statuentis. Nam hoc quoque decreto malorum bonorumque discrimen omne funditus tolli. Quum igitur nec omnibus omnia similiter et simul conveniant, nec singulis singula talia sint, qualia appareant, consequens ait esse, ut res ipsae per se suam sibi habeant propriamque naturam, quae non ex hominum sensu et arbitrio pendeat. P. 385. E. — 386. E.

His ita expositis et ab Hermogene comprobatis Socrates porro ita argumentatur. Si res vi sua constant nec ab hominum sensibus pendent, etiam actiones ad eas spectantes similiter comparatae sint necesse est. Quocirca illae nec ab arbitrio et voluntate nostra suspensae sunt, et suam sibi tuentur vim atque naturam. Inter actiones autem referenda etiam oratio est. Quocirca si quis recte loquuturus est, facere id debet naturae orationis convenienter. Est autem orationi subiecta nominatio, quae et ipsa inter actiones numeratur. Quocirca etiam res nominare debemus, prouti nominationis naturae est consentaneum, ut etiam hac in re omnis exclusa videatur arbitrii temeritas. P. 386. E. — 387. D. — Praeterea nomina sunt quasi quaedam instrumenta, quibus utimur, ut nos invicem de rebus edoceamus et quae inter se diversa sunt, accurate discernamus. Itaque is demum iis recte utetur, qui docendi peritus est. Utitur autem ille nominibus tanquam aliunde acce-

pfis. Sunt enim usu et consuetudine sancita, ut opus alicuius legislatoris esse videantur. Ex quo apparet non cuiusvis esse vocabula effingere et procudere, sed eius potius, qui rei satis peritus sit, quem legislatorem dicimus. P. 387. D. — 388. E. — Iam etiam illud vide, quid legislator in fingendis nominibus sequatur. Etenim sicut omne instrumentum accommodatum esse debet ei rei, cuius usui inserviat, ita etiam nomina sonis ac syllabis suis earum rerum naturae convenient et respondebunt, quae iis significantur. Sunt igitur voces rerum ipsarum quasi quaedam imagines, de quarum recta ratione is demum optime iudicabit, qui rectum nominum usum teneat, h. e. dialecticus. Ex quo perspicuum est non cuiusvis esse vocabula fingere et nomina rebus ponere, sed amplectenda Cratyli sententia est, qui nomina naturalia esse arbitratur ideoque eum demum vult esse idoneum nominum fictorem, qui naturam ducem sequutus rerum proprietates literis atque syllabis callide et prudenter exprimere sciat. P. 388. E. — 390. E.

His explicatis Hermogenes habere se negat, quomodo ea, quae disputata sint, refellat et coarguat. Nec tamen rem sibi iam fatetur esse certam et exploratam, ideoque Socratem rogat, ut in quanam re naturalis ista nominum rectitudo *) posita sit, subtilius exponat. Hic vero istius rei gratia sophistas adeundos esse respondet utpote eius peritissimos; quibus quoniam Hermogenes propter paupertatem suam non possit magnam istam persolvere institutionis mercedem, hoc unum ei faciendum restare, ut Calliam fratrem precibus adeat, ut is quid in his rebus recte, quid falso statuatur, ex Protagorae ratione ab ipso percepta diiudicet. Sed Hermogenes totam Protagorae rationem sibi improbari ait, ideoque ne ea quidem sibi esse placitura, quae ex ea colligantur atque repetantur.

Itaque Socrates ipse ludibundus: ab Homero igitur, inquit, discenda est recta nominum ratio; is enim linguam deorum atque hominum discernit; deos autem certum est naturalem nominum rationem optime perspectam habere. Narrat autem Homerus fluvium Troiae a diis

*) Et brevitatis et perspicuitatis causa hoc vocabulo utimur, quod bene novimus Iustiniani demum aetate esse frequentatum.

Xanthum, Scamandrium ab hominibus vocatum esse; idemque commemorat avem quandam, quae a diis chalcis appellata sit. Sed haec atque alia id genus fortasse abstrusiora sunt magisque recondita, quam ut a nobis facile possint intelligi. Scamandrii autem et Astyanactis nomen, quod utrumque Hectoris filio datum esse narratur, certe fortasse a nobis indagari poterit. Narrat enim Homerus Hectoris filium a Troianis vocatum esse Astyanacta: ergo idem a mulieribus Scamandrius appellatus est. Iam vero viri mulieribus sunt prudentiores. Itaque rectius ille Astyanax vocatus videtur. Cuius nominis ratio aperta est et manifesta. Quia enim Hector, ipso Homero teste, urbem murosque tutatus est, filium eius regem urbis appellaverunt. Enimvero ipsius Hectoris nomen significat eum, qui urbem tenet ideoque eius est dominus: unde filius eius similiter potuit appellari, quemadmodum leonis et equi pullos item leones et equos solemus appellare, nisi forte monstra nata fuerint. Quo in genere nihil refert, quibus literis atque syllabis utaris, aut utrum literam aliquam addas an demas, modo cuiusque rei natura per nominis formam rationemque significetur. Magna enim hic regnat usus libertas et varietas, ut quum rex etiam *ἄγις*, dux, *πολέμαρχος*, imperator, *εὐπόλεμος*, belliger, *ἀκεσίμβροτος*, salutifer, appellatur, quae nomina omnia quamvis diversa tamen vi et significatione sua propemodum idem valent. Ergo quidquid secundum naturam ortum generatumque est, idem nomen accipiat necesse est, atque illud, unde habet originem. Quae autem contra naturam gignuntur, a genere, cui accensentur, nominanda sunt. Veluti is, qui patrem habet pium, quum tamen ipse sit impius, non est Timotheus nominandus sed Misotheus; degeneravit enim a parente. Hinc Orestes ab *ὀρεινῷ* dictus est, h. e. agrestis, propter animi sui duritiem. Item Agamemnon ab *ἄγαστος ἐν τῷ μένειν*, quia in consiliis semel captis nimium perseverabat. Similis ratio est nominum Atrei, Pelopis, Tantali, aliorum. Quid quod etiam deorum nomina ex hac observatione suam habent explicationem. Nam summus deorum quod modo *Ζεὺς* modo *Δὶς* appellatur, utrumque nomen in unum coniunctum numen eius atque vim egregie illustrat: apparet enim eum tanquam vitae auctorem *διὰ τὸ ζῆν* ita nominatum esse, ut *Δὶς* a *διά*, *Ζεὺς* autem a *ζῆν* derivatum sit. Porro *Κρόνος*, cuius filius est Iupiter, dictus est a *κόρος*, *κορεῖν*, hoc est a ver-

rendo, quia numen est tersae et purgatae mentis (Besenverstand), unde Iupiter ab eo est generatus. Neque abludit Οὐράνου nomen, quod ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὰ ἄνω ductum videtur. P. 390. E. — 396. A.

Miratur hic Hermogenes Socratem, qui tanquam sacro quodam furore correptus talia fundat oracula. Cui hic respondet causam rei in eo positam esse, quod mane cum Euthyphrone Prospaltio conversatus sit, qui ipsum spiritu isto tanquam divino afflatu repleverit. Quodsi autem accidat, ut in pervestigandis nominum originibus delinquat, facile se impetraturum, ut proximo die a sacerdote aliquo aut sophista lustretur et expietur. Nunc enim consultum sibi videri institutam de nominibus quaestionem profligare. P. 396. B.

Mittamus igitur, inquit, propria hominum et heroum nomina, ut quorum causae variae et multiplices potuerunt esse. Consideremus potius earum rerum nomina, quae semper constant et immutabilia sunt: nam hoc in genere verisimile est nominum auctores diligentissime versatos esse. Ordiamur igitur a diis. Dicti autem sunt θεοὶ a currendo, quod est θέειν, propterea quod pristini homines sola sidera per coelum currentia pro diis habuerunt: quorum nomen deinde ad omnes deos translatum est. Sequuntur daemones, qui dicti sunt a δαῆναι, sapientem esse, quia quum alii a virtute et sapientia defecissent, hi soli boni et sapientes manserunt. Iam heroes nomen traxerunt ab εἴρειν, hoc est a dicendo, ut intelligantur perfecti oratores ac dialectici. (— 398. E.) Simili lusu deinceps pertractantur origines nominum hominis (p. 399. A. — D.), corporis et animi (p. 399. E. — 400. D.), Vestae (p. 401. A. — D.), Croni et Rheae (p. 402. A.), Thetyos (ibid.), Neptuni (p. 402. D. E.), Plutonis (p. 403. A.), Orci (ibid. B.), Cereris, Iunonis, Persephones (— 404. D.), Apollinis (p. 404. E. — 406. A.), Musarum (p. 406. A.), Latonae (ibid. A. B.) Dianae (ibid. B.), Dionysi et Veneris (ibid. C. D.), Minervae (— 407. B.), Vulcani (p. 407. C.), Martis (ibid. D.), Mercurii (p. 407. E. — 408. A.), Panis (p. 408. B. — D.), ita quidem, ut violentae literarum permutationes admittantur et Eleaticorum pariter atque Heracliteorum et Orphicorum ratio habeatur. — A deorum nominibus transgreditur Socrates ad solis, lunae, ignis, aquae, aëris et terrae, anni et tempestatum nomina consideranda, in quibus explorandis ludit similiter (p. 409.

A. — 410. E.). Tum procedit ad nomina virtutum et vitiorum, commodorum et incommodorum, cupiditatum, voluptatum et dolorum illustranda, quo loco Heracliteos facetissime ridet omnia ad eorum rationem deflectens. Nam priscos homines ait, quia in rerum natura exquirenda quasi vertigine fuerint correpti, in eam devenisse opinionem, ut res ipsas perpetuo motu ferri et agitari existimaverint, ob eamque causam iis nomina indidisse motum et agitationem significantia (p. 411. B. C.). Quocirca *φρόνησις* est *φορᾶς νόησις*; *γνώμη* est *γονῆς νώμησις*; *νόησις* idem valet quod *νεόεσις*; *σοφία* ductum est a *σόος*, *σύεσθαι*, *σοῦς* et *ἐπαφή*; *δίκαιον* significat *τὸ διαϊόν*, id quod penetrat, adeoque idem est quod *αἴτιον δι' ὃ γίγνεταί τι*; videlicet vulgo originationem quidem iustitiae afferunt, sed vim eius non declarant; unde accidit, ut iustitiam alius dicat esse solem, ut qui iuste eat, alius ignem omnia permeantem, alius *τὸν νοῦν* Anaxagorae, qui per rerum universitatem diffundatur (p. 413. D.). Iam vero *ἀνδρεία* quasi est *ἀνρεία* h. e. *ἐναντία ῥοή*; *τέχνη* est *ἐχονόη*, siquidem primitivae nominum formae saepenumero literis vel additis vel sublatis haud leviter immutatae sunt; *ἀρετὴ* est contractum ex *ἀειρειτή*, quod fluxit ab *ἀεὶ ῥεῖν*; *αἰσχρὸν* idem valet quod *ἀεισχόῤῥουν*; *ἡδονὴ* est *ἡ πρὸς τὴν ὄνησιν τείνουσα πρᾶξις* tanquam *ἡ ὀνή*; *λύπη* porro est *διάλυσις ἐν πάθει*; *ἀνία* significat *τὸ ἐμποδίζον τοῦ ἰέναι*; *ὀδύνη τὴν ἔνδυσιν τῆς λύπης*. Sed longum est omnia, quae cum lepidissima Heracliteorum irrisione usque ad p. 421. A. illustrantur, hic enumerare. Hoc unum addere placet, *ἀλήθειαν* explicari per *θείαν ἄλην*, quasi per saltum divinum; *ψεῦδος* derivari ex *εὕδειν*; *ὂν* denique et *οὐσίαν* Heracliteorum rationi accommodate explicari *ἰὸν* et *ἰοῦσαν* (p. 421. B. C.).

Audaciam et insolentiam originationum istarum aliarumque, quas allaturus porro est, Socrates excusat eo, quod multa vocabula vel barbara sint et ab aliis mutuata gentibus, vel vetustate sua detrita vehementerque corrupta. Censet autem nunc quaestionem ita persequendam esse, ut tandem ad prima vocabulorum elementa deveniatur. Itaque nunc ad primitiva vocabula, quae non composita aut ab aliis ducta sint, consideranda accedit, mox etiam ad singulas literas accessurus. De quo loco sic disputat.

Primitivorum vocabulorum eadem ratio sit necesse est, quae derivatorum, quum et ipsa, siquidem nomina futura sint, rerum vim et naturam exprimant et significent. Veruntamen utraque differunt eo, quod quae aliunde ducta sunt, ope primitivorum res indicant, simplicia autem et primitiva alio id modo efficiunt. Qui quidem significandi modus qualis sit, ex his perspici poterit. Si enim lingua et voce carentes res nobis circumdatas vellemus indicare ac declarare, haud dubie manibus, capite, aliisque membris corporis eas demonstraremus, sicuti surdi et muti facere solent. Itaque ea, quae sursum feruntur atque levia sunt, significaturi manus coelum versus tolleremus; inferiora autem et gravia, eas demittèremus, et quae sunt id genus alia signa. Iam vero lingua et ore res significantes quid aliud facimus, quam eas quadam imitatione exprimimus? Est igitur nomen imitamentum rerum voce expressum, quo earum vis et natura declaretur. P. 421. C. — 424. A.

Exprimitur autem rerum vis et natura syllabis atque literarum elementis. Quare primum de his ipsis dicendum erit. Et literarum quidem aliae sunt vocales, aliae mutae consonae, aliae semivocales. Haec literarum genera cum rebus ipsis comparanda sunt, videndumque, quid in his cum illis concordet. Ita enim prudenti variarum literarum temperamento vocabula orientur ipsis rebus congrua et accommodata, ex quibus deinde componetur oratio, quae sit velut pictura quaedam rerum variis coloribus, qui earum naturae conveniant, exornata. Iam etsi difficile est de ipsis vocabulis eorumque formatione iudicium, tamen, quoniam rem ita explicari par est, experiri iuvat, quid efficere et profligare possimus. Nam qui dicunt nomina, quia vel a diis rebus imposita vel a barbaris accepta vel vetustate sua obsoleta sint, non posse commode explicari, ii non reputant, neglecta primitivorum verborum interpretatione, ne derivata quidem recte explicari posse. Quocirca quicunque harum rerum peritus videri cupit, is vel maxime primitiva vocabula debet respicere, nisi temere hallucinari malit. Quibus verbis haud dubie notantur sophistae, qui neglectis linguae elementis derivatorum et compositorum verborum originationem temere ad suum arbitrium tractabant. Itaque ante omnia declaranda est vis singularum literarum, de qua re disputanti mihi si quid ridiculi exciderit, eius rei venia propter argumenti difficultatem facile concedetur. P. 424. A. — 426. B.

Valet autem litera ρ ad motum significandum, ut patet ex linguae eam pronuntiantis vibratione: quocirca ea in vocibus ῥεῖν, τρόμος, κρούειν, aliis motum significantibus, locum habet. Porro iota indicat tenuia et ob tenuitatem suam cetera permeantia, ut in ἰέναι et ἵεσθαι. Vehementiam quandam et stridorem significant σ, φ, ψ, ζ, velut in vocibus ψυχρόν, ζέον, σείεσθαι, aliis. Ad quietem et statum significandum accommodatae sunt literae δ et τ, in quibus pronuntiandis lingua dentibus quasi innititur. Lenia, liquida, glutinosa apte designantur per λ, in quo proferendo lingua leniter quasi labitur. Et sic unaquaeque litera propriam sibi vim et potestatem habet, quae in eius usu diligenter est animadvertenda. P. 426. B — 427. D.

Fatetur Cratylus haec omnia prorsus ad mentem suam explicata esse, sive quia Socrates ab Euthyphrone sacro quodam furore instinctus sit, sive quod alia Musa ei numine suo affuerit. Qui locus clarissime docet ista omnia a Socrate non ex sua mente, sed ad rationem aliorum accommodate ludibrii gratia esse exposita. Nam vel ea, quae vere recteque animadversa sunt, haud dubie inserviunt irrisioni. Accepto autem Cratyli responso Socrates hanc sententiam subtilissime impugnare et refutare instituit.

Nomina, inquit, rebus posita sunt, ut de earum natura edoceamur: est igitur ars quaedam nominum recte inveniendorum. Quod etsi Cratylus concedit, tamen nomina alia aliis magis rebus accommodata esse negat, quoniam quaecunque vere sint rerum nomina, ea etiam rebus propria sint; cetera autem ne nomina quidem esse contendit, sed inanes voces atque sonos. Nam vocabula quia rerum naturam imitentur et quasi imagine aliqua exprimant, nullum nomen perperam tribui cuiquam rei posse, ita ut omnis exclusa sit attributionis fraus atque error. Cui respondet Socrates: Ergone tu etiam censes neminem mentiri posse et errare? Quod ubi Cratylus, Protagorae haud dubie secutus rationem, haud cunctanter affirmavit, Socrates hanc sententiam erroris coarguere instituit. Verba, inquit, sunt rerum picturae quaedam: iam vero sicut accidere potest, ut quis viri imaginem pro imagine feminae habeat et vicissim, ita etiam nomen, quod huiusce rei vim ex-

primit, per errorem alii rei tribui potest, ut manifestum sit etiam in nominum usu fraudi locum esse. Ex quo consequitur, ut alia nomina recte, alia perperam rebus tribui existimanda sint, atque adeo alia aliis esse meliora. P. 427. E. — 431. E. Acute quidem Cratylus ad haec respondet nomen, quod aliter scriptum sit atque debeat, plane aliud evadere atque adeo non esse nomen eius rei, quam significare debeat. Verum non minus acute Socrates istud quidem ait in numeros cadere, qui demta vel addita unitate protenus vim suam amittant; sed imaginum aliam esse rationem, quae, etiamsi non sint omni ex parte similes, tamen imagines maneant, quum, quae sibi plane sint similia, bina fiant, ita ut, si Cratyli nomen eius naturam prorsus repraesentaret, non unus Cratylus, sed duo exstituri essent. Iam vero nomen si ei rei, quam significat, simile est, etiam elementa, ex quibus primitiva vocabula sunt composita, rebus similia sint prorsus necesse est. Age igitur, ad hanc normam verborum usum exigamus. Posuimus igitur antea literam $\bar{\rho}$ id, quod asperum est, literam $\bar{\lambda}$ vero laevia et mollia indicare. Atqui in vocabulo σκληρότης interpositam cernimus literam $\bar{\lambda}$, id quod asperitatis et duritiei naturae adversatur: idem in fine habet literam $\bar{\sigma}$, quae certe nihil valet ad asperitatem indicandam, quum potius Eretriensium dialecto dicendum fuerit σκληρότηρ. Apparet igitur certissime hoc vocabulum rei per ipsum declaratae vim et naturam haudquaquam exprimere. Quum autem quid hoc nomen significet, nemo quisquam ignoret, consuetudinem et usum in nominibus aliquid valere non licet dubitare. Ita igitur nunc vicissim Cratyli sententia ad Hermogenis rationem revocatur, quemadmodum antea Hermogenes eo adductus erat, ut ad Cratyli discederet sententiam. Quo ipso Plato non obscure suam ipsius significavit sententiam. Statuit enim philosophus utramque rationem aliquid veri habere, ideoque non divelli sed potius coniungi in unum oportere. P. 427. D — 435. C.

His exploratis Socrates ad alium Cratyli errorem castigandum aggreditur. Is enim censuerat nomina non modo indicare, quid ipsorum inventoribus de rerum natura visum esset, sed etiam ipsam rerum vim naturamque patefacere, ita ut qui illa novisset, etiam harum rationem omnem intelligeret. Quocirca iis voluerat etiam

rerum fluxum agitationemque significari. Contra hanc igitur sententiam Socrates haec disputat. Qui rebus posuit nomina, inquit, is hoc unice agens, quod ipsi fuit propositum, rerum vim naturamque non diligenter observavit: nec profecto magni momenti est, quod dicitur nomina pleraque omnia ad idem tendere videri, hoc est, rerum vicissitudinem motumque indicare: id enim per errorem ita accidere potuit. Ad hoc accedit, quod plurima etiam reperiuntur vocabula, quae non motum sed quietem rerum significant. Veluti scientiae, ἐπιστήμης, nomen aperte a standi verbo formatum est. Ex quo concludere licebit nominum auctorem haudquaqaum in ea fuisse sententia, ut omnia fluere existimaret. Sed quod longe gravissimum est, premitur haec sententia insigni difficultate. Nam si statuimus a nominibus perveniri ad ipsarum rerum cognitionem, sponte consequitur primum vocabulorum auctorem, quia nondum habebat nomina ideoque res sine illis cognoscere non poterat, non scientem sed ignorantem nomina rebus imposuisse. P. 435. C. — 438. B.

In angustias compulsus Cratylus nunc eo confugit, ut nomina dicat a numine hominibus praestantiore, sive deo sive daemone aliquo, rebus tributa esse. Id quod colligi licere ait ex vocabulorum cum rebus convenientia, quae humanum superet ingenium *). Sed hanc convenientam tantam esse Socrates non concedit. Multa vocabula, inquit, a motu, multa etiam a quiete originem suam invenerunt. Ex quo consequitur, quod tamen credere nefas est, deum istum sive daemonem pugnantia statuisse, siquidem his vocabulis omnia et fluere et non fluere declaravit. P. 438. B — D.

Iam quum incertum sit, inquit Socrates, utrius generis nomina sese recte habeant, tantum abest, ut ea

---

*) Mirum est profecto, fuisse, qui opinionem de divina linguarum origine Platoni affingerent. v. *Rud. Wilh. Zobel* Gedanken über die verschiedenen Meinungen der Gelehrten vom Ursprunge der Sprache. Magdeburg 1773. 8. et *Geo. Lor Bauer* Einleitung in die Schriften des A. T. p. 16. al. Sed nimirum philosophi et theologi quae saepe in scriptis veterum vident, ea ne in mentem quidem venire possunt iis, qui liberi sunt praeiudicatis opinionibus.

ad rectam rerum cognitionem aliquid conferant, ut haec unice ex mutua earum coniunctione et ipsarum natura haurienda videatur. Certe quidem haec cognitio est multo praestabilior ea, quae ex vocabulorum umbris et imaginibus hauritur. Huc accedit, quod vocabula ista motum rerum significantia errorem prodere videntur, siquidem res non perpetua fluctuatione agitantur, sed est aliquod bonum, pulcrum, honestum per se consistens nec ulli mutationis vicissitudini subiectum. Videlicet pulcrum ipsum si semper flueret, ne nominari quidem posset, quod dum nominaremus, protenus evaderet aliud. Quid quod in ista rerum agitatione nec cognitio ulla locum haberet: nam ipsam cognitionem necesse esset perpetuo mutari ideoque transire in ipsius contrarium. Sed illa sane magna ac difficilis quaestio est, utrum res per se consistant firmae et immutabiles, an secundum Heraclitum perpetuo flumine agitentur, quam in praesenti missam faciamus. Illud autem certissime est hominis parum considerati, animum suum vocabulorum umbris et imaginibus erudiendum committere, adeoque iis confidentem certo contendere et affirmare, nihil quidquam certi ac firmi in rebus inesse, sed omnia fluere atque agitari. P. 438. E. — 440. C.

Haec posteaquam ita exposuit Socrates, Cratylum cohortatur, ut missa superstitiosa credulitate ipse omnia diligenter exploret explorataque aliquando secum communicet. Hic vero etsi hoc ita a se factum iri pollicetur, tamen sese ait in his rebus non adeo esse hospitem et imperitum, ut Heracliteae rationis praestantiam non sentiat. Itaque Socrates ab eo petit, ut rure reversus illam sibi ostendat et demonstret. Quibus dictis colloquium finitur. P. 440. D — E.

Satis confirmatum putamus hac dialogi enarratione, quod antea de scriptoris in eo elaborando consilio paucis verbis significavimus. Docuit enim philosophus, si quid iudicare possum, nomina rerum nec unice arbitraria esse nec tantummodo naturalia, mirificeque hallucinari eos, qui posteriorem potissimum secuti sententiam ex vocabulorum originatione, praesertim adeo temere tractata, rerum cognitionem hauriendam statuant, ut quae unice ex immutabili constantique illarum natura ducenda sit.

Iam vero quinam fuerint philosophi isti atque etymologi, qui in Cratylo ridentur et exploduntur, vulgo

parum exploratum habetur. Nam Prodicus etsi a Socrate in principio sermonis memoratur, tamen eius studia maximam certe partem non ad etymologiam, sed ad synonymiam vocabulorum pertinuerunt. v. Spengel. Artium Scriptorr. p. 46 — 59. coll Protagor. p. 207 sqq. Quocirca verisimile non est hunc potissimum a Platone esse reprehensum et castigatum. Iniicitur autem a Socrate viri mentio propterea, nisi fallor, quod is et Hermogenem instituerat et vulgo in rebus grammaticis ipsius magister habebatur. Quocirca callidissimus sapientiae suae dissimulator, ne quid in his rebus sapere videatur, se ne Prodici quidem scholis pretiosioribus interfuisse dicit, sed viliore tantum eius institutione usum esse. Nec vero Hippias Eleus in hoc libro carpi et notari videtur. Nam primum quidem hic ne verbo quidem significatur; deinde, etsi de singulis vocabulis disseruit, tamen, si quid ex Platonis verbis Hipp. mai. p. 265. B. colligere licet, leges numerorum potius quam vocabulorum origines pervestigavit. Antisthenem respici Schleiermacheri fuit sententia. Quae si vera esset, profecto mirabile videri deberet, quod tam multa commemorantur, quae in Socraticum istum haudquaquam conveniunt. Quid quod nec studia viri grammatica eiusmodi fuerunt, ut a Platone ista ratione perstringi potuerint. Verissime enim Classenius De Primordiis Grammaticae Graecae p. 29 sq. eum observavit in uno dialectico et rhetorico linguae usu exquirendo versatum esse. Verum, ut dicam, quid sentiam, recte Vidit Fr. Astius De vita et Scriptis Platon. p. 267 sq. exagitari hoc libro sophistas Heracliti doctrinae de perpetuo rerum fluxu adstipulantes. Isti autem non alii profecto fuerunt quam Protagorae amici ac discipuli. Cui sententiae nihil officit quod scripsit Classenius p. 29 sqq. Abderitam in Orthoepeia sua non videri singula vocabula rimatum esse, sed unice de recta dicendi ratione, quatenus ea ex grammatica penderet, disseruisse. Nam locum istum de origine et vi vocabulorum naturali sophista non in illo opere tractavit, id quod praeteriit etiam Heindorfium et Schleiermacherum ad p. 391. C., sed illustravit potius in libro *περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος*, qui partem efficiebat operis *Ἀληθείας* nomine inscripti. De qua re vide quae scripsimus in commentariis ad p. 391. C., qui locus huic sententiae gravissime patrocinatur. Iam si quaeras, quid

tandem Protagoras ipse de nominum ortu censuerit, fateor una coniectura nitendum esse, ut de hac re aliquid eruatur. Neque tamen res ita est difficilis et impedita, ut prorsus in tenebris oberrandum sit. Nam primum quidem ex universa viri doctrina quid de etymologia senserit, probabiliter colligere licet. Deinde ex ipso Cratylo res confirmari et illustrari potest. Constat enim Abderitam probavisse sententiam ab Heraclito acceptam, qua omnia perpetuo flumine agitari statuebatur, cum eaque consociavisse alteram, ex qua hominem volebat esse rerum omnium mensuram. Quum igitur et fluere omnia existimaret et sensus nostros arbitraretur se ad hanc rerum mutationem ita accommodare, ut semper et ubique cum illis convenirent, de quo argumento vide Theaet. p. 151. E. — 160. E., fieri profecto non potuit, quin etiam nomina rerum talia iudicaret esse, qualia a quoque sensu et intelligentia perciperentur, hoc est naturalia. Atque hoc ita a nobis recte coniici plures Cratyli loci non obscure testantur. Nam primum quidem ita perspicitur, cur Hermogenes, qui nomina omnia volebat usu et pactione nata, tanto cum contemtu de Protagorae Veritate loquatur. In qua si sophista arbitrariam vocabulorum originem defendisset, interlocutor haud dubie de illo opere aliter fuit iudicaturus. Deinde ex hac ipsa re etiam illud clarum est et perspicuum, cur p. 391. A. Hermogenes a Socrate iubeatur Calliam fratrem adire, ut secundum Protagorae rationem de naturali vocabulorum origine edoceatur. Enimvero Calliam constat quum aliis sophistis tum maxime Protagorae fuisse deditum; de qua re legendus est Protagor. p. 311. A. Quod autem de dialectica Abderitae factum esse novimus, ut eius discipuli eam immoderate usurparent et ad omnis generis tricas et argutias traducerent, de qua re in Prolegomenis ad Euthydemum explicabimus; idem etiam etymologiae principiis, quae posuerat, evenit, quandoquidem ex ipso Cratylo intelligimus et cognoscimus mox inter eius amicos exstitisse qui inepte haec studia persequentes non e verbis et nominibus mentis humanae notiones elicere et illustrare, sed in verba et nomina sua ipsi decreta transferre et sic ea probare et confirmare niterentur. Qui quidem homines a Platone hoc libro facetissima irrisione exagitantur atque perstringuntur, quandoquidem plurimis ineptae etymologiae exemplis allatis docetur, quam illi

perverse istam artem suam exercere soleant. Qua in re prae ceteris diligenter notandum est illud, quod originationes vocabulorum ab Homeri auctoritate repetitae adeo copiose perstringuntur. Nam hoc ipsum insigni est documento Protagoreos esse qui in Cratylo rideantur. Constat enim ex Theaeteto p. 179. E. et p. 152. E. Protagorae discipulos, quo maiorem rationi suae conciliarent fidem et auctoritatem, etiam Homerum statuisse in ea fuisse sententia, ut omnia fluere perpetuo et agitari existimaret. Quapropter illi ibidem a Platone appellantur Homerei. Quid igitur? qui ita sentiebant, eosne putabimus etiam hoc egisse, ut verborum Homericorum interpretatione ad tuendam sententiam suam abuterentur? Imo vero hoc ita est verisimile, ut ultra verisimilitudinis terminos longissime excurrat et pro certo exploratoque habendum videatur.

Ita igitur quantum fieri potuit exquisivisse videmur, quinam isti homines fuerint, quos Plato hoc libro acerbissimo sale perfricandos statuit. Sequitur, ut dicendum sit de interlocutoribus, qui cum Socrate de vocabulorum originatione eiusque in philosophia usu disserentes inducuntur. Quae quidem quaestio eo gravioris momenti est, quod antiqua est fama et ad nostram usque memoriam pervagata, Platonem utroque et Hermogene et Cratylo magistro in philosophia usum esse. Nam Cratylo eum primam Heracliteae sapientiae notitiam acceptam retulisse scribunt Aristoteles Metaphys. I. 6. Apuleius De Dogm. Plat. p. 2. ed. Elm. Diogenes Laert. III. 6. Olympiodorus Vit. Plat. p. 79. ed. Fischer. et Anonymus in Heerenii Bibliotheca antiq. Art. et Literat. Part. V. p. 13., ex quibus Aristoteles et Apuleius eum narrant iam antequam Socratis uteretur institutione cum illo conversatum esse, ceteri id aliquanto post accidisse volunt. Hermogeni autem, quem Proclus p. 5. ed. Boisson. vocat Σωκρατικόν, debuisse eum Eleaticae rationis cognitionem auctor est Diogenes Laert. III. 6. Quocirca diligenter est explorandum, quid veri hac narratione contineatur, et quae Platoni cum his hominibus necessitudo intercesserit. Nam mirum profecto accidit, quod eosdem, quibus magistris usus esse fertur, ita in hoc opere induxit loquentes, ut alterum argute refutaverit, alterum etiam faceta et ioculari imitatione riserit et exploserit.

Et Hermogenem quidem quod unus Diogenes perhibet Platonis magistrum fuisse ceteris scriptoribus de ea re tacentibus ad unum omnibus, id profecto per se valde suspectum est. Quis enim sibi persuadeat Aristotelem et Apuleium iniecta Cratyli mentione nihil ea de re memoriae fuisse prodituros? Multum autem augetur erroris vel fraudis suspicio, ubi, quale hominis ingenium in Cratylo informetur, diligenter perpenderis. Namque tantum abest, ut ille Eleaticae doctrinae insigniter peritus aut studiosus videatur, ut nihil profiteatur nisi hoc, se aliquando item ad Protagorae rationem delatum esse, nunc tamen eam sibi vehementer improbari. v. p. 386. A. Praeterea homo neque ingenio neque doctrina est conspicuus, ut philosophiam vix primoribus labris attigisse existimandus sit. Denique tam nobili loco fuit natus, ut haudquaquam sit verisimile eum unquam partes magistri philosophiae in se suscepisse. Fuit enim ex gente nobilissima Hipponicorum et Calliarum oriundus, sicuti docebit annotatio ad p. 384. A. Etsi igitur rei familiaris premebatur angustiis, a Callia fratre, ut videtur, patrimonio suo privatus, de qua re v. p. 391. C, tamen non eo inopiae redactus esse videtur, ut magistri munus ipsi suscipiendum fuerit. Imo ego si quid video, ipse pro more illius aetatis sophistis operam dedit, ut bene liberaliterque eruditus haberetur. Quoniam autem a Protagorae ratione abhorrebat, non assentiebatur eorum opinioni, qui nomina omnia vellent esse naturalia, sed potius contrariam defendebat sententiam, nescio cuius sophistae auctoritatem secutus. Fieri tamen potest, id quod iam antea significavi, ut hac de re Prodici amplexus iudicium sit. Id quod ex eo suspicari licet, quod Socrates ei roganti, ut ipsum velit suo adiuvare consilio, respondet se non pretiosioribus scholis Prodici interfuisse, sed viliori tantum pretio eum audivisse disserentem. Nam ita ille eadem opera et suam ipsius sapientiam callide celat, et Hermogenem facete pungit, ut qui ex sophistae institutione, quid de re controversa iudicari oporteat, perdiscere potuerit. Sed hoc utcunque se habet, illud quidem certum esse arbitramur, eum a Platone in hoc libro ideo maxime cum Cratylo disputantem induci, quia contrariam atque hic de vocabulorum origine sententiam defendebat cum eoque familiaritatis et amicitiae necessitudine coniunctus vivebat. v. Cratyl. extr. Quod igitur Diogenes eum narrat olim

Platonis magistrum fuisse, id his omnibus, quae de eo retulimus, satis certo redarguitur, ut haudquaquam dubitem assentiri Fr. Astio De Vita et Scriptis Plat. p. 20. et Groenio van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 225. totam rem temere fictam et ementitam iudicantibus. Nempe quisquis apud Diogenem auctor est verborum: *Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι* et particulae *τε* post *Κρατύλῳ* positae, inseruit ea homo longe ineptissimus, qui quum Cratylum fuisse Platonis magistrum legisset, memor Hermogenis, qui una cum illo in hoc libro loquens inductus esset, protenus huius quoque nomen allevit, ut ne philosophus unius Heracliti doctrina imbutus esse videretur. Haec de Hermogene. Pergimus ad Cratylum, cuius nomine hic dialogus inscriptus est.

Negavit autem Fr. Astius p. 19., cui assentitur Socherus De Scriptis Platonis p. 162. hunc Cratylum esse eundem, qui Platoni primus Heracliteae sapientiae notitiam impertiisse narratur, propterea quod philosophus non fuisset commissurus, ut eum, quocum ipsi tanta intercessisset amicitia, tam male haberet turpiterque laederet. De qua re mihi fateor longe secus videri. Nam primum quidem de duobus Cratylis nihil usquam memoriae proditum legimus, nec Aristoteles aut Apuleius aliquid adiiciunt, unde magister philosophi ab altero dignoscatur. Quod tamen verisimile est eos facturos fuisse, quum hic ipse liber Cratyli nomine inscriptus iis ignotus esse non potuerit. Deinde quum hic ipse, cuius mores et ingenium in hoc sermone adumbrantur, Heracliteae vel potius Protagoreae doctrinae addictus sit, per se longe est verisimillimum eum esse eundem, qui Platonem adolescentem Heracliteorum decretorum notitia instruxerit, nisi forte existimare volueris alium etiam eumque multo celebriorem eiusdem nominis philosophum vixisse, qui in hoc sermone sic potuerit sine ulla generis et morum notatione loquens induci. Huc accedit denique, quod apud Aristotelem ne verbum quidem legitur de amicitia, quae inter Cratylum et Platonem intercesserit. Scribit enim Stagirites haec: *ἐκ νέου γὰρ συγγενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλειτείαις δόξαις ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν ὕστερον οὕτως ὑπέλαβε.* Itaque hoc tantum ille nar-

rat, Platonem Cratylo συγγενέσθαι, hoc est eius usum esse institutione et disciplina: ex quo cavendum est ne protenus interiorem quandam amicitiam et familiaritatem inter utrumque locum habuisse colligamus. Quid vero, si Plato postea hominis institutionem non magni fecerit, ipsumque propter pertinaciam et vanitatem contemserit, fierine tum potuit, ut eum tanquam insanientis sapientiae amatorem cum risu et cavillatione traduceret? Atque hoc ita factum esse nobis Cratyli imaginem in cognomine libro propositam intuentibus haudquaquam dubium videtur. Est enim Cratylus adeo deditus Heracliteorum rationi, ut quidquid a Socrate ineptarum etymologiarum in medium affertur, id statim assensu suo comprobet, modo rerum fluxum et inconstantiam arguere videatur. Praeterea adeo est commentorum suorum tenax, ut nusquam de sententia sua decedat, id quod neminem praeteribit illa, quae inde a p. 427. E. disseruntur, attente perlegentem. Quid quod extremo dialogo, posteaquam Socrates Heracliti de fluctuatione rerum doctrinae opposuit suam vel potius Platonicam de ideis sententiam, sibi ait illius rationem ita probari, ut de eius praestantia nec nunc dubitet nec fortasse unquam sit dubitaturus. Denique homo adeo hebetis et obtusi ingenii est, ut quae a Socrate proponuntur vocabulorum originationes, eas irrisionis et ludibrii gratia in medium afferri haudquaquam sentiat, imo illas Euthyphroni vati aut alii cuidam Heracliteo acceptas referri summa cum temeritate credat. Talis igitur quum homo describatur, equidem non miror, quod Plato eum habuit ludibrio, etsi olim eius institutione et familiaritate usus erat. Videlicet hominis ingenium adeo fuit pingue, ut qui esset animo et mente erectiore, is eius amicitia oblectari non admodum potuerit. Iam vero si quaeras, cur Plato faciendum putaverit, ut ei potissimum interlocutoris partes in hoc libro demandaret, quem omnes novissent ipsi primum Heracliti doctrinam tradidisse, habeo sane quod respondeam. Etenim fuit hic liber, nisi fallor, omnium primus, in quo philosophus, quantum a ratione Heracliteorum et Protagoreorum recederet, palam declaravit. Quocirca eleganti iudicio rem sic instituit, ut Cratylum, primum, quo usus erat, in Heracliti doctrina magistrum, loquentem introduceret eique per Socratem significari iuberet, quantum ipsius de rerum vi et natura iudicium a decretis Heracliteorum discreparet.

Sed de hac re mox videbimus. Veniamus nunc ad Euthyphronem, cui se sapientiam suam acceptam referre Socrates non uno loco profitetur *). Non videtur autem dubitari recte posse, quin hic idem sit, quem ex dialogo cognomine cognitum habemus. Narratur illic vatis functus esse munere atque sibi ipse accuratissimam rerum divinarum cognitionem arrogavisse. v. p. 4. Adeo autem concitato pectore oracula sua fundere solebat, ut audientibus et insanire videretur et saepenumero excitaret risum. v. p 3. B. C. Quocirca mirandum non est, quod etiam in deorum appellationibus interpretandis plurimum studii posuit, isto scilicet modo suam rerum divinarum scientiam quantum fieri posset amplificaturus. Iam quod in edendis oraculis facere solebat, ut magna cum pectoris concitatione loqueretur, idem etiam secutus est in explicandis nominum rationibus: id quod clarissime intelligitur ex locis Cratyli p. 396. C. D. p. 399. A. E. p. 408. A. p. 409. D. Videtur autem ei cum Cratylo hoc intercessisse necessitudinis, quod et ipse Heracliteorum rationi plane erat deditus. Atque hinc facile intelligitur, cur Socrates Cratylum delusurus sese simulet Euthyphroni ea debere omnia, quae de vi et origine vocabulorum non improbante Cratylo explicaverit. Enimvero festiva hac et ioculari vatis imitatione simul etiam Cratylum et reliquos Heracliteos, qui simili curiositate in vocibus explicandis elaboravissent, rideri atque exagitari manifestum arbitramur.

Atque haec quidem de personis dialogi deque irrisione Heracliteorum, in quorum perversitate exagitanda maxima pars libri occupata est. Nec vero existimare licet Platonem hoc unum egisse, ut istos homines carperet et traduceret. Imo cum hac ineptorum sophistarum rrisione et castigatione prudentissime copulavit aliarum quarundam rerum tractationem, quae vel illa aetate in disceptationem mult[illegible]um venissent vel ad suam ipsius philosophandi rationem spectarent.

Videtur enim quaestio fuisse multorum celebrata disputationibus **), nomina rerum utrum natura, *φύσει*,

---

*) V. ad p. 391. C.

**) Gellius N. A. X, 4. Nomina verbaque non positu fortuito, sed quadam vi et ratione naturae facta

an hominum arbitrio et usu, *νόμῳ*, orta essent *). Quam etsi philosophus hoc libro non de industria tractavit, siquidem ea usus est ita, ut inde occasionem ridendorum sophistarum captaret, tamen quid ipse senserit, haud obscuris indiciis prodidit. Nam ex eo, quod Hermogenis sententiam usque ad p. 390. E. ita refutat, ut eam ad Cratyli traducat opinionem, vicissim autem inde a. p. 427. E. Cratyli rationem convellit sic, ut eam ad Hermogenis sententiam revocare studeat, non obscure intelligitur ipsum in ea fuisse sententia, ut utrique rationi aliquid veri subesse iudicaverit. Quod iudicium nemo dubitabit quin longissime anteponendum sit Aristotelis sententiae, postea etiam Sexto Empirico Hypotyp. II. 18. adv. Mathem. p. 247. probatae, qui quidem De Interpret. c. 2. cum Hermogene statuit *οὐ φύσει εἶναι τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ κατὰ συνθήκην*. Nec plus Stoici profecerunt, qui contrariam defenderunt sententiam. v. Cicero De finib. II. 14. Potter. ad Clem. Alexandr. p. 405. Fabricius ad Sext. Empir. II. 18. §. 214. p. 115. coll. Michaëler De origine linguae p. 21 sqq. 36 sqq. **). Quanquam fatendum est multo subtilius hanc rem excussam esse a recentioribus, Condillaco, Russavio, Brossio, Herdero, Tiedemanno, Sulzero, quorum scripta perspicua brevitate recensuit Dorsch. in libro bonae frugis: Philo-

---

esse P. Nigidius docet, rem sane in philosophiae dissertationibus celebrem: quaeri enim solitum apud philosophos, *φύσει τὰ ὀνόματα* sint an *θέσει*.

*) Omnino hoc principiorum discrimen tum temporis multum celebratum est a sophistis, qui virtutis quoque et honestatis rationes quaesiverunt utrum *φύσει* an *νόμῳ* constarent. v. Protagor. p. 337. D. Gorg. p. 484. B. De Rep. I. in. et ibi not. Atque huc pertinet etiam nobilissima illa quaestio, virtus utrum doceri possit et exercitatione comparari, necne: de qua v. Menon. et Protagoram.

**) Proclus p. 6. *Ὅτι τῆς Κρατύλου δόξης γέγονε Πυθαγόρας, καὶ Ἐπίκουρος* (v. Gassendi Epicur. T. I. p. 362. coll. Fabric. ad Sext. Emp. Hypot. II. 18.); *Δημόκριτός τε* (leg. *δὲ*) *καὶ Ἀριστοτέλης τῆς Ἑρμογένους.* conf. Gale ad Iambl. Myst. p. 292.). Quae unde hauserit, ignoramus. De Pythagora vide quae congessit Davisius ad Cicer. Tuscul. I. 25, ubi inter alia Theodotus: *Πυθαγόρας ἠξίου μὴ μόνον λογιώτατον, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτατον ἡγεῖσθαι τὸν θέμενον τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν.* Idem alii perhibent: nemo, quod sciam, idem memoriae prodidit, quod Proclus, cuius fides admodum suspecta est.

sophische Geschichte der Sprache u. Schrift. Mainz. 1791. 8. Nimirum hi demum intellexerunt prima maxime linguarum initia ad imitationem naturae solere accommodata esse; notionum autem abstrusiorum signa magis esse diversa et arbitraria, quoniam eae cum rerum externarum natura varia ratione comparari queant. Omnino autem Plato verissime iudicavit per linguae rationes sicuti per artis opera usus tum necessitatem tum libertatem dominari. Quocirca totam hanc causam eo usque profligavisse existimandus est, ut posteris seculis nihil fere, quod gravioris momenti esset, excutiendum reliquerit.

Nihilominus autem hoc argumentum non id est, quod philosophus praeter perversae etymologiae irrisionem praecipuo studio hoc in libro tractaverit. Nam ego si quid video, illud potius egit quam maxime, ut rerum cognitionem non ex umbris vocabulorum, sed ex ipsa earum vi et natura hauriendam esse doceret. In qua re veluti summa totius operis continetur. Etenim Heraclitei et fortasse etiam alii illius aetatis philosophi quum etymologia ita abusi essent, ut sua ipsorum opinionum commenta exinde confirmarent, faciendum philosophus iudicavit, ut non modo illorum rationem rideret et convelleret, sed etiam suam ipsius de ideis doctrinam eorum decretis opponeret eaque ratione demonstraret, solam esse dialecticam eamque recte informatam, qua ad veritatis cognitionem perveniretur. Quocirca dialogo extremo doctrinam de ideis opinionibus Heracliteorum e regione collocavit. Quanquam illam neutiquam iam pro certa et explorata venditavit, sed cum somnio aliquo comparavit. Veruntamen illud certissime iudicavit esse temerarium, si quis vocabulis plus quam ipsi rerum veritati tribueret.

Superest, ut quaerendum sit, quo tempore hic liber literis consignatus sit atque in lucem editus. Cuius rei indicia paucissima eaque non omni ex parte satis certa in eo reperiuntur. Nam ex p. 385. E. etsi intelligimus scriptum eum esse post Protagorae obitum, tamen annus, ante quem scriptus existimari debeat, non potest aeque certo definiri. Mortuus autem Protagoras videtur anno ante Chr. 410. sex fere annis ante finem belli Poloponnesiaci, siquidem verisimilis est ratio Freretí in libro: Memoires de l'Academ. des In-

script. T. 47. p. 277 sqq. et Geelii Histor. Sophistar. p. 70., quam certe aliorum iudiciis longissime anteponimus. Ex quo consequens est, ut liber, sicuti Euthydemus, post Olymp. XCII, 3. scriptus existimari debeat. Aliud etiam temporis indicium est p. 420. B. et 426. C., ubi longae vocales *H* et *Ω* memorantur, quas constat Olymp. XCIV, 2. sub Euclidis magistratu publica auctoritate receptas esse. Quanquam ego huic indicio non tam multum tribuam, quam viri docti voluerunt. Nam per se sanequam probabile est literarum illarum usum privatim quidem iam aliquanto ante Athenis viguisse, quam publice sanciretur atque ad monumenta publica traduceretur. De qua re vide quae prudenter monuit A. Matthiae Gr. Ampl. T. I. p. 22. annot. Fieri autem potest, ut illa ipsa harum literarum receptio ansam dederit disputationibus de elementorum et vocabulorum origine studiosius quam antea agitandis. Quod si ita accidit, Plato fortasse hac opportunitate usus eodem tempore hunc librum literis exaravit. Nec profecto haec sententia aliis iisque satis probabilibus destituitur rationibus, siquidem ipso libri argumento non mediocriter confirmatur. Nam quod Cratylus, qui Platonem adolescentem in Heracliteis decretis instituerat, in hoc libro ita inducitur, ut ipsius sententiae Platonica doctrina de ideis sive de rerum vi et natura per se constanter opponatur, admodum est verisimile philosophum nostrum tum temporis primum palam significavisse, quantam post Socratis institutionem discessionem faceret ab eorum opinionibus, qui nihil certo manere et constare, omnia perpetuo flumine agitari arbitrarentur, atque ob hanc ipsam causam pristino magistro interlocutoris partes attribuisse. Etenim Socrates quum studiose in eo elaboraret, ut notiones rimandis singulis earum formis et partibus et invenirentur et inventae illustrarentur, Plato cognita Eleatarum de ente doctrina sensim ac pedetentim eo adductus est, ut mentis illis notitiis vim quandam et *οὐσίαν* per se constantem subesse crederet. Quod quidem iam ante Socratis obitum ita accidisse non temere suspiceris. v. Prolegomm. ad Plat. T. I. P. I. p. IX sqq. Quocirca in hoc sermone et in Euthydemo fortasse prima eaque certiora reperiuntur idearum doctrinae vestigia, qualem philosophus postea temporis plenius accuratiusque informavit. Nam in Euthydemo etiam eiusmodi vestigia exstant p.

301., de quo loco in Prolegomenis ad hunc dialogum explicabimus. Atque huc etiam illud, opinor, referendum est, quod Socrates in colloquii exitu sese ait somniare de ideis, hoc est eas veluti divinare: quod certe in adolescentem philosophum, qui nondum certa iecisset rationis suae fundamenta, egregie convenit. Eodem fortasse pertinet, quod Socrates se nunc quidem quaerere nolle profitetur, utrum Heracliti de perpetua rerum fluctuatione sententia an idearum doctrina sit praestabilior, sed hoc unum affirmat et contendit, temere agere eos omnes, qui ex vocabulorum origine atque vi rerum ipsarum naturam cognosci posse arbitrentur. Huc aliud quid accedit, quod coniecturam nostram vel maxime confirmare videtur. Negari enim non potest dialogos Euthydemi, Cratyli et Protagorae nomine inscriptos ad Protagoram eiusque discipulos coarguendos et refutandos pertinere. Nam in Euthydemo perversa Protagoreorum dialectica, qua ad argutas captiones et laqueos abutebantur, iuvenili propemodum petulantia perstringitur: in Cratylo facetissime exploditur inepta ista ratio, qua iidem illi ad veri cognitionem pervenire et ex vocabulorum originibus sua ipsorum decreta confirmare conabantur: in Protagora denique id agitur, ut eorum virtutis disciplinam nullam esse magna orationis copia et elegantia doceatur. Quid igitur? haeccine opera tanta argumenti similitudine et cognatione inter se coniuncta magno temporum intervallo disiuncta fuisse existimabimus? Mihi quidem, fateor, ea semper visa sunt ita inter se copulata esse, ut nec scriptio eorum in diversa tempora incidere existimanda sit. Iam vero Euthydemum verisimiliter videmur coniecisse Olymp. XCIV, in. esse literis consignatum. Protagorae autem annum tertium vel quartum eiusdem Olympiadis assignavimus. Quae si non temere statuimus, Cratylum probabile est media Olymp. XCIV. non multo ante Protagoram in lucem publicam prodiisse. Quanquam si quis certiora de hac re in medium attulerit, argumentis facile concedam. Parum vero probabilia videntur, quae Schleiermacherus atque Astius de hac re commentati sunt. Ille enim quod Cratylum scriptum esse censet proxime post Euthydemum atque Theaetetum, quibus libris tanquam cumulus accesserit, id ita est comparatum, ut argumento Theaeteti accurate considerato nemini placere possit. Neque enim quae in Theaeteto disputata sunt per argu-

mentum Cratyli supplentur aut amplificantur, sed vicissim quod postrema huius dialogi parte significatum est, id in Theaeteto magnam partem exponitur fuseque illustratur. Ex quo consequens esse putamus, ut Theaetetum post Cratylum demum scriptum esse statuere nos oporteat. Non magis probabilis Astii ratio est, qui huic libro in scriptorum Platonicorum serie, quam constituit, locum suum assignavit post Theaetetum, Sophistam, Politicum et Parmenidem, eumque cohaerere suspicatus est cum dialogis quibusdam nobis ignotis ac deperditis, in quibus philosophus inchoatam de linguae origine et natura disputationem profligaverit. At enim vero neque aliunde constat Platonem hunc locum in alio opere tractavisse, nec ulla ei cum Sophista, Politico et Parmenide intercedit vel argumenti vel propositi et consilii necessitudo, nec alia denique deprehenduntur signa, ex quibus eum post illa demum opera compositum esse verisimiliter suspiceris. Imo omnia suadent, ut eum a Platone scriptum existimemus, quo tempore iactis primis idearum doctrinae fundamentis Heracliteos et Protagoreos redarguere et confutare constituisset. Nam iuvenilis propemodum, sicuti in Euthydemo et Hippia maiore, in eo regnat protervitas et petulantia, ut comoediae sit similior quam dialogo in philosophiae decretis illustrandis occupato; idearum doctrina etsi Heracliteorum opinionibus opponitur, tamen commemoratur sic, ut philosophus se de ea postea temporis accuratius expositurum esse significet; nulla dum vestigia Pythagoricorum placitorum accuratius cognitorum reperiuntur, quae quam sint in Parmenide aliisque libris frequentia, suo tempore demonstrabimus; nam qui locus huc referri unus potest p. 405. C., is nihil attingit praeter illam coelestium corporum harmoniam, quae certe Athenis dudum in vulgus nota fuit *); quid quod ne Megaricorum quidem usquam habetur ratio, quos tamen in his quaestionibus tractandis versatos esse non temere coniicias. Haec igitur atque alia id genus plura nobis quidem certo videntur esse documento, Cratyli scriptionem in id

---

*) Res sanequam est notabilis, quum Pythagoreos de vocabulorum origine disputationes agitavisse certum sit atque exploratum; v. Davis. ad Tusc. I. 25. Quodsi igitur Plato quo tempore Cratylum scripsit, iam habuisset accuratiorem doctrinae Pythagoreae notitiam, vix eam fuisset neglecturus.

fere tempus incidisse, quod paullo ante significavimus. Quanquam tenendum est haec argumenta et ad verisimitudinem tantum aliquam efficiendam pertinere et ita demum vim suam atque robur accipere, si non separata sed in unum coniuncta spectentur. Quod si reputavisset doctus iuvenis Iosephus Müllerus Actor. Philolog. Monacens. T. IV. Fasc. I. a 1829. edit. p. 83 sqq. fallor, aut multo felicius hanc rem tractavisset, quam parum felici successu ab eo pervestigatam esse nemo diffitebitur.

Ceterum cum hac nostra disputatione conferri utiliter poterunt quae disputarunt Schleiermacherus Opp. Platon. Vol. II. P. II. p. 3 — 22. Astius in Commentar. Societ. Philol. Lips. a Beckio editis Vol. III. P. I. p. 19 — 28. et De Vita et Scriptis Plat. p. 251 sqq. Ioseph. Socher. De Scriptis Plat. p. 162 — 167. Heusdius Init. Philosoph. Platon. Vol. II. Part. III. p. 194 — 98. Ioannes Classen. De Primordiis Grammaticae Graecae p. 36 — 42., quibus omnibus, quantumvis ab eorum ratione discedendum fuerit, hoc tamen debemus, quod eorum studiis effectum est, ut rem sanequam difficilem quam fieri potuit diligentissime examinaverimus ac fortasse non prorsus infeliciter tractaverimus.

EDITIONES.

Cratyli peculiares novimus duas, alteram Fischeri, quae prodiit a. 1770. 8. etiam Theaetetum complectens; alteram Heindorfii, cuius in Praefatione ad Euthydemum fecimus mentionem. Praeterea nobis utilia fuerunt quattuordecim Fischeri programmata inde ab anno 1791 usque ad a. 1798. in lucem edita, quibus senex doctissimus, sex priores libri sectiones pertractavit, ita tamen, ut quum tironum utilitati vellet prospicere, plerumque res facillimas sermone ad taedium usque copioso illustraverit. Nonnihil utilitatis attulerunt etiam Excerpta ex Procli Scholiis in Cratylum Platonis. ex codd. edita ab I. Fr. Boissonade. Lips. et Lugd. Bat. 1820. 8. *)

---

*) Hic errorem quendam notare placet, quem admiserunt editores Bipontini T. III. p. VII. qui Maximi Tyrii scholia

CODICES.

Bodleianus s. **Clarkianus. Coislin.** (*Γ*). **Vat.** (*Δ*). n. 225. **Vat.** 1 et m. 895. et 896. **Veneti** *ΛΞΠΣ*. **Vindob.** *Y*. **Par.** BCEFGHI et X, quo tamen Bekkerus in Elencho p. X. solum Phaedonem contineri narrat. **Florentini** a. b. c. d. i. **Gudianus** (quem ad rem adhibuit Heindorf.), **Zittaviensis.** et **Darmstad.** fragment. Inter eos primas tenent **Bodleianus. Vaticanus** *Δ*. **Coislin. Venet.** *Π*., secundas **Paris.** G. numero 1813. in catalogo signatus, **Gudian. Darmst. Flor.** d. **Zittav.**

---

in Cratylum narrant extitisse in Biblioth. vet. Palat. eamque in rem memorant Catal. Mss. Graec. n. 386. in Monum. piet. et lit. p. 722. secuti, ut videtur, **Harlessium** ad Bibliothec. Graec. Vol. III. p. 17. At vero Sylburgium novimus in Catalogo nihil narrare, nisi in illo codice, quo Scholia in Platonis Cratylum, Procli nimirum, contineantur, etiam Tyrii Orationes XLI. comprehendi. En habes erroris fontem.

Κ Ρ Α Τ Υ Λ Ο Σ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ, ΚΡΑΤΥΛΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Cap. I. *ΕΡΜ.* *Βούλει οὖν καὶ Σωκράτει τῷδε* 383
ἀνακοινώσωμεν τὸν λόγον;

V. 383. *Βούλει οὖν —*] Gud. οὖν om., quod melius servatur. Dein Vat. *Δ*. Ven. ΞΣ. Vindob. Gud. Zitt. Par. G., marg. B., et a pr. m. Flor. a. c. d. *ἀνακοινωσώμεθα*, quod dedit Bekkerus. Nos vulgatum tenere maluimus. v. Annotat.

P. 383. *Βούλει οὖν καὶ Σ.*] Astius De Vita et Scriptis Platonis p. 274. dialogum censet initio mutilum esse. Quod viri docti judicium vereor ut quisquam sit pro vero habiturus, qui Platonem meminerit saepenumero legentium animos statim in medias res rapere solere. Simillimum Philebi initium est: *Ὅρα δή, ὦ Πρώταρχε, τίνα λόγον μέλλεις παρὰ Φιλήβου δέχεσθαι νυνί:* unde hoc οὖν rectissimo judicio defendit Heindorfius. Nec inepte contendas initium Symposii, Menonis, et aliorum quorundam sermonum, in quibus similem animadvertere licet rationem. Dein *ἀνακοινοῦν τινί τι*, communicare cum aliquo aliquid, dicuntur qui aliquid ad aliquem referunt eius sententiam audituri, ideoque aliquid ad deliberandum et iudicandum proponunt. Narrant autem Grammatici veteres Atticos verbo activo usos esse pro medio, ita tamen, ut nec hoc abstinuerint. Suidas: *Ἀνακοινώσασθαι καὶ ἀνακοινῶσαι ἄμφω λέγουσι· Ξενοφῶν δὲ καὶ ἀνεξυνοῦτο εἴρηκεν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς.* Herodianus ap. Pierson. ad Moerid. p. 434. *Κοινῶσαι λέγουσι μᾶλλον, οὐχὶ κοινώσασθαι.* Quae observatio neutiquam labefactatur Moeridis iudicio ita scribentis: *Ἀνακοινῶσαι, Ἀττικῶς, ὡς Θουκυδίδης· ἀνακοίνωσον τοῖς φίλοις· ἀνακοινώσασθαι, Ἑλληνικῶς.* Fallor enim, aut grammaticus nihil aliud voluit significare, quam medium verbum omnibus Graecis commune esse ideoque ne Atticis quidem eripiendum. Certe quidem Plato media verbi forma usus est Lachet. p. 178. B. p. 179. E. Protagor. p. 237. A. al. Sed idem activum posuit Legg. XI. p. 413. B, quod cur etiam hic tenendum censeamus, codicum momenta vel levi-

ΚΡ. Εἴ σοι δοκεῖ.

ΕΡΜ. Κρατύλος φησὶν ὅδε, ὦ Σώκρατες, ὀνόματος ὀρθότητα εἶναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων φύσει πεφυκυῖαν, καὶ οὐ τοῦτο εἶναι ὄνομα, ὃ ἄν τινες, ξυνθέμενοι καλεῖν, καλῶσι, τῆς αὑτῶν φωνῆς μόριον ἐπιφθεγγόμενοι, ἀλλὰ ὀρθότητά τινα τῶν ὀνομάτων
B πεφυκέναι καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις τὴν αὐτὴν ἅπασιν. ἐρωτῶ οὖν αὐτὸν ἐγώ, [εἰ] αὐτῷ πότερον Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομα, ἢ οὔ· ὁ δὲ ὁμολογεῖ [αὐ-

ὃ ἄν τινες ξυνθ.] ὅ τι ἄν τινες vulgo, consentientibus Par. EF.

τῆς αὑτῶν φωνῆς] V. αὐτῶν, quod Fischerus et Heindorfius ex Ald. Bas. 1. 2. cod. Bodl. Gud. Zitt. Flor. b. d. i. mutarunt in αὑτῶν.

B. [εἰ] αὐτῷ Κρατ.] Coisl. ὅτι pro εἰ. Post αὐτῷ Bodl. Vat. Gud. Zitt. Flor. d. Ven. ΞΠΣ. Vind. πότερον inserunt. In Par. G. est πρότερον. Dein verba ἐστὶν, ἢ οὔ desunt in Coisl. Ven. *A.* Par. BCEFHIX. Vat. 1. m. Flor. a. b. d. i. Darmst. Videtur igitur διττογραφία olim exstitisse, ut altera lectio esset εἰ αὐτῷ Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομα· ὁ δὲ ὁμολογεῖ κ. τ. λ., altera autem: ἐρωτῶ οὖν αὐτὸν ἐγώ, αὐτῷ πότερον Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομά ἐστιν ἢ οὔ· ὁ δὲ ὁμολογεῖ. Ex quibus recepi posteriorem utpote optimorum librorum auctoritate confirmatam. Dein verba

ter ponderantibus non erit obscurum.

ὃ ἄν τινες —] et non hoc esse nomen, quod quidam usurpent, inter quos de eo usurpando convenerit, linguae suae particulam pronuntiantes, sed rectam quandam nominum rationem natura esse, et Graecis et barbaris, eandem omnino omnibus. Enimvero Hermogenes in ea erat opinione, ut nomina rerum arbitraria esse crederet. v. cap. 2. Contrarium Cratylus statuebat, qui eadem volebat esse naturalia. Καλεῖν ὄνομα, ut Lat. nomen appellare pro usurpare, frequentius est et usitatius, quam ut exemplorum enumeratione illustrandum sit; quae si quis desiderat, is adeat Heindorfium. Verbum ἐπιφθέγγεσθαι eodem modo positum Phileb. p. 18. D. μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προςειπών. Sophist. p. 257. C. Respexit hunc locum Eusebius Praep. Evang. 11, 6. p. 515. ed. Col. fieri posse existimans, ut Plato nomine barbarorum solos Hebraeos significaverit, quandoquidem in aliis aliorum barbarorum linguis talis nominum cura non animadvertatur. Quod posuisse est explosisse.

B. αὐτῷ γε τοῦτο ὄνομα εἶναι] Haec per errorem orta esse vel praegressum illud τῇ ἀληθείᾳ, h. e. ἀληθῶς, evincit, ut quod in hac verborum repetitione non potuerit commode praetermitti. Ceterum etiam Herodt. 8, 67. ita dixit τῇ ἀληθηΐῃ, et So-

τῷ γε τοῦτο ὄνομα εἶναι]. Τί δὲ Σωκράτει; ἔφην ἐγώ. Σωκράτης, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις πᾶσιν, ὅπερ καλοῦμεν ὄνομα ἕκαστον, τοῦτ' ἔστιν ἑκάστῳ ὄνομα; Ὁ δέ, Οὔκουν σοί γε, ἦ δ' ὅς, ὄνομα Ἑρμογένης, οὐδὲ ἂν πάντες καλῶσιν ἄνθρωποι. Καὶ ἐμοῦ ἐρωτῶντος καὶ προθυμουμένου εἰδέναι, ὅ τί ποτε λέγει, οὔτε ἀποσαφεῖ οὐδέν, 384 εἰρωνεύεταί τε πρός με, προσποιούμενός τι αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ διανοεῖσθαι ὡς εἰδὼς περὶ αὐτοῦ, ὃ εἰ βού-

αὐτῷ γε τοῦτο ὄνομα εἶναι videntur ex glossemate orta esse, atque desunt in edit. Bas. 2. Ficino, Bodl. Ven. ΠΔ. Coisl. Par. BCEFHX. Vat. 1. m. Flor. a. i. In Bodl. et Ven. Π. tamen margini adscripta leguntur. Flor. b. c. habent ὁ δὲ ὁμολογεῖ αὐτῷ, reliquis omissis.

Τί δὲ Σωκράτει] δαὶ Vat. et pauci alii, cum vett. editt. Dein ἐγὼ post ἔφην om. Coisl. Ven. Δ. Par. BEFHIO. Vat. 1. m. Flor. a. b. c. i. Darmst.

καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις] In Ald. Bas. 1. Steph. et paucis codd. mss. ἀνθρώποις deest, cuius omissionem peperit scripturae compendium ἀνοῖς.

P. 384. εἰρωνεύεταί τε πρός με] Heindorf. correxit πρὸς ἐμέ. sed v. ad Protagor. p. 335. A. Gorg. p. 489. E. Lysid. p. 211. A.

phocles ap. Clem. Alex. Protrept. p. 48. B. et Strom. 5. p. 603. B. ed. Colon. ταῖς ἀληθείαισι, quos comparavit Fischer.

Τί δὲ Σωκράτει;] int. τῇ ἀληθείᾳ ὄνομά ἐστι Σωκράτης. Nam ita omissis verbis insiticiis haec explenda sunt. — ὅπερ καλοῦμεν ἕκαστον est: quo quemque appellamus. Cavendum est enim, ne ἕκαστον et ἑκάστῳ neutro genere accipiatur, quod utrumque pertinet ad ἄνθρωπον. Formula καλεῖν τινα ὄνομα, de aliquo nomen usurpare, aliquem nomine appellare, reperitur infra p. 400. D. περὶ ὀνομάτων, ἅττα ποτὲ ἑαυτοὺς καλοῦσιν. Xenoph. Mem. II. 2. 1. τοὺς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο καλοῦσιν; Id. Oecon. 7, 3. καλοῦσί με τοῦτο τὸ ὄνομα. Etiam dativus personae vel rei formulae additur, siculi infra p. 385. D. p. 419. C. E. Politic. p. 279. E. al. Nec infrequens est καλεῖν τι ἐπί τινι, quod legitur infra p. 433. E. et sexcentis aliis locis. conf. Matthiae Gr. G. 420. 2. b. — τοῦτ' ἔστι, i. e. τοῦτ' ὄντως ἔστιν.

Οὔκουν σοί γε — ὄνομα Ἑρμογένης] Negabat Cratylus facete in amicum ullo modo Hermogenis nomen convenire. Hermogenes enim neque disertus fuit aut facundus, ut ipse ait p. 408. B., neque dives et opulentus, sicut ex p. 384. C. perspicitur. conf. p. 407. E sqq.

P. 384. οὔτε ἀποσαφεῖ — εἰρ. τε] Ita post οὔτε non

λοιτο σαφῶς εἰπεῖν, ποιήσειεν ἂν καὶ ἐμὲ ὁμολογεῖν καὶ λέγειν ἅπερ αὐτὸς λέγει. εἰ οὖν πῃ ἔχεις συμβαλεῖν τὴν Κρατύλου μαντείαν, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. μᾶλλον δὲ αὐτῷ σοι ὅπῃ δοκεῖ περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, ἔτι ἂν ἥδιον πυθοίμην, εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν.

ΣΩ. Ὦ παῖ Ἱππονίκου Ἑρμόγενες, παλαιὰ παρ-
B οιμία, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά ἐστιν ὅπῃ ἔχει μαθεῖν· καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἀκηκόη παρὰ

B. ἤδη ἀκηκόη] Bodl. et a pr. m. Coisl. ἀκηκόει. unde emergit Atticum ἀκηκόη, a Bekkero in locum vulgati ἀκηκόειν suffectum.

οὐδὲν ἂν ἐκώλυε] V. ἐκώλυσε, quod iam Heindorfius e Gud.

raro in altero membro τε inferri ad Protag. p. 309. B. Menex. p. 239. C. al. observavimus. — ἀποσαφεῖ, i. e. σαφῶς λέγει.

συμβαλεῖν τὴν Κρατύλου μαντείαν] Cratylus enim sententiam suam non aperte et clare, sed tecte et obscure indicaverat, cuiusmodi oratione vaticinantes uti solent. Quocirca μαντεία est sententia obscure prodita tecteque significata, apteque additur συμβαλεῖν, coniicere. Fortasse simul respicitur eo, quod Cratylus Euthyphroni vati his in rebus multum tribuebat.

Ὦ παῖ Ἱππονίκου —] „Est hic in notissima illa gente Hipponicus alter, Calliae II. filius. conf. Thucyd. III. 91. Athen. V. p. 218. Plutarch. Alcib. p. 195. Andocid. Orat. IV. p. 296.“ *Heindorf.* Plura de his rebus dabit Boeckhius De Oeconom. Athen. T. II. p. 15 sqq., quo loco doctissime de gente Calliarum exposuit. De proverbio, χαλεπὰ τὰ καλά, v. praeter Schol. ad h. l. De Rep. IV. p. 435. C. VI. p. 497. D. Hipp. mai. p. 304. E. Ad Solonem auctorem illud referunt Hesychius s. v. Χαλεπά. Zenobius Paroem. 6, 38. Phavorinus, alii.

B. οὐ σμικρὸν τ.] h. e. non facile. Euthydem. p. 275. D. ἅτε μεγάλου ὄντες τοῦ ἐρωτήματος. Phaedon. p. 62. B. ὁ μὲν οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος — μέγας τέ τις ἐμοὶ φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διιδεῖν.

παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπ.] Lepide simul et sophistae iactantiam cavillatur, qui se profitebatur τῇ πεντηκονταδράχμῳ ἐπιδείξει tantum posse efficere, et suam ipsius tangit paupertatem, quae ipsum prohibuerit, quominus scholis Prodici pretiosioribus ideoque scilicet utilioribus interesse potuerit, ut profecto totus hic locus suavissimae et urbanissimae irrisionis lepore perfusus sit. Non absurde Proclus p. 10. Ὅτι εἰρωνευόμενος νῦν ὁ Σωκράτης διαβάλλει τὸν σοφιστὴν Πρόδικον. ἐκ γὰρ τῆς δραχμιαίας, ὡς ἔοικεν, ἐπιδείξεως

Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι, ὥς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα, πῇ ποτὲ τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων. συζητεῖν μέντοι ἕτοιμός εἰμι καὶ σοὶ καὶ Κρατύλῳ κοινῇ. ὅτι δὲ οὔ φησί σοι Ἑρμογένη ὄνομα εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, ὥςπερ ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν· οἴεται γὰρ ἴσως σε χρη- C

mutavit, consentientibus Vat. Coisl. Ven. Ξ. Par. BCEFGHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. Dein Darmst. et Par. G. δραχμαίαν.

C. οὔ φησί σοι] φήσει Vat. Flor. d. et pr. Bodl. cum Ven. Δ. errore. Mox Zitt. Ven. Π. σκώπτει. Gud. Flor. a. c. Par. CH. al. σκοπεῖν, utrumque vitiose.

κατέγνω καὶ τὴν πεντηκοντάδραχμον ἀπατηλὴν οὖσαν. De Socratis cum Prodico familiaritate et consuetudine nobilissimi sunt loci Protagor. p. 341. A. Charmid. p. 163. D. Docuisse sophistam ita, ut pro argumentorum vel etiam audientium diversitate diversam exegerit institutionis mercedem, narrat etiam scriptor Axiochi c. 6., qui eum ait modo drachmae dimidium, modo binas, modo quaternas drachmas a singulis discipulis accepisse. Hoc igitur loco discimus Prodicum inter alia etiam περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος scholas habuisse, quarum pretium esset quinquaginta drachmarum, h. e. circiter undecim thalerorum, et quod excurrit: idque etiam Aristot. Rhetor. III. 14. Scholiast. ad Aristoph. Nubb. v. 360. et Suidas s. v. Πρόδικος testimonio suo confirmant. Socratis paupertatem autem in vulgus notam multumque exaggeratam fuisse certissime constat e Xenoph. Oecon. II. 3., cum quo loco contendas Plat. Apolog. p. 23. B. Quocirca ipse hoc loco eius non sine urbanitate quadam mentionem iniecit.

C. σοὶ Ἑρμογένη ὄνομα εἶναι] Latini dicunt Est tibi nomen Hermogenes, Hermogenis et Hermogeni: Graecis, quod sane mireris, non fuit tanta hoc in genere concessa libertas, qui in hac formula genitivi atque dativi usu prorsus abstinuisse reperiuntur. v. Heindorf. ad h. l. et ad Theaet. p. 150. A. Matthiae Gr. §. 308. Ex quo perspicuum est, cur vulgatum Ἑρμογένει tolerari non possit.

ὥςπερ ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν] Fallitur Heindorfius haec interpretans: propemodum suspicor. Neque enim ὥςπερ usquam sic usurpatum reperitur, ut sit propemodum; id quod nec exempla a viro docto huc allata evincunt, in quibus omnibus vocula ut Lat. quasi inservit mitigandae comparationis audaciae vel insolentiae. Longius etiam Heusdius a vero aberravit, qui Specim. Crit. p. 79. legendum censuit: ὥςπερ λέγεις, ὑποπτεύω

μάτων ἐφιέμενον κτήσεως ἀποτυγχάνειν ἑκάστοτε.
ἀλλ', ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, εἰδέναι μὲν τὰ τοιαῦτα χα-
λεπόν, εἰς τὸ κοινὸν δὲ καταθέντας χρὴ σκοπεῖν,
εἴτε ὡς σὺ λέγεις ἔχει, εἴτε ὡς Κρατύλος.

Cap. II. ΕΡΜ. Καὶ μὴν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες,
πολλάκις δὴ καὶ τούτῳ διαλεχθεὶς καὶ ἄλλοις πολ-
D λοῖς, οὐ δύναμαι πεισθῆναι, ὡς ἄλλη τις ὀρθότης
ὀνόματος ἢ ξυνθήκη καὶ ὁμολογία. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ,

D. ὡς ἄλλη τις ὀρθότης] Sic Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. ΔΣ. Vindob. Par. BCEFGHIX. Vat. 1. Gud. Zitt. Darmst. Flor. a. b. c. i. Vulgo ὡς ἄλλη τίς ἐστιν ὀρθότης.

τοῦτο εἶναι τὸ ὀρθόν] καὶ vulgo post εἶναι interpositum delevi auctoritate codd. Bodl. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. G. Gud. Flor. d. Zitt. Certe ordo hic debuerat esse: τοῦτο καὶ εἶναι τὸ ὀρθόν, quod requirebat Heindorfius.

οὐδὲν — ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου κειμένου] Haec in Ald. Bas. 1. Steph. sic scripta leguntur: οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατεθὲν τοῦ πρότερον κειμένου, ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα. οὐ γὰρ φύσει κ. τ. λ. Sed ed. Bas. 2. cum Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣΥ. Par. G. Flor. b. i. Zitt. Darmst. οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥσπερ τοῖς οἰκέταις μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου κειμένου· οὐ γὰρ φύσει κ. τ. λ. Et sic edere non dubitavimus.

αὐτὸν σκ. Enimvero dicta haec sunt frequentissima loquendi forma pro: ὥσπερ ὑποπτεύω, σκώπτει, vel, omisso ὥσπερ, pro ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν. Plurima id genus exempla congessi ad Phaedr. p. 270. E., quibus perlustratis omnis de hoc loco sublata erit dubitatio. Eodem modo interpretandus est locus p. 399. D. ὥσπερ τοίνυν μοι δοκεῖ τούτοις ἑξῆς εἶναί τι χρῆμα, ubi rursus erravit Heindorfius.

σὲ χρημάτων ἐφιέμενον —] Groen van Prinsterer Prosograph. Plat. p. 224. „Incertum est, inquit, quo casu ad egestatem filius sit redactus opulentissimi Hipponici: hominum fraude fortasse, a quorum malitia multum se queritur perpessum Cratyl. p. p. 386. A. B., unde etiam praeter deos sibi nullos superesse amicos dicit apud Xenoph. Symp. III. 14. IV. 47 — 50. At rei familiaris angustiae, in quibus frater versabatur, profecto Calliae non fuerunt honori: quorsum pertinent verba Socratis Cratyl. p. 391. C." conf. Xenoph. Mem. II. 10, 3. IV. 8, 4. ibique Schneiderum.

εἰς τὸ κοινὸν δὲ καταθέντας —] Similiter Phileb. p. 14. B. τὴν τοίνυν διαφορότητα, ὦ Πρώταρχε, τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σοῦ μὴ ἀποκρυπτόμενοι, κατατιθέντες δὲ εἰς τὸ μέσον τολμῶμεν κ. τ. λ.

D. ἕτερον μετατεθῇ] et si rursus quidem hoc commutet cum alio neque illud amplius usurpet. Nam μετατίθεσθαί τι ἕτερον est facta mutatione aliud quid ponere, quemadmodum μετα-

ὅ τι ἄν τίς τῳ θῆται ὄνομα, τοῦτο εἶναι τὸ ὀρθόν· καὶ ἂν αὖθίς γε ἕτερον μεταθῆται, ἐκεῖνο δὲ μηκέτι καλῇ, οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν [τοῦ προτέρου], ὥςπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατεθὲν τοῦ πρότερον κειμένου· οὐ γὰρ φύσει ἑκάστῳ πεφυκέναι ὄνομα οὐδὲν οὐδενί, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει τῶν

Sed prius illud *τοῦ προτέρου* quum et per se suspectum sit neque legatur in Gud., uncis seclusimus. Flor. d. habet: *οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥςπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου κειμένου· οὐ γὰρ φύσει κ. τ. λ.* Flor. c. praebet: *οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου· ὥςπερ τοῖς* — sed eadem manus in marg. *οὐδὲν ἧττον εἶναι ὀρθὸν τοῦτ' εἶναι τὸ μετατεθὲν τοῦ προτέρου κειμένου.* Cornarius ex cod. Hassensten. legendum putabat: *οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥςπερ τοῖς οἰκ.* verbis: *οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατεθὲν τοῦ προτέρου κειμένου* tanquam glossemate reiectis. Et inclusit ea uncinis I. Bekkerus. Heindorfius priore *τοῦ προτέρου κειμένου* deleto omnia recte se habere arbitratur. Beckius primitus scriptum fuisse censet: *οὐδὲν ἧττον τοῦτ' ἔχειν ὀρθῶς, τὸ μετατεθέν, ὥςπερ — μετατιθ. οὐ γὰρ φύσει κ. τ. λ.* reliqua esse interpretum additamenta.

βάλλειν quoque usurpari ad Phaedr. p. 241. A. ostendimus.

οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν — τοῦ πρότερον κειμένου] Haec Cornarius tanquam ineptum glossema abiicienda censuit. In quo miror ei assentiri I. Bekkerum, qui uncis adhibitis et ipse suam de iis prodidit animi suspicionem, quum tamen Heindorfius verborum rationem optime dilucidavisset. Nimirum nemo, opinor, in his offenderet, si scriptum legeretur: *ὥςπερ γὰρ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς κ. τ. λ.* Sed tantum abest, ut coniunctio aliqua requiratur, ut ea constanti fere loquendi consuetudine omissa sit. v. ad Gorg. p. 448. E. Remp. VIII. p. 557. C., qui locus etiam eo nomine huic simillimus est, quod eadem iteratur sententia. *Οἰκέται* omnino quidem sunt domestici. Sed ea fuit Graecorum humanitas, ut isto vocabulo etiam appellarent servos, quemadmodum Romanos novimus iis familiae et familiarium nomen imposuisse. v. Athenaeus VI. 19. Pollux III. 82. Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 5. Eustath. ad Iliad. ε'. p. 566. 12. Odyss. p. 1425. 5. ed. Rom. Seneca Epist. 47. Macrob. Saturn. I, 9. Aptissime hoc nomine usus est Plato Sympos. p. 210. D., ubi non assentior Hommelio ὥςπερ ὁ ἱκέτης corrigenti. Iam vero quum nomina servorum varia essent atque ducta ex variis causis et opportunitatibus, fieri sane poterat, ut illi pro arbitrio dominorum modo hoc modo alio insignirentur, quemadmodum apud nostrates, qui ab alio Frie-

ἐθισάντων τε καὶ καλούντων. εἰ δέ πῃ ἄλλῃ ἔχει,
E ἕτοιμος ἔγωγε καὶ μανθάνειν καὶ ἀκούειν οὐ μόνον παρὰ Κρατύλου, ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλου ὁτουοῦν.

385 ΣΩ. Ἴσως μέντοι τι λέγεις, ὦ Ἑρμόγενες· σκεψώμεθα δέ. ὃ ἂν θῇ καλεῖν τις ἕκαστον, τοῦθ' ἑκάστῳ ὄνομα;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Καὶ ἐὰν ἰδιώτης καλῇ, καὶ ἐὰν πόλις;

ΕΡΜ. Φημί.

ΣΩ. Τί οὖν, ἐὰν ἐγὼ καλῶ ὁτιοῦν τῶν ὄντων, οἷον ὃ νῦν καλοῦμεν ἄνθρωπον, ἐὰν ἐγὼ τοῦτο ἵππον προςαγορεύω, ὃ δὲ νῦν ἵππον, ἄνθρωπον, ἔσται

E. ὃ ἂν θῇ καλεῖν] φῇς Coisl. Ven. Δ. Par. IX. Vat. l. m. Flor. b. i. Steph. φῇ. Recte plerique omnes cum Bodl. θῇ. v. ann. Dein vulgo τοῦτ' ἔστιν. Sed ἔστιν om. Coisl. Ven. ΔΞ. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. d., quod, etsi optimi tenent, tamen quia ceteri tanto consensu abiiciunt, ex glossemate ortum putamus.

drich vocatur, apud alium Iohann audit. Mores Graecorum hoc in genere descripsit Hemsterhusius ad Lucian. Tim. §. 22. T. I. p. 102 sq. ed. Graev. Ceterum lepidum est quod narrat Ammonius Hermias ad Aristot. De Interpret. p. 31 sqq. Diodorum Cronum, ut nomina arbitraria esse evinceret, servis suis particularum imposuisse nomina, ut unum conclusivae nomine Ἀλλὰ μὴν appellaret, alios aliis.

ἕτοιμος ἔγωγε] sc. εἰμί. v. ad Lachet. p. 180. A. Addito verbo supra p. 384. B. συζητεῖν μέντοι ἕτοιμός εἰμι καὶ σοὶ καὶ Κρατύλῳ κοινῇ.

P. 385. ὃ ἂν θῇ καλεῖν τις ἕκαστον] Heusdius Specim. p. 79. aut ὃ ἂν θῇ καὶ καλῇ τις scribendum censet aut θῇ in θέλῃ mutandum. Neutra correctione opus. Similis exempla constructionis collegit Porson. ad Eurip. Orest. v. 1662. Eurip. Troad. v. 1063. κακὴ θανεῖται, καὶ γυναιξὶ σωφρονεῖν Πάσαισι θήσει. Ion. v. 74. Ἴωνα δ' αὐτόν, κτίστορ' Ἀσιάδος χθονός, Ὄνομα κεκλῆσθαι θήσεται καθ' Ἑλλάδα. Quibus addit Schaeferus Pausan. IV. 23. f. ὄνομα δὲ τῇ πόλει μετέθεσαν Μεσσήνην ἀντὶ Ζάγκλης καλεῖσθαι.

Καὶ ἐὰν ἰδιώτης καλῇ, καὶ ἐὰν πόλις] Ita saepe iunguntur ἰδιώτης καὶ πόλις. v. Gorg. p. 507. E. Alcibiad. I. p. 134. E. De Rep. VI. p. 501. A. VII. p. 536. A. Legg. I. p. 645. B. Ibid. p. 641. A al. Plura suppeditabunt interpretes Demosthen. Apparat. Schaefer. T. IV. p. 4.

Τί οὖν, ἐὰν ἐγὼ καλῶ ὁτιοῦν] Quid igitur, ego

δημοσίᾳ μὲν ὄνομα ἄνθρωπος τῷ αὐτῷ, ἰδίᾳ δὲ ἵππος; καὶ ἰδίᾳ μὲν αὖ ἄνθρωπος, δημοσίᾳ δὲ ἵππος; οὕτω λέγεις;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ. B

Cap. III. *ΣΩ.* Φέρε δή μοι τόδε εἰπέ. καλεῖς τι ἀληθῆ λέγειν καὶ ψευδῆ;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἴη ἂν λόγος ἀληθής, ὁ δὲ ψευδής;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὗτος, ὃς ἂν τὰ ὄντα λέγῃ ὡς ἔστιν, ἀληθής· ὃς δ' ἂν ὡς οὐκ ἔστι, ψευδής;

ΕΡΜ. Ναί.

P. 385. *Καὶ ἐὰν ἰδιώτης*] Editt. bis ἂν praebent invitis Bodl. Cois. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. Par. G. Vat. l. m. Flor. b. d. Darmst. Zitt. Mox iidem libri ἐὰν ἐγὼ pro ἂν ἐγώ, excepto tamen Bodl.

B. *Ἔμοιγε δοκεῖ*] Post haec verba Par. G. et Gud. addunt: τί γὰρ ἂν ἄλλο τις φαίη;

si alicui rei nomen impono? quid tum fiet? Male haec vulgo erant distincta sic, ut post τί οὖν nota interrogandi, post τῶν ὄντως autem comma interponeretur. Quem errorem primus Bekkerus sustulit. Etiam post ἄνθρωπον in locum maioris interpunctionis ὑποστίγμην suffecimus. Mox ne mireris encliticam in verbis *Φέρε δή μοι τόδε εἰπέ* ita praemissam, tritus sane hic usus loquendi est et maxime pervulgatus. v. ad Phaedr. p. 258. A. Ion. p. 535. B. Errant autem qui post δὴ interpungunt.

B. *εἴη ἂν λόγος ἀληθής*] h. e. εἴη ἂν ὁ μὲν λόγος ἀληθής. v. ad Protagor. p. 330. A. Remp. V. p. 451. D. Summa eorum, quae a Socrate et Hermogene hoc loco disputantur, huc redit. Docet Socrates, qui rebus velit nomina imponere, eius arbitrium non esse liberum nullisque legibus adstrictum, sed ea potius norma dirigendum esse, ut in legendis vocabulis ipsa rei cuiusque natura vel maxime spectanda sit et observanda. Sicuti enim oratio vera habeatur ea, quae tota cum natura rerum, ad quas pertineat, concinere nec ab ea ulla in parte discrepare videatur; ita nomina quoque, utpote orationis partes, referre naturam rerum, quas indicent, debere. Ex quo Socrates consequi vult, ut recta nominum ratio ab ipsarum rerum natura neque ab hominum arbitrio et voluntate pendere existimanda sit. Neque tamen Hermogenes his expositis a sua recedit sententia, negatque pertinaciter sibi impositionem nominum aliam rectam esse videri, nisi arbitrariam.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα τοῦτο, λόγῳ λέγειν τὰ ὄντα τε καὶ μή;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὁ λόγος δ' ἐστὶν ὁ ἀληθὴς πότερον ὅλος
C μὲν ἀληθής, τὰ μόρια δ' αὐτοῦ οὐκ ἀληθῆ;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ καὶ τὰ μόρια.

ΣΩ. Πότερον δὲ τὰ μὲν μεγάλα μόρια ἀληθῆ, τὰ δὲ σμικρότερα οὔ; ἢ πάντα;

ΕΡΜ. Πάντα, οἶμαι ἔγωγε.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅ τι λέγεις λόγου σμικρότερον μόριον ἄλλο ἢ ὄνομα;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο σμικρότατον.

ΣΩ. Καὶ τὸ ὄνομα ἄρα τὸ τοῦ ἀληθοῦς λόγου λέγεται;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἀληθές γε, ὡς φής.

πότερον ὅλος μὲν ἀληθής] μὲν ὅλος Coisl. Ven. *Α*. Par. BCEFHIX. Vat. I. m. Darmst. Flor. a. b. c. i. Mox Gudian. Par. G. τὰ δὲ σμικρότερα οὔ; Vulgo erat τὰ δὲ σμικρὰ οὔ;

C. Καὶ τὸ ὄνομα ἄρα τὸ τοῦ ἀλ.] Pro τὸ ὄνομα multi vel τοῦτο ὄνομα vel solum τοῦτο praebent. Male. Pro ἄρα vett. editt. ἆρα, quod ab Heindorfio correctum ex Flor. d. mutavimus.

μόριον οὐ ψεῦδος;] Steph. de coniectura Cornarii dedit ψευδές. male. v. ann.

Ἔστιν ἄρα τοῦτο, λόγῳ λέγειν] Fieri igitur hoc potest, ut quis oratione possit et quae sunt et quae non sunt dicere? Nam verba λόγῳ λέγειν — καὶ μή; pronomini τοῦτο per epexegesin adiiciuntur, in qua ratione ne quis articulum requirat, vide quae de hac loquendi ratione ad Criton. p. 46. A. Euthydem. p. 286. E. et alibi scripsimus. Ceterum vere Heindorfius censet tangi hoc loco celeberrimam illam sophistarum cavillationem fieri posse negantium, ut quis τὸ μὴ ὂν diceret falsaque loqueretur aut mentiretur. v. infra p. 429. C. D. Sophist. p. 237. A. 260. C. Aristotel. Metaph. IV, p. 119. ed. Brand. Isocrat. Encom. Hel. p. 231 sq. et quae ad locum Euthydemi p. 285. A. — 288. A. in Prolegomenis ad eum librum disputabimus.

C. τὰ δὲ σμικρότερα οὔ;] Comparativo utitur, quia veluti praeparatur proximum illud λόγου σμικρότερον μόριον. Quod

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τὸ δὲ τοῦ ψευδοῦς μόριον οὐ ψεῦδος;

ΕΡΜ. Φημί.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα ὄνομα ψευδὲς καὶ ἀληθὲς λέγειν, εἴπερ καὶ λόγον;

ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ; D

ΣΩ. Ὃ ἂν ἄρα ἕκαστος φῇ τῳ ὄνομα εἶναι, τοῦτό ἐστιν ἑκάστῳ ὄνομα;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἦ καὶ ὁπόσα ἂν φῇ τις ἑκάστῳ ὀνόματα εἶναι, τοσαῦτα ἔσται; καὶ τότε, ὁπόταν φῇ;

ΕΡΜ. Οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ὀνόματος ἄλλην ὀρθότητα ἢ ταύτην, ἐμοὶ μὲν ἕτερον εἶναι καλεῖν ἑκάστῳ ὄνομα, ὃ ἐγὼ ἐθέμην, σοὶ δὲ ἕτερον, ὃ ἂν σύ. οὕτω δὲ καὶ ταῖς πόλεσιν ὁρῶ ἰδίᾳ ἑκάσταις ἐνίοτ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς κείμενα ὀνόματα, καὶ Ἕλλησι παρὰ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, καὶ Ἕλλησι παρὰ βαρβάρους. E

D. *Ὃ ἂν ἄρα* —] Bodl. *ὃ ἐὰν ἄρα*, errore frequenti.

ὁπόσα ἂν φῇ τις] Sic Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. G. Gud. Flor. a. d. Zitt. Vett. editt. *ὁπόσα ἄν τις φῇ*.

ἑκάσταις ἐνίοτ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς] V. *ἰδίᾳ ἑκάσταις ἐπὶ τ. α.* Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Gud. Flor. d. Zitt. *ἑκάσταις ἐνίοις ἐπὶ τ. ἀ.*, unde recte Buttmannus extudit *ἐνίοτ'*, quod etiam Bekkerus restituit, Coisl. Par. BCEFIHX. Vat. m. Flor. a. b. c. i. cum Bas. 2. *ἰδίᾳ ἐπὶ τ. α.*

non animadvertentes vett. editt. et librarii scripserunt *τὰ δὲ σμικρὰ οἵ.*

Καὶ τὸ ὄνομα ἄρα —] Ergone etiam *nomen*, quod ad veram orationem pertinet, enuntiatur? Etenim dixerat antea *εἶναι τὸ λόγῳ λέγειν τὰ ὄντα τε καὶ μή*: unde nunc colligit licere *λέγειν ὄνομα ὡς μόριόν τι τοῦ ἀληθοῦς λόγου τε καὶ τοῦ ψευδοῦς λόγου.* Mox quod Stephanus de Cornarii coniectura scripsit *μόριον οὐ ψευδές*, eo non opus esse praeter ea, quae ad h. l. notavit Heindorfius, docebunt quae ipsi scripsimus ad Apolog. p. 34. E. Phileb. p. 37. B. al.

D. *ἕτερον εἶναι καλεῖν*] h. e. *ἐξεῖναι.* Loquutionem *καλεῖν ὀνομά τινι* ad p. 383. E. attigimus. Articulum *τὸ* ante *ἐμοὶ μὲν* ne quis requirat, vide ann. ad C.

παρὰ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας] seorsum a ceteris Graecis, qui usus praepositionis post *ἄλλο* et *ἕτερον* maxime frequentatur.

Cap. IV. ΣΩ. Φέρε δὴ ἴδωμεν, ὦ Ἑρμόγενες, πότερον καὶ τὰ ὄντα οὕτως ἔχειν σοι φαίνεται, ἰδίᾳ αὐτῶν ἡ οὐσία εἶναι ἑκάστῳ, ὥςπερ Πρωταγόρας ἔλεγε, λέγων πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι ἄν-
386 θρωπον, ὡς ἄρα οἷα μὲν ἂν ἐμοὶ φαίνηται τὰ πράγματα εἶναι, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοί, οἷα δ' ἂν σοί, τοιαῦτα δ' αὖ σοί· ἢ ἔχειν δοκεῖ σοι αὐτὰ αὐτῶν τινὰ βεβαιότητα τῆς οὐσίας.

ΕΡΜ. Ἤδη ποτὲ ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἀπορῶν καὶ ἐνταῦθα ἐξηνέχθην, εἰς ἅπερ Πρωταγόρας λέγει· οὐ πάνυ τι μέντοι μοι δοκεῖ οὕτως ἔχειν.

ΣΩ. Τί δαί; ἐς τόδε ἤδη ἐξηνέχθης, ὥςτε μὴ πάνυ σοι δοκεῖν εἶναί τινα ἄνθρωπον πονηρόν;

B ΕΡΜ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἀλλὰ πολλάκις δὴ αὐ-

E. πότερον καὶ τὰ ὄντα] πότερα Par. G. Gudian.

P. 386. τὰ πράγματα εἶναι] εἶναι om. Coisl. Par. ABCFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Darmst.

τοιαῦτα δ' αὖ σοί] Hoc ex Gud. restituit Heindorf. Ald. Bas. 1. Steph. τοιάδε. Bas. 2. cum Ven. ΔΞ. Par. BCEHIX. Vat. l. m. Flor. a. b, c. i. Darmst. τοιαῦτα δὲ σοί. Par. G. τοιαῦτα αὖ σοί. Ven. Π. in marg. τοιαῦτα δ' αὖ σύ.

δοκεῖ σοι αὐτὰ αὐτῶν] Pro αὐτά, quod praebuerunt Bodl. Vat. Δ. Ven. ΠΣ. Vind. Par. G. Gud. Flor. d. Zitt., vulgo scribebatur ἄττα. Istud τινὰ post βεβαιότητα ponit Par. G. et Gudian.

Τί δαί; ἐς τόδε ἤδη ἐξην.] δαί pro δέ dedimus e Bodl.

E. πάντων χρημάτων μέτρον] Docebat enim Protagoras res tales esse, quales cuique apparerent. v. Theaet. p. 152. A. 177. C. Diogen. Laërt. IX. 61. ibique Menagius. Aristocles ap. Euseb. Praepar. Evang. XIV. p. 766 sqq. Sext. Empir. Hyp. I. 32, 216. ibique Fabric. Ex quo apparet, cur hominem rerum omnium veluti mensuram quandam esse voluerit. Proxima iisdem paene verbis referuntur etiam in Theaeteto l. c., ubi haec sunt: Οὐκοῦν οὕτω πως λέγει, ὡς οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοί· οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα δὲ αὖ σοί· ἄνθρωπος δὲ σύ τε κἀγώ, particulis μὲν et δὲ item iteratis, de quo usu v. ad Apolog. d. 28. E. Gorg. p. 512. A. et quae disputavit Buttmannus Excursu XII. ad Demosthen. Orat. adver. Midiam. sect. III. Hartung. de partic. Gr. Vol. I. p. 172 sqq.

P. 386. ἀπορῶν καὶ ἐνταῦθα —] eo usque delatus sum, videlicet ad ea, quae Protagoras statuit. Nam ita haec interpretanda puto, in quibus εἰς ἅπερ per epexegesin quandam post ἐν-

τὸ πέπονθα, ὥςτε μοι δοκεῖν πάνυ πονηροὺς εἶναί τινας ἀνθρώπους, καὶ μάλα συχνούς.

ΣΩ. Τί δέ; πάνυ χρηστοὶ οὔπω σοι ἔδοξαν εἶναι ἄνθρωποι;

ΕΡΜ. Καὶ μάλα ὀλίγοι.

ΣΩ. Ἔδοξαν δ' οὖν;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Πῶς οὖν τοῦτο τίθεσαι; ἆρ' ὧδε, τοὺς μὲν πάνυ χρηστοὺς πάνυ φρονίμους, τοὺς δὲ πάνυ πονηροὺς πάνυ ἄφρονας;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτως. C

ΣΩ. Οἷόν τε οὖν ἐστίν, εἰ Πρωταγόρας ἀληθῆ ἔλεγε καὶ ἔστιν αὕτη ἡ ἀλήθεια, τὸ οἷα ἂν δοκῇ

corr. Coisl. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. Vat. l. m. Gud. Zitt. Darmst. Dein ἤδη vulgo verbo ἐξηνέχθης praemissum postponunt Coisl. Darmst. Flor. d.

B. αὐτὸ πέπονθα] ταὐτὸ Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Zitt. ed. Bas. 2. Quod si verum est, interpretandum erit: idem hoc, quod tu commemoras. Praestat tamen vulgata lectio. Fischerus tentabat τοῦτ' αὐτό.

ἔδοξαν εἶναι ἄνθρωποι] Deest ἄνθρωποι in Coisl. Ven. Δ. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Darmst.

C. Οἷόν τε οὖν ἐστίν] ἐστὶν om. Coisl. Ven. Δ. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Darmst. Iidem fere mox εἶναι post φρονίμους extrudunt.

ταῦθα subiicitur. Nam εἰς ἅπερ liquet esse εἰς ταῦτα, ἅπερ λέγει Πρωταγόρας. Solere autem ἐνταῦθα usurpari pro ἐνταυθοῖ praeter alia docebunt quae adscripsimus ad Apolog. p. 36. C. Gorg. p. 494. E. Menexen. p. 248. C.

B. πολλάκις δὴ αὐτὸ πέπονθα] V. ad p. 384. C. Cum proximis contendas Gorg. p. 455. C. ὡς ἐγώ τινας σχεδὸν καὶ μάλα συχνοὺς αἰσθάνομαι. Phaed. p. 58. D. παρῆσάν τινες καὶ πολλοί γε. Xenoph. Hell. I. 5, 22. καί τινας ἀπέκτειναν, οὐ πολλούς. Verte: aliquos, imo vero permultos. — Ἔδοξαν δ' οὖν; verum tamen visi sunt?

C. Οἷόν τε οὖν ἐστίν] Num igitur, si Protagoras recte iudicavit atque haec est veritas, ut qualia cuique videantur, talia etiam sint omnia, fieri potest, ut alii nostrum sint sapientes, alii insipientes? Videtur Socrates hic et in proximis ad librum Protagorae Ἀληθείας nomine inscriptum respicere, ut Theaet. p. 171. C. οὐδενὶ ἂν εἴη ἡ Πρωταγόρου Ἀλήθεια ἀληθής. Ibid. p. 162. A. εἰ ἀληθὴς ἡ

ἑκάστῳ τοιαῦτα καὶ εἶναι, τοὺς μὲν ἡμῶν φρονίμους εἶναι, τοὺς δὲ ἄφρονας;

ΕΡΜ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Καὶ ταῦτά γε, ὡς ἐγῷμαι, σοὶ πάνυ δοκεῖ, φρονήσεως οὔσης καὶ ἀφροσύνης, μὴ πάνυ δυνατὸν εἶναι Πρωταγόραν ἀληθῆ λέγειν. οὐδὲν γὰρ ἄν που τῇ ἀληθείᾳ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου φρονιμώτερος εἴη, εἴπερ ἃ ἂν ἑκάστῳ δοκῇ, ἑκάστῳ ἀληθῆ ἔσται.

D ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

Cap. V. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατ' Εὐθύδημόν γε, οἶμαι, σοὶ δοκεῖ πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί. οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως εἶεν οἱ μὲν χρη-

οὐδὲν γάρ ἄν που τῇ ἀλ.] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. l. m. Ven. Π. Vind. Par. BCEFHI. Gud. Flor. a. b. c. d. i. Zitt. Darmst. Vett. editt. οὐδέ. Dein Par. G. τοῦ ἑτέρου ἡμῶν φρονιμ.

D. οἱ δὲ πονηροί] Par. G. οἱ δὲ πονηροὶ ἄνθρωποι, εἰ —.

εἰ μήτε πᾶσι πάντα] V. πάντα πᾶσι, invitis Bodl. Vat. Δ. l. m. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. FG. Flor. d. Gud. Zitt.

τῶν ὄντων ἐστί] Desunt haec in Coisl. Ven. Δ. Par.

Ἀλήθεια Πρ. Nam hoc opere illustrabatur celeberrima sententia de homine rerum omnium mensura. Quod autem Plato hic breviter significavit, sententia Protagorae admissa omnes aeque fore sapientes, id Theaetet. p. 179. A. B. C. copiosius demonstravit. Etiam illud observandum est, de quo iam Schleiermacherus monuit, toto hoc loco, ubi de Protagorae decretis agitur, usum vocabuli πάνυ solito esse frequentiorem. Ceterum quod Heindorfius duce Ficino post ἑκάστῳ censuit ἕκαστα excidisse, huius coniecturae ei magnam habemus gratiam.

D. πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί] Exploso et convicto Protagorae commento, quum videat Socrates Hermogenem, siquidem sibi constare neque pugnantia loqui velit, nec Euthydemi decretum probare posse, qui naturam rerum omnibus usquequaque eandem esse statuebat, hanc hominis sententiam per occasionem ita attingit, ut eius quoque vanitatem ex sumtionibus antea propositis apparere doceat. Etenim fuit Euthydemus rationi Protagorae addictus, quam tamen, ut ipse quoque aliquid novi proferret, ita mutavit, ut, sicuti ille res tales esse volebat, quales cuique apparerent, sic ipse statueret res omnibus usquequaque hominibus et continenter esse easdem. Enimvero sumsit ille haud dubie eandem semper esse hominibus rerum perceptionem. De hoc Euthydemo in Prolegomenis ad dialogum Platonis cognominem disputabimus. De eodem Proclus

στοί, οἱ δὲ πονηροί, εἰ ὁμοίως ἅπασι καὶ ἀεὶ ἀρετή τε καὶ κακία εἴη.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μήτε πᾶσι πάντα ἐστὶν ὁμοίως ἅμα καὶ ἀεί, μήτε ἑκάστῳ ἰδίᾳ ἕκαστον τῶν ὄντων ἐστί, δῆλον δή, ὅτι αὐτὰ αὑτῶν οὐσίαν ἔχοντά τινα βέβαιόν ἐστι τὰ πράγματα, οὐ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲ ὑφ' E
ἡμῶν, ἑλκόμενα ἄνω καὶ κάτω τῷ ἡμετέρῳ φαντάσματι, ἀλλὰ καθ' αὑτὰ πρὸς τὴν αὑτῶν οὐσίαν ἔχοντα, ᾗπερ πέφυκε.

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἔχειν.

ΣΩ. Πότερον οὖν αὐτὰ μὲν ἂν εἴη οὕτω πε-

BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. i. Darmst.

E. οὐ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲ ὑφ' ἡμῶν] Par. G. Gud. et a rec. m. Ven. *Π*. ὄντα post ἡμᾶς inserunt, quod recepit Heindorf. Dein vett. editt. ἀλλὰ καὶ καθ' αὑτά. sed recte καὶ om. Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *ΠΞΣ*. Par. FG. Flor. d. Zitt.

ὦ Σ., οὕτως ἔχειν] Deest ἔχειν in Coisl. Ven. *Δ*. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Darmst.

p. 15. Ὅτι ἄλλο τὸ Πρωταγόρου δόγμα καὶ ἄλλο τὸ Εὐθυδήμου· τὸ μὲν γὰρ λέγει, ὅτι οὐδὲν ὂν τὸ ὑποκείμενον φαντάζεται ποιὸν ἢ ποιὸν παρὰ τοῖς αἰσθανομένοις διὰ τὴν σύμμιξιν τοῦ ποιοῦντος καὶ πάσχοντος· τὸ δὲ τοῦ Εὐθυδήμου ἕκαστον ποιεῖ τὰ πάντα ὂν ἅμα καὶ ἀεί, καὶ πάντα ἀληθεύειν. ἐκ διαφόρων οὖν ἀρχῶν ὁρμώμενοι οὗτοι οἱ σοφισταὶ εἰς τὸ αὐτὸ καταλήγουσιν.

ὅτι αὐτὰ αὑτῶν οὐσίαν ἔχοντα —] Rerum vim et naturam arbitratur non esse subiectivam, quam vocant, quae ex sensuum nostrorum perceptione iudicanda sit, sed potius obiectivam, quae per se consistat nec aliunde sit suspensa. Post οὐ πρὸς ἡμᾶς Heindorfius ex cod. Gud., quocum etiam Par. G. et rec. Ven. *Π*. consentiunt, participium ὄντα inseruit, quod tamen vereor ne ex glossemate duxerit originem. Enimvero repetendum ex superioribus est οὐσίαν ἔχοντα.

E. ἀλλὰ καθ' αὑτὰ πρὸς] Pessime ante Bekkerum scribebatur ἀλλὰ καὶ καθ' αὑτά. Nam in hac eiusdem sententiae post ἀλλὰ repetitione καὶ locum non habet. Gorg. p. 452. E. ὁ δὲ χρηματιστικὸς οὗτος ἄλλῳ ἀναφανήσεται χρηματιζόμενος, καὶ οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλὰ σοὶ τῷ δυναμένῳ λέγειν. De Rep. III. p. 411. E. ἐπὶ δὴ δύ' ὄντε τούτω, ὡς ἔοικε, δύο τέχνα θεὸν ἔγωγ' ἄν τινα φαίην δεδωκέναι —, οὐκ ἐπὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, εἰ μὴ εἴη πάρεργον, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνω. — ᾗπερ πέφυκε, ita ut ipsae natura sua comparatae sunt, sive: pro natura sua.

φυκότα, αἱ δὲ πράξεις αὐτῶν οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον; ἢ οὐ καὶ αὗται ἕν τι εἶδος τῶν ὄντων εἰσίν, αἱ πράξεις;

ΕΡΜ. Πάνυ γε καὶ αὗται.

387 ΣΩ. Κατὰ τὴν αὐτῶν ἄρα φύσιν καὶ αἱ πράξεις πράττονται, οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν δόξαν. οἷον ἐάν τι ἐπιχειρήσωμεν ἡμεῖς τῶν ὄντων τέμνειν, πότερον ἡμῖν τμητέον ἕκαστον ὡς ἂν ἡμεῖς βουλώμεθα καὶ ᾧ ἂν βουληθῶμεν, ἢ ἐὰν μὲν κατὰ τὴν φύσιν βουληθῶμεν ἕκαστον τέμνειν τοῦ τέμνειν τε καὶ τέμνεσθαι καὶ ᾧ πέφυκε, τεμοῦμέν τε καὶ πλέον τι ἡμῖν ἔσται καὶ ὀρθῶς πράξομεν τοῦτο, ἐὰν δὲ παρὰ φύσιν, ἐξαμαρτησόμεθά τε καὶ οὐδὲν πράξομεν;

B ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἐὰν κάειν τι ἐπιχειρήσωμεν, οὐ κατὰ πᾶσαν δόξαν δεῖ κάειν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὀρθήν; αὕτη δ' ἐστὶν ᾗ πέφυκεν ἕκαστον κάεσθαί τε καὶ κάειν, καὶ ᾧ πέφυκεν;

ἢ οὐ καὶ αὗται] οὐ additum ex Bodl. Vat. Δ. Ven. ΛΠ. Vind. Par. FGXI. Gud. Flor. i. Zitt. et pr. Coisl. Ven. Σ. Par. BE. Pro vulg. *αὐταὶ* de coniecturae Heindorfii scripsimus *αὗται*.

P. 387. *τμητέον ἕκαστον*] Bas. 2. cum Flor. a. b. c. i. Ven. Α. Par. BCEFHX. et marg. Ven. Σ. *τμητέον τῶν ὄντων ἕκαστον*. Vat. Δ. Ven. Σ. Vind. Gud. Zitt. Flor. d. *τμητέον ἐστὶν ἕκαστον*. Ven. Ξ. *τμητέον τῶν ὄντων ἐστὶν ἕκαστον*.

αἱ δὲ πράξεις οὐ κατὰ τ.] Etiam actiones vult per se suam sibi vim naturamque habere, nec nostro visu tantum aut opinione contineri. Quocirca eas *ἕν τι εἶδος τῶν ὄντων* appellat, ut quae per se spectatae aliquid sint. De quo usu voc. *εἶδος* ad Parmenidem explicabimus. Hinc autem deinde colligit eas pro rei cuiusque natura fieri oportere neque ex mero hominum pendere arbitrio. — *αἱ πράξεις αὐτῶν*, actiones, quae ad res pertinent easque attingunt.

P. 387. *Κατὰ τὴν αὐτῶν ἄρα φύσιν —*] h. e. convenienter ad naturam suam instituantur. Posita autem natura actionum in eo est, ut et ratio, qua fiant, ipsi *φύσει* rerum, ad quas pertinent, accommodata sit, et instrumenta ea adhibeantur, quorum usum cuiusque rei natura postulet. Ex quo apparet etiam hoc in genere agentis arbitrium procul abesse oportere. Quam quidem sententiam Socrates deinceps illustraturus exemplis est.

τεμοῦμέν τε καὶ πλέον τι ἡμῖν ἔσται] Recte Heindorfius: re vera dividemus (non conabimur frustra

ΕΡΜ. *Ἔστι ταῦτα.*

ΣΩ. *Οὐκοῦν καὶ τἆλλα οὕτω;*

ΕΡΜ. *Πάνυ γε.*

Cap. VI. *ΣΩ.* *Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὸ λέγειν μία τίς ἐστι τῶν πράξεων;*

ΕΡΜ. *Ναί.*

ΣΩ. *Πότερον οὖν, ᾗ ἄν τῳ δοκῇ λεκτέον εἶναι, ταύτῃ λέγων ὀρθῶς λέξει, ἢ ἐὰν μὲν ᾗ πέφυκε τὰ πράγματα λέγειν τε καὶ λέγεσθαι καὶ ᾧ, ταύτῃ καὶ τούτῳ λέγῃ, πλέον τέ τι ποιήσει καὶ ἐρεῖ· ἐὰν δὲ μή, ἐξαμαρτήσεταί τε καὶ οὐδὲν ποιήσει;* C

ΕΡΜ. *Οὕτω μοι δοκεῖ, ὡς λέγεις.*

ΣΩ. *Οὐκοῦν τοῦ λέγειν μόριον τὸ ὀνομάζειν; ὀνομάζοντες γάρ που λέγουσι τοὺς λόγους.*

ΕΡΜ. *Πάνυ γε.*

B. *ᾗ πέφυκεν ἕκαστον*] Editt. omnes, bis *ἐπεφύκει*, quod emendavit Hermannus De Emend. Gramm. Graec. p. 202. et ad Hecub. p. 96. Firmat emendationem scriptura Zitt. *ἐπέφυκει*. Par. I. *πεφύκει*. Et habet *πέφυκεν* Parisinorum optimus G. Eodem modo erratum p. 389. A. B.

C. *ὀνομάζοντες γάρ που λέγουσι*] *καὶ διονομάζοντες γὰρ* Coisl. Ven. *Δ*. Par. CEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. cum ed. Bas. 2. Darm: *καὶ ὀνομάζοντες*.

dividere) et efficiemus aliquid. Sic paullo post: *πλέον τέ τι ποιήσει καὶ ἐρεῖ*, et deinceps, *οὕτω μὲν ἂν πλέον τι ποιοῖμεν καὶ ὀνομάζοιμεν*.

ᾗ πέφυκεν ἕκαστον κάεσθαι — καὶ ᾧ πέφυκεν;] Hic editt. omnes bis *ἐπεφύκει* plusquamperfectum scriptum exhibent. Quod ferri non posse recte iudicavit Hermannus De emendanda rat. Graec. Gramm. p. 202. et ad Eurip. Hecub. p. 96. ed. prim. Defendit veterem scripturam Heindorfius collatis illis p. 389. A. *ὃ ἐπεφύκει κερκίζειν* et p. 389. B. *οἷα δ' ἑκάστῳ καλλίστη ἐπεφύκει*, quibus nihil effici facile videbunt qui nostrum de iis iudicium cognoverint. Et hic quidem verae lectionis vestigia etiam in codicibus nonnullis expressa cernuntur. Unde revocavimus quod dudum revocari oportuit. Ceterum *τέμνειν* et *κάειν* cur ita iungantur, docebit locus Gorgiae p. 456. B. Mox *οὐδὲν ποιεῖν* est nihil proficere.

C. *τοῦ λέγειν μόριον τὸ ὀνομάζειν*] Hic *τὸ ὀνομάζειν* est singula nomina et vocabula proferre, quae pars

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸ ὀνομάζειν πρᾶξίς τίς ἐστιν, εἴπερ καὶ τὸ λέγειν πρᾶξίς τις ἦν περὶ τὰ πράγματα;

ΕΡΜ. Ναί.

D ΣΩ. Αἱ δὲ πράξεις ἐφάνησαν ἡμῖν οὐ πρὸς ἡμᾶς οὖσαι, ἀλλ' αὐτῶν τινα ἰδίαν φύσιν ἔχουσαι;

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὀνομαστέον ᾗ πέφυκε τὰ πράγματα ὀνομάζειν τε καὶ ὀνομάζεσθαι καὶ ᾧ, ἀλλ' οὐχ ᾗ ἂν ἡμεῖς βουληθῶμεν, εἴπερ τι τοῖς ἔμπροσθεν μέλλει ὁμολογούμενον εἶναι; καὶ οὕτω μὲν ἂν πλέον τι ποιοῖμεν καὶ ὀνομάζοιμεν, ἄλλως δὲ οὔ;

ΕΡΜ. Φαίνεταί μοι.

Cap. VII. ΣΩ. Φέρε δή, ὃ ἔδει τέμνειν, ἔδει τῳ, φαμέν, τέμνειν;

ΕΡΜ. Ναί.

E ΣΩ. Καὶ ὃ ἔδει κερκίζειν, ἔδει τῳ κερκίζειν; καὶ ὃ ἔδει τρυπᾶν, ἔδει τῳ τρυπᾶν;

εἴπερ καὶ τὸ λέγεν πρᾶξίς τις] εἴπερ γε καὶ Par. G. τις om. Bodl. Vat. Δ. Ven. ΠΣ. Vind. Flor. d. Zitt. et pr. Ξ. male. Pro ἦν Gud. Par. G. ἐστι.

est universae orationis. Glossaria vett. Ὀνομασία: Nominatio, nuncupatio. Apte Fischerus contulit Aristotel. Art. Poët. c. 6. λέγω δέ, ὥςπερ πρότερον εἴρηται, λέξιν εἶναι τὴν διὰ τῆς ὀνομασίας ἑρμηνείαν. Dein multi codd. καὶ διονομάζοντές γάρ που λ., ut est in Bas. 2., quae scriptura vide ne orta sit ex hac: οἱ ὀνομάζοντες γάρ που κ. τ. λ. Quanquam ne articulo quidem opus est. Recte enim vidit Fischerus ad λέγουσι infinitum subiectum οἱ ἄνθρωποι intelligi licere. Aristoph. Plut. v. 133. Chr. θύουσι δ' αὐτῷ διὰ τίν'; οὐ διὰ τουτονί; Car. καὶ νὴ Δί' εὔχονταί γε πλουτεῖν ἄντικρύς. Thucyd. VII. 69. ὅπερ πάσχουσιν ἐν τοῖς μεγάλοις ἀγῶσιν. Quem usum loquendi cur Heindorf. Platoni abiudicaverit, equidem non video. Neque viro docto assentior haec: ὀνομάζοντες γάρ που λέγουσι τοὺς λόγους; tanquam supervacanea pro glossemate habenti.

D. οὐ πρὸς ἡμᾶς οὖσαι] h. e. non relativas esse et ab hominum pendere arbitrio.

ὃ ἔδει τέμνειν, ἔδει τῳ] Hic recte utitur imperfecto quia respicit ad superiorem dis-

ΕΡΜ. *Πάνυ γε.*

ΣΩ. *Καὶ ὃ ἔδει δὴ ὀνομάζειν, ἔδει τῷ ὀνομάζειν;*

ΕΡΜ. *Ἔστι ταῦτα.* 388

ΣΩ. *Τί δὲ ἦν ἐκεῖνο, ᾧ ἔδει τρυπᾶν;*

ΕΡΜ. *Τρύπανον.*

ΣΩ. *Τί δέ, ᾧ κερκίζειν;*

ΕΡΜ. *Κερκίς.*

ΣΩ. *Τί δέ, ᾧ ὀνομάζειν;*

ΕΡΜ. *Ὄνομα.*

ΣΩ. *Εὖ λέγεις. ὄργανον ἄρα τί ἐστι καὶ τὸ ὄνομα.*

ΕΡΜ. *Πάνυ γε.*

ΣΩ. *Εἰ οὖν ἐγὼ ἐροίμην· Τί ἦν ὄργανον ἡ κερκίς; οὐχ ᾧ κερκίζομεν;*

ΕΡΜ. *Ναί.*

ΣΩ. *Κερκίζοντες δὲ τί δρῶμεν; οὐ τὴν κρόκην* B
καὶ τοὺς στήμονας συγκεχυμένους διακρίνομεν;

P. 388. B. *Κερκίζοντες δὲ τί δρ.*] *δὲ* om. Vat. l. m. male.

putationem, qua docebat unamquamque actionem et rei naturae accommodatam esse debere et idoneis instrumentis fieri.

P. 388. *Εἰ οὖν ἐγὼ ἐροίμην*] Observabis breviloquentiam. Nam pro *οὐχ ᾧ κερκίζομεν;* exspectabas sane *οὐ τοῦτο λέγοις ἄν, ᾧ κερκ.* Nunc apodosis plane omissa. Ad proxima Heindorf. contendit Politic. p. 282. E. *τὸ μὲν ἀτράκτῳ τε στραφὲν καὶ στερεὸν νῆμα γενόμεν στήμονα μέν φασι — — ὅσα δέ γε αὖ τὴν μὲν συστροφὴν χαύνην λαμβάνει, τῇ δὲ τοῦ στήμονος ἐμπλέξει πρὸς τὴν τῆς γνάψεως ὁλκὴν ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει, ταῦτ᾽ ἄρα κρόκην — τὰ νηθέντα — φῶμεν;* Itaque Plato artem, quae fila tramae et subteminis deducit, *στημονητικὴν* et *κροκονητικὴν* vocavit, atque simul, qua re discrepet trama a subtemine, egregie docuit. v. Schneider Ind. ad Sriptores Rei rusticae in v. Tela iugalis p. 359 sqq. — *Κερκίδος* sive radii usum Plato hic eum ait esse, ut subtemen et stamina confusa discriminentur; quod ipsum repetit Politic. p. 282. B. Antipater Sidonius Epigramm. XXII. *κερκίδα εὐποίητον* ita definit, ut addat *ἱσ-*

ΕΡΜ. *Ναί.*

ΣΩ. *Οὐκοῦν καὶ περὶ τρυπάνου ἕξεις οὕτως εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων;*

ΕΡΜ. *Πάνυ γε.*

ΣΩ. *Ἔχεις δὴ καὶ περὶ ὀνόματος οὕτως εἰπεῖν; ὀργάνῳ ὄντι τῷ ὀνόματι ὀνομάζοντες τί ποιοῦμεν;*

ΕΡΜ. *Οὐκ ἔχω λέγειν.*

ΣΩ. *Ἆρ' οὖν διδάσκομέν τι ἀλλήλους, καὶ τὰ πράγματα διακρίνομεν, ᾗ ἔχει;*

ΕΡΜ. *Πάνυ γε.*

Cap. VIII. *ΣΩ.* *Ὄνομα ἄρα διδασκαλικόν τί*
C *ἐστιν ὄργανον καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας, ὥςπερ κερκὶς ὑφάσματος.*

ΕΡΜ. *Ναί.*

ΣΩ. *Ὑφαντικὸν δέ γε ἡ κερκίς;*

ΕΡΜ. *Πῶς δ' οὔ;*

ΣΩ. *Ὑφαντικὸς μὲν ἄρα κερκίδι καλῶς χρήσεται· καλῶς δ' ἐστὶν ὑφαντικῶς· διδασκαλικὸς δὲ ὀνόματι καλῶς· καλῶς δ' ἐστὶ διδασκαλικῶς.*

ὀνομάζοντες τί ποιοῦμεν;] *ποιοῖμεν* Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *Σ*. Vind. Flor. d. Zitt.

C. *καλῶς χρήσεται*] Sic Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *ΠΣ*. Vindob. Par. BEGHI. Gud. Zitt. Flor. a. b. c. d. i. et a pr. m. Ven. *ΑΞ*. Vulgo *κεχρήσεται*. conf. Pierson. ad Moer. p. 293. In Coisl. et Darmst. est *κέχρηται*. Mox prius *καλῶς* habet solus Coisl., quod restituendum Cornarius vidit.

Πᾶς δὲ τέκτων] *δέ γε* Par. G. Dein *ἐστιν* om. Coisl.

κρέκτους ᾧ διέκρινε μίτους, h. e. qua percussa bene fila tramae discriminantur: quod et ipsum cum Platonis verbis egregie convenit. Praeterea observandum, quod infra cap. IX. p. 389. B. narrat philosophus, cuique vestimenti generi, aut crasso aut tenui, lineo aut laneo, diversam paullo radii formam convenire. v. Schneider. l. c. p. 370. De opere ipso usurpari verba *κερκίζειν*, *πλήττειν*, *πιέζειν*, *πυκνοῦν*, annotavit Pollux 7. sect. 35.

B. *Ἆρ' οὖν διδάσκομέν τι ἀλλ.*] Qua lege et conditione *ἆρ' οὖν* pro *ἆρ' οὖν οὐ* dicatur, ad Charmid. p. 159. B. significavimus.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τῷ τίνος οὖν ἔργῳ ὁ ὑφάντης καλῶς χρήσεται, ὅταν τῇ κερκίδι χρῆται;

ΕΡΜ. Τῷ τοῦ τέκτονος.

ΣΩ. Πᾶς δὲ τέκτων ἐστίν, ἢ ὁ τὴν τέχνην ἔχων;

ΕΡΜ. Ὁ τὴν τέχνην.

ΣΩ. Τῷ τίνος δὲ ἔργῳ ὁ τρυπητὴς καλῶς χρή- D
σεται, ὅταν τῷ τρυπάνῳ χρῆται;

ΕΡΜ. Τῷ τοῦ χαλκέως.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν πᾶς χαλκεύς, ἢ ὁ τὴν τέχνην ἔχων;

ΕΡΜ. Ὁ τὴν τέχνην.

ΣΩ. Εἶεν. τῷ δὲ τίνος ἔργῳ ὁ διδασκαλικὸς χρήσεται, ὅταν τῷ ὀνόματι χρῆται;

ΕΡΜ. Οὐδὲ τοῦτ' ἔχω.

ΣΩ. Οὐδὲ τοῦτό γ' ἔχεις εἰπεῖν, τίς παραδίδωσιν ἡμῖν τὰ ὀνόματα, οἷς χρώμεθα;

ΕΡΜ. Οὐ δῆτα.

Ven. *ΔΠ.* Par. BCEFHX. Vat. I. m., quod Bodl. supra versum adscriptum habet.

D. *ὅταν τῷ τρ. χρῆται*] Desunt haec in Coisl. Ven. *Δ.* Par. BCEFHI. Vat. I. Flor. a. b. c. i.

Ὁ τὴν τέχνην] Vulgo additur *ἔχων*, quod praeeunte Bekkero omisi cum Coisl. Ven. *ΔΠ.* Par. BCEFIX. Flor. a. b. c. i. Darmst.

Οὐδὲ τοῦτό γ' ἔχεις] *γ'* additum e Bodl. Vat. *Δ.* Ven. *ΞΣ.* Vind. Flor. d. Bas. 2.

C. *καλῶς δ' ἐστὶν ὑφαντικῶς*] Ad *καλῶς* et *ὑφαντικῶς* liquet infinitivum *χρῆσθαι* intelligendum esse. Quae ratio haudquaquam infrequens, v. De Rep. I. p. 339. C. Legg. III. p. 697. B. et quae Boeckh. in Min. et Legg. p. 187. Heusdius Specim. Crit. p. 6. Matthiae Gr. §. 309. ann. collegerunt. Deinde prius istud *καλῶς* post *διδασκαλικὸς ὀνόματι* a Stephano de mera Cornarii coniectura restitutum, etsi solus Coisl. rec. confirmavit, tamen abiicere verecundati sumus, ut quod ad sermonis elegantiam et concinnitatem aegre desideretur.

D. *Οὐδὲ τοῦτ' ἔχω*] Enimvero iam p. 388. B. respondit *Οὐκ ἔχω.*

ΣΩ. Ἀρ' οὐχὶ ὁ νόμος δοκεῖ σοι εἶναι ὁ παραδιδοὺς αὐτά;

ΕΡΜ. Ἔοικε.

E ΣΩ. Νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται ὁ διδασκαλικός, ὅταν ὀνόματι χρῆται;

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι.

ΣΩ. Νομοθέτης δέ σοι δοκεῖ πᾶς εἶναι ἀνήρ, ἢ ὁ τὴν τέχνην ἔχων;

ΕΡΜ. Ὁ τὴν τέχνην.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα παντὸς ἀνδρός, ὦ Ἑρμόγενες,
389 ὄνομα θέσθαι ἐστίν, ἀλλά τινος ὀνοματουργοῦ. οὗτος δ' ἐστίν, ὡς ἔοικεν, ὁ νομοθέτης, ὃς δὴ τῶν δημιουργῶν σπανιώτατος ἐν ἀνθρώποις γίγνεται.

ΕΡΜ. Ἔοικεν.

δοκεῖ σοι εἶναι] εἶναι adiectum e Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Per. G. Flor. d. Zitt.

E. ὦ Ἑρμ., ὄνομα θέσθαι] Post θέσθαι additum ἐστὶν om. Coisl. Ven. Δ. Par. BCEFI. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Darmst. Mox Par. F. in marg. ὀνοματοθέτης.

P. 389. ἐν ἀνθρώποις] Deest ἐν in Coisl. Ven. Δ. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Darmst.

E. Νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται] Cod. Gudianus ex corr. ὀνοματοθέτου, quae variatio etiam p. 389. A. D. p. 393. p. 404. B. C. p. 408. A. p. 427. C. p. 429. A. B. p. 431. E. p. 437. E. p. 438. B in codicibus reperitur. Et defendit olim Schleierm. ὀνοματοθέτου, quod etiam Heindorf. locis non paucis, veluti p. 404. C. et p. 389. D. reduxit. At enim vero bonum factum, quod Schleierm. secunda editione pristinam deseruit opinionem adeoque cum Bekkero per totum librum νομοθέτης servandum statuit. Et hic quidem locus clarissime docet, qua vi et significatione ὁ νομοθέτης dicatur. Nam ὁ νόμος est mos et consuetudo, quandoquidem Hermogenes supra professus erat nomina sibi videri νόμῳ καὶ ἔθει τῶν ἐθισάντων rebus imposita esse: quorsum respiciens Socrates nunc interrogat: Ἀρ' οὐχὶ ὁ νόμος δοκεῖ σοι εἶναι ὁ παραδοὺς ταῦτα; eoque ipso elicit hanc conclusionem: νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται κ. τ. λ. Itaque Socrates, quo faciliorem interlocutori reddat responsionem, non de ipso nominum auctore sciscitatur, sed de eo potius, qui illa perhibuerit atque tradiderit. Ex quo perspicuum est, cur hic ὁ νομοθέτης requiratur. Iam vero quum hoc loco dubitari nequeat, quaenam lectio vera sit, ne reliquis quidem locis Platonem probabile est aliter atque hic esse

Cap. IX. ΣΩ. Ἴθι δή, ἐπίσκεψαι, ποῖ βλέπων ὁ νομοθέτης τὰ ὀνόματα τίθεται; ἐκ τῶν ἔμπροσθεν δὲ ἀνάσκεψαι. ποῖ βλέπων ὁ τέκτων τὴν κερκίδα ποιεῖ; ἆρ' οὐ πρὸς τοιοῦτόν τι, ὃ πέφυκε κερκίζειν;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τί δέ; ἂν καταγῇ αὐτῷ ἡ κερκὶς ποιοῦντι, πότερον πάλιν ποιήσει ἄλλην πρὸς τὴν κατεαγυῖαν B βλέπων, ἢ πρὸς ἐκεῖνο τὸ εἶδος, πρὸς ὅπερ καὶ ἣν κατέαξεν ἐποίει;

ΕΡΜ. Πρὸς ἐκεῖνο, ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐκεῖνο δικαιότατ' ἂν αὐτὸ ὃ ἔστι κερκὶς καλέσαιμεν;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὰν δέῃ λεπτῷ ἱματίῳ ἢ παχεῖ

ὃ πέφυκε κερκίζειν] V. ἐπεφύκει. Bodl. Vat. Δ. Ven. ΣΠΣ. Vind. πεφύκει. quod recepit Bekkerus. Recte Zitt. et Flor. d. πέφυκε. Mox Par. G. κατεαγῇ. Par. X. κατεγῇ.

B. πάλιν ποιήσει ἄλλην] πάλιν om. Par. G.

Ἔμοιγε δοκεῖ] δοκεῖ om. Ven. Π. et pr. Bodl. Vat. Δ. Vind. Dein Steph. cum Par. EFH. ὅπερ ἐστὶ κ.

loquutum. conf. ad p. 408. A. et 429. A. Nimirum boni grammatici quum huius loci deinde essent immemores, protenus in locum vocabuli intellectu difficilioris magis tritum et vulgatum substituerunt. Quanquam quod aliquoties servatum est ὁ ὀνομαθέτης, scriptura leviter vitiata, id arguere videtur librarios a germana scriptura noluisse nimirum discedere. conf. de forma vocabuli Lobeck. ad Phrynich. p. 668.

P. 389. ὃ πέφυκε κερκίζειν;] Hic quoque vulgo legebatur ἐπεφύκει, quod ex duobus codd. mutandum iudicavimus. Neque enim plusquamperfecto locus est, nisi pro antecedenti ποιεῖ corrigas ἐποίει, quo facto praeterita ita dicuntur, ut superioris disputationis ratio habeatur. At nimirum ποιεῖ codd. omnes firmiter tenent, ut nulla sane corrigendi optio data sit.

B. πρὸς ὅπερ καὶ ἣν κατέαξεν ἐποίει;] ad speciem illam spectans, ad quam etiam eum radium, quem fregit, fecerat? Hanc autem speciem iure meritoque censet vocari αὐτὸ ὃ ἔστι κερκίς, de cuius formulae usu v. ad Phaedon. p. 75. B. De Rep. X. p. 597. A. Mox pro vulgato ἢ ἐρίῳ ex codd. et Polluce VII, 28. restitutum ἢ ἐρεῷ (sc. ἱματίῳ), de qua forma conf. Politic. p. 280. E. ἐρεοῦ προβλήματος ἐργαστική.

ἢ λινῷ ἢ ἐρεῷ ἢ ὁποιῳοῦν τινι κερκίδα ποιεῖν, πάσας μὲν δεῖ τὸ τῆς κερκίδος ἔχειν εἶδος, οἵα δ' ἑκάστῳ
C *καλλίστη πέφυκε, ταύτην ἀποδιδόναι τὴν φύσιν εἰς τὸ ἔργον ἕκαστον;*

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὴ ὀργάνων ὁ αὐτὸς τρόπος· τὸ φύσει ἑκάστῳ πεφυκὸς ὄργανον ἐξευρόντα δεῖ ἀποδοῦναι εἰς ἐκεῖνο, ἐξ οὗ ἂν ποιῇ τὸ ἔργον, οὐχ οἷον ἂν αὐτὸς βουληθῇ, ἀλλ' οἷον πέφυκε. τὸ γὰρ φύσει ἑκάστῳ, ὡς ἔοικε, τρύπανον πεφυκὸς εἰς τὸν σίδηρον δεῖ ἐπίστασθαι τιθέναι.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

λινῷ ἢ ἐρεῷ] V. *λίνῳ*, quod mutatum e Bodl. Coisl. Vat. *Δ*. Ven. *Π*. Vind Par. G. Vat. 1. m. Gud. Zitt. Pro *ἐρεῷ*, quod suppeditarunt Bodl. Vat. *Δ*. Vind. Par. G. Zitt., vulgo erat *ἐρίῳ*. Alii multi *ἐρέῳ*.

C. *ἐξ οὗ ἂν ποιῇ τὸ ἔργον*] *τὸ ἔργον* additum e Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *ΞΠΣ*. Vind. Par. G. Gud. Flor. d. Zitt. olim deerat. Dein *τὸ γὰρ φύσει* Vat. *Δ*. Flor. d. quod cum Bekkero pro

οἵα δ' ἑκάστῳ καλλίστη πέφυκε] Sic scripsimus codicis Darmst. vestigia secuti. Nam libri hic quoque *ἐπεφύκει*, quod nullo modo ferendum. Ficinus: qualis vero naturaliter cuique est accommodatissimus.

C. *αὐτὸς βουληθῇ*] Pronomen *αὐτὸς* refertur ad subiectum infinitum, quod verbis *ἐξευρόντα ἀποδοῦναι* continetur, ut Gorg. p. 469. C. E. p. 520. E. Euthydem. p. 273. C., ubi v. ann. Quod monendum videbatur, ne quis verba sinistre acciperet. Sententia enim haec est: invento eo instrumento, quod cuique rei natura aptum sit, faciendum est, ut illud ei adhibeamus materiae, unde quis opus efficiat, non quale ipse voluerit, sed quale naturae ratio exigat vel ferat. In qua et ipsa non locum habere quod vulgo circumfertur *ἐπεφύκει*, apertum esse putamus.

D. *Ἆρ' οὖν, ὦ βέλτιστε, καὶ τὸ ἐκ.*] nonne igitur, o bone, etiam nomen cuique rei natura conveniens legislator ille scire debebit in voces atque syllabas imponere (tanquam materiam suam), sicuti antea demonstratum est tenebram ferro et radium ligno convenire oportere), et spectans ad illud ipsum, quod nomen per se est, omnia fingere nomina atque ponere, si verus futurus est nominum auctor? Duo igitur a nominum fictore Socrates postulat, primum ut nomina fingat ad sonos atque syllabas accommodate, quo videlicet ipsa

ΣΩ. Καὶ τὴν φύσει κερκίδα ἑκάστῳ πεφυκυῖαν εἰς τὸ ξύλον.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Φύσει γὰρ ἦν ἑκάστῳ εἴδει ὑφάσματος, ὡς D
ἔοικεν, ἑκάστη κερκίς, καὶ τἆλλα οὕτως.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν, ὦ βέλτιστε, καὶ τὸ ἑκάστῳ φύσει πεφυκὸς ὄνομα τὸν νομοθέτην ἐκεῖνον εἰς τοὺς φθόγγους καὶ τὰς συλλαβὰς δεῖ ἐπίστασθαι τιθέναι, καὶ βλέποντα πρὸς αὐτὸ ἐκεῖνο, ὃ ἔστιν ὄνομα, πάντα τὰ ὀνόματα ποιεῖν τε καὶ τίθεσθαι, εἰ μέλλει κύριος εἶναι ὀνομάτων θέτης; εἰ δὲ μὴ εἰς τὰς αὐτὰς συλλαβὰς ἕκαστος ὁ νομοθέτης τίθησιν, οὐ-

vulg. τὸ φύσει γὰρ recepi.

D. ἑκάστη κερκίς] ἑκ. ἡ κερκίς Par. I.

ἐκεῖνο, ὃ ἔστιν ὄνομα] Sic Bodl, Vat. Δ. Ven. ΛΠ. Par. BCEFGHIX. Flor. a. b. c. d. i. Darmst. Vulgo οὐ ἐστὶν ὄνομα.

ὁ νομοθέτης τίθησιν] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. ΛΞΣΠ. Vind. Par. CEFHIX. Flor. a. b. c. d. i. Zitt. pro vulg. ὀνομαθέτης. Gud. et Par. G. ὀνοματοθέτης.

rerum natura exprimatur quam fidelissime; alterum, ut ideae ipsius nominis rationem habeat, quemadmodum antea docuit a radii fabricatore ipsam radii speciem esse respiciendam. Unde p. 390. A. ἕως ἂν τὸ τοῦ ὀνόματος εἶδος ἀποδιδῷ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἐν ὁποιαισοῦν συλλαβαῖς.' Quocirca manifestum est pro vulgato οὐ ἐστιν ὄνομα necessario requiri ὃ ἔστιν ὄνομα, quod ipsum a Buttmanno olim coniectura inventum codd. plurimi optimique magna consensione firmarunt. Pro τὸν νομοθέτην ἐκεῖνον autem etsi codd. nonnulli τὸν ὀνομαθέτην ἐκεῖνον scriptum habent, tamen qui p. 388. E. τὸν νομοθέτην probaverit, is ne hic quidem eum putabit extrudendum esse, quum pronomen demonstrativum aperte significet illum locum hic a Socrate respectari. Recte igitur Gesnerus ad Quintilian. VIII. 3, 37. vulgatae lectionis patrocinium suscepit, non improbante Lobeckio ad Phrynich. p. 668. Nec difficile est alterius lectionis indagare originem. Sequitur enim ὀνομάτων θέτης, et p. 390. D. ἡ τοῦ ὀνόματος θέσις. Sed quis non videt inde haudquaquam effici, ut vulgatam lectionem mutandam putemus? Enimvero pro θέτης et θέσις philosophus sane poterit dicere νομοθέτης et νομοθεσία: sed prudenter id repudiavit, quia usitatum fuit dicere ὄνομα τίθεσθαι. Itaque istud θέτης et θέσις eleganti cum amphibolia ponitur, quod quum grammatici non animadvertissent, protenus invexerunt quod a Platonis mente alienum est. Nec in proximis cum Heindorfio scribendum est ἕκαστος ὀνοματοθέτης, pro quo sane etiam vi-

δὲν δεῖ τοῦτο ἀγνοεῖν. οὐδὲ γὰρ εἰς τὸν αὐτὸν σί-
E δηρον ἅπας χαλκεὺς τίθησι, τοῦ αὐτοῦ ἕνεκα ποιῶν τὸ αὐτὸ ὄργανον· ἀλλ' ὅμως, ἕως ἂν τὴν αὐτὴν
390 ἰδέαν ἀποδιδῷ, ἐάν τε ἐν ἄλλῳ σιδήρῳ ὅμως ὀρθῶς ἔχει τὸ ὄργανον, ἐάν τε ἐνθάδε, ἐάν τε ἐν βαρβάροις τις ποιῇ. ἢ γάρ;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις καὶ τὸν νομοθέτην τόν τε ἐνθάδε καὶ τὸν ἐν τοῖς βαρβάροις, ἕως ἂν τὸ τοῦ ὀνόματος εἶδος ἀποδιδῷ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἐν ὁποιαισοῦν συλλαβαῖς, οὐδὲν χείρω νομοθέτην εἶναι τὸν ἐνθάδε ἢ τὸν ὁπουοῦν ἄλλοθι;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

E. ἕως ἂν τὴν αὐτήν] ἂν om. Bodl. Ven. ΠΣ. Vind. Zitt. et pr. Vat. Δ. Ven. Ξ.

P. 390. ὅμως ὀρθῶς ἔχει] Steph. ὁμοίως, quod correctum e Bodl. Coisl. Vat. Δ. 1. m. Ven. ΔΞΠΣ. Vind. Par. CFGHIX. Gud. Flor. a. b. c. d. i. Darmst. Zitt. Ald. Bas. 1. 2.

B. ὁ χρησόμενος, ὁ ὑφάντης;] Articulum posteriorem om. Bodl. Ven. ΠΣ. Vind. Zitt. et pr. Vat. Δ. Ven. Ξ. Male.

tiosius vett. editt. ὀνομαθέτης. conf. ad p. 408. A.

δεῖ τοῦτο ἀγνοεῖν] Frustra hanc librorum scripturam sollicitarunt. Heindorf. enim pro ἀγνοεῖν desiderabat θαυμάζειν vel ἐννοεῖν curandi et metuendi significatione accipiendum, vel οὐδὲν δὴ τοῦτο ἄτοπον. Buttmannus suadebat ἀγανακτεῖν. Astius denique malebat ἀπορεῖν. At vero τοῦτο non ad antecedentia referendum est, sed pertinet ad sequentem sententiam, hoc sensu: illud non ignorare nos oportet; hoc meminisse debemus. Quod quale sit, verbis proximis declaratur.

E. ἐάν τε ἐν ἄλλῳ σιδ.] Mirum Heindorfii de his verbis iudicium est. Is enim haec, ὅμως vel ὁμοίως ὀρθῶς ἔχει τὸ ὄργανον, quae post illud ποιῇ demum inferri debuerint, hic statim interponi censuit ideoque iunxit verba hunc in modum: ἐάν τε ἐν ἄλλῳ σιδήρῳ ἐάν τε ἐνθάδε ἐάν τε ἐν βαρβάροις τις ποιῇ. At ea constructio a recta ratione prorsus abhorret. Dubium non est, quin verba ἐάν τε ἐν ἄλλῳ σιδήρῳ labem contraxerint. Ficinus: licet in alio et alio ferro. Unde Astius legendum suspicatus est: ἐάν τε ἐν τῷ αὐτῷ ἐάν τε ἐν ἄλλῳ σ. Me si audis, corriges potius: ἐὰν καὶ ἐν ἄλλῳ σιδήρῳ. Quo restituto nec ὅμως istud ante ὀρθῶς ἔχει iteratum quidquam offensionis habebit. Nam quominus cum Stephano et Heindorfio de coniectura scribatur ὁμοίως, vel codicum obstat auctoritas. Nec audiendus Heindorf. est, quibus deinceps ὀνοματοθέτην reponendum arbitratur. Nam hic quoque ὁ

Cap. X. *ΣΩ.* *Τίς οὖν ὁ γνωσόμενος, εἰ τὸ προσῆκον εἶδος κερκίδος ἐν ὁποιῳοῦν ξύλῳ κεῖται; ὁ ποιήσας, ὁ τέκτων, ἢ ὁ χρησόμενος, ὁ ὑφάντης;* C

ΕΡΜ. *Εἰκὸς μὲν μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, τὸν χρησόμενον.*

ΣΩ. *Τίς οὖν ὁ τῷ τοῦ λυροποιοῦ ἔργῳ χρησόμενος; ἆρ' οὐχ οὗτος, ὃς ἐπίσταιτο ἂν ἐργαζομένῳ κάλλιστα ἐπιστατεῖν καὶ εἰργασμένον γνοίη εἴτ' εὖ εἴργασται εἴτε μή;*

ΕΡΜ. *Πάνυ γε.*

ΣΩ. *Τίς;*

ΕΡΜ. *Ὁ κιθαριστής.*

ὃς ἐπίσταιτο ἂν ἐργ.] *ἐπίσταται τῷ ἂν ἐργ.* Bodl. Vat. *Δ.* Ven. *ΞΠΣ.* Vind. al. errore. Pro *ἐργαζομένῳ*, quod debetur Bodl. Vat. *Δ.* Coisl. Ven. *ΑΠ.* Par. BCEFHIX. Vat. l. m. aliis, vulgo scribebatur *εἰργασμένῳ.* Par. G. *ἐργαζόμενον.* Mox *γνοίη ἂν* Par. G. et Gud. quod dedit Heindorf.

Τίς; ΕΡΜ. Ὁ κιθαρ.] *Τίς δή;* Par. G. Gud. et rec. Ven. *Π.* probante Heindorfio.

νομοθέτης est *ὅςτις τῷ νόμῳ καὶ ἔθει τὰ ὀνόματα τίθεται.*

οὐδὲν χείρω νομοθέτην εἶναι—ἄλλοθι;] Mutata verborum structura est. Nam pro *οὐδὲν χείρω εἶναι* dicere volebat aeque bonum esse. Illato autem isto *οὐδὲν χείρω εἶναι* deinceps, praegressis verbis neglectis, iterum subiungit *τὸν ἐνθάδε ἢ τὸν ὁπουοῦν ἄλλοθι.* In qua constructionis libertate non est quod quis haereat.

B. *Εἰκὸς μὲν μᾶλλον*] Intell. nec tamen certo affirmare ausim. Nam audias Hermannum ad Viger. p. 841. ita scribentem: „*Μέν*, inquit, si dicitur non sequente *δέ*, aut intelligi potest *δέ*, aut omittitur illa pars orationis, in qua sequi debebat *δέ.*" Exempla sunt Sophist. p. 252. D. Phileb. p. 63. B. Theaet. p. 201. B. De Rep. I. p. 334. C. Xenoph. Cyrop. I. 6, 36. Mem. II. 1, 9. Oecon. VII. 8. al. v. ad Criton. p. 43. D.

ὃς ἐπίσταιτο ἂν ἐργ.] Ad haec Heindorfius: Recte, opinor, Buttm. in his *ὅς* expungi iubet. Nam quum Socrates in proxime praegressis ita quaesierit: quis igitur intelligens erit radii existimator? qui fecit eum, an qui eo utetur? absurde profecto hanc interrogationem subito ita converteret: quis igitur est, qui *λυροποιοῦ* opere utetur? nonne is, qui intelligenter de eo existimare valeat? Deleto contra isto *ὅς*, optime omnia coeunt." — Sed verissime Schleiermacherus: Es ist auch wohl eine leicht zu rechtfertigende Abwechselung, dass hier zwei Fragen, in deren zweiter

ΣΩ. Τίς δὲ ὁ τῷ τοῦ ναυπηγοῦ;

C ΕΡΜ. Κυβερνήτης.

ΣΩ. Τίς δὲ τῷ τοῦ νομοθέτου ἔργῳ ἐπιστατήσειέ τ' ἂν κάλλιστα καὶ εἰργασμένον κρίνειε καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις; ἆρ' οὐχ ὅςπερ χρήσεται;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐχ ὁ ἐρωτᾶν ἐπιστάμενος οὗτός ἐστι;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἀποκρίνεσθαι;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τὸν δὲ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο.

D ΣΩ. Τέκτονος μὲν ἄρα ἔργον ἐστὶ ποιῆσαι πηδάλιον, ἐπιστατοῦντος κυβερνήτου, εἰ μέλλει καλὸν εἶναι τὸ πηδάλιον.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Νομοθέτου δέ γε, ὡς ἔοικεν, ὄνομα, ἐπι-

ὁ τῷ τοῦ ναυπηγοῦ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. 1. m. Ven. ΛΠΞΣ. Vind. Par. BEGHX. Zitt. Darmst. Vulgo ὁ τὸ τοῦ ν.

E. αὐτοῦ τὸ εἶδος τιθέναι] V. τό γε εἶδος. Recte omittunt γε Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. GH. Flor. d. Zitt. In aliis est τό τε εἶδος.

zugleich ein Fortschritt liegt, verbunden werden, und die letzte eher beantwortet wird, als die zweite. Defenditur vulgata lectio iis, quae deinde sequuntur: Τίς δὲ τῷ τοῦ νομοθέτου ἔργῳ ἐπιστατήσειέ τ' ἂν κάλλιστα κ. τ. λ.

Τίς δὲ ὁ τῷ τοῦ ναυπηγοῦ;] Intell. χρησόμενος. Quod vulgo invitis libris mss. legebatur τὸ τοῦ ναυπηγοῦ, id Heindorf. defendit sic, ut intelligendum censeat ἔργον εἰργασμένον ἂν γνοίη κ. τ. λ. Quae tamen ratio ideo displicet, quia ita secundaria praegressi enuntiati pars repetenda est. Haec enim in proxima demum interrogatione, qua plena et integra sententia iteratur, ad usum revocatur.

C. Τίς δὲ τῷ τοῦ νομοθέτου —] Hic quoque atque deinceps in reliqua dialogi parte pluribus locis Heindorf. dedit ὀνοματοθέτου. Nos ubi-

στάτην ἔχοντος διαλεκτικὸν ἄνδρα, εἰ μέλλει καλῶς
ὀνόματα θήσεσθαι.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Κινδυνεύει ἄρα, ὦ Ἑρμόγενες, εἶναι οὐ
φαῦλον, ὡς σὺ οἴει, ἡ τοῦ ὀνόματος θέσις, οὐδὲ
φαύλων ἀνδρῶν οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων. καὶ Κρατύ-
λος ἀληθῆ λέγει, λέγων φύσει τὰ ὀνόματα εἶναι τοῖς
πράγμασι, καὶ οὐ πάντα δημιουργὸν ὀνομάτων εἶ- E
ναι, ἀλλὰ μόνον ἐκεῖνον τὸν ἀποβλέποντα εἰς τὸ τῇ
φύσει ὄνομα ὂν ἑκάστῳ καὶ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ εἶ-
δος τιθέναι εἴς τε τὰ γράμματα καὶ τὰς συλλαβάς.

ΕΡΜ. Οὐκ ἔχω, ὦ Σώκρατες, ὅπως χρὴ πρὸς
ἃ λέγεις ἐναντιοῦσθαι. ἴσως μέντοι οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν
οὕτως ἐξαίφνης πεισθῆναι, ἀλλὰ δοκῶ μοι ὧδε ἂν 391
μᾶλλον πεισθήσεσθαί σοι, εἴ μοι δείξειας, ἥντινα
φῂς εἶναι τὴν φύσει ὀρθότητα ὀνόματος.

ΣΩ. Ἐγὼ μέν, ὦ μακάριε Ἑρμόγενες, οὐδεμίαν
λέγω, ἀλλ' ἐπελάθου γε ὧν ὀλίγον πρότερον ἔλεγον,
ὅτι οὐκ εἰδείην, ἀλλὰ σκεψοίμην μετὰ σοῦ. νῦν δὲ
σκοπουμένοις ἡμῖν, ἐμοί τε καὶ σοί, τοσοῦτον μὲν

P. 391. *πεισθήσεσθαί σοι*] *πείθεσθαι* Coisl. Ven. *Λ*. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. c. i. Darmst.

ἐπελάθου γε ὧν ὀλ.] Par. G. *γε* om. In Coisl. Ven. *Λ*. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Darmst. est: *ἐπελάθου· ὀλίγον γὰρ κ. τ. λ.*

que codicibus optimis obsequuti vulgarem lectionem tenuimus, siquidem philosophus omnibus locis *τὸν νομοθέτην* intellexit eum, qui *νόμῳ καὶ ἔθει ὀνόματα τίθεται*, atque simpliciter legislatoris nomine ornavit.

D. *εἰ μέλλει καλὸν εἶναι τὸ πηδάλιον*] Errore in Bekkeri edit. *τὸ* excidit, quod Astium quoque in fraudem induxit. Ad proxima *Νομοθέτου δέ γε — ὄνομα* ex praecedenti *ποιῆσαι* per zeugma repetendum *θέσθαι*, quod tamen cur non additum sit, causa in promtu est.

ὡς σὺ οἴει] V. p. 384. D.

καὶ Κρατύλος ἀληθῆ λέγει] Ex eo, quod nomina et rerum naturae et ipsius nominis ideae accommodate fingenda sint, nunc colligit veram videri Cratyli sententiam, qui illa non arbitraria, sed naturalia esse voluerit.

ἤδη φαίνεται παρὰ τὰ πρότερα, φύσει τέ τινα ὀρθότητα ἔχον εἶναι τὸ ὄνομα καὶ οὐ παντὸς ἀνδρὸς
B ἐπίστασθαι καλῶς αὐτὸ πράγματι ὁτῳοῦν θέσθαι, ἢ οὔ;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

Cap. XI. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο χρὴ ζητεῖν, εἴπερ ἐπιθυμεῖς εἰδέναι, ἥτις ποτ' αὖ ἐστιν αὐτοῦ ἡ ὀρθότης.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ μὴν ἐπιθυμῶ γε εἰδέναι.

ΣΩ. Σκόπει τοίνυν.

ΕΡΜ. Πῶς οὖν χρὴ σκοπεῖν;

ΣΩ. Ὀρθοτάτη μὲν τῆς σκέψεως, ὦ ἑταῖρε,

ἔχον εἶναι τὸ ὄνομα] Steph. cum. uno Ven. Ξ ἔχον τ' εἶναι. Proximum καλῶς abest a Coisl. Ven. Δ. Par. BCEHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i.

B. ἥτις ποτ' αὖ ἐστιν] Sic Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. quod confirmatur etiam scriptura libri Par. G. αὕτη ἐστίν, et Gud. ἥτις ποτ' αὖ αὐτοῦ ἐστιν, quod postremum recepit Heindorf. Vett. editt. ἥτις ποτ' ἄν ἐστιν αὐτοῦ ἡ ὀρθότης. unde Steph. coni. ποτ' ἂν εἴη. Flor. d. ἥτις ποτέ ἐστιν, quod olim dedi.

C. παρὰ Πρωταγόρου] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven.

P. 391. Ὀρθοτάτη μὲν τῆς σκέψεως] Dictum pro ὀρθοτάτη μὲν ἡ σκέψις, sed ita, ut adiectivum plus habeat ponderis. Exempla structurae a Stephano male sollicitatae praeter Fischerum et Heindorfium ad h. l. suppeditabit Matth. Gr. §. 442. 2. Observandum est autem proxima, χρήματα ἐκείνοις τελοῦντα — κατατιθέμενον, per synesin quandam adiungi, perinde ac si dictum esset ὀρθότατον μὲν σκέψασθαι, quae constructionis forma perquam est insolens. De loquutione χάριν κατατίθεσθαι v. Dorvill. ad Charit. p. 409.

οἷσπερ καὶ ὁ ἀδελφός σου Καλλίας] Apolog. Socr. p. 20. A. τετέλεκε (Callias) χρήματα σοφισταῖς πλείω ἢ ξύμπαντες οἱ ἄλλοι. De eius cum sophistis maximeque cum Protagora familiaritate et consuetudine v. Protagor. p. 314. C sqq. Theaet. p. 165. A. Xenoph. Symp. I. 5.

ἣν ἔμαθε παρὰ Πρωταγόρου] Vereor ut cum Heindorfio et Schleiermachero de ὀρθοεπείᾳ Protagorae cogitandum sit. Haec enim haud dubie versata est in explicandis formis vocabulorum grammaticis demonstrandoque recto verborum usu. v. Aristot. Rhet. III. 5. De Sophistar. Elench. p. 574. ed. Buhl. et Spengel. Artium Scriptorr. p. 472 sqq. Longe alia fuit ἡ τῶν ὀνομάτων ὀρθότης, quae de origine et natura vocabulorum agebat et pars erat eius libri, qui Ἀληθείας inscriptus erat nomine, ut hic ipse locus certissime testa-

μετὰ τῶν ἐπισταμένων, χρήματα ἐκείνοις τελοῦντα καὶ χάριτας κατατιθέμενον. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ σοφισταί, οἷςπερ καὶ ὁ ἀδελφός σου Καλλίας πολλὰ C τελέσας χρήματα σοφὸς δοκεῖ εἶναι. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγκρατὴς εἶ τῶν πατρῴων, λιπαρεῖν χρὴ τὸν ἀδελφὸν καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ διδάξαι σε τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν τοιούτων, ἣν ἔμαθε παρὰ Πρωταγόρου.

ΕΡΜ. Ἄτοπος μέντ' ἂν εἴη μου, ὦ Σώκρατες, ἡ δέησις, εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν τὴν Πρωταγόρου ὅλως οὐκ ἀποδέχομαι, τὰ δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀληθείᾳ ῥηθέντα ἀγαπῴην ὥς του ἄξια.

ΣΩ. Ἀλλ' εἰ μὴ αὖ σε ταῦτα ἀρέσκει, παρ' Ὁμήρου χρὴ μανθάνειν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ποιητῶν. D

ἀΠ. Vind. Par. CEGI. Vat. I. m. Flor. a. b. c. d. i. Zitt. Darmst. Vulgo παρὰ τοῦ Πρ.

μου, ὦ Σ., ἡ δέησις] μου om. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind.

σε ταῦτα ἀρέσκει] ταῦτά σοι ἀρ. Par. G. Gudian.

D. καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ποιητῶν] παρὰ deest in Flor. d. — Tum unus Gudian. Ὅμηρος περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, ut edidit Heindorf. Dein idem vir doctus malebat: ἅ τε οἱ ἄνθρωποι ὀνομ. καλ. καὶ ἃ οἱ θεοί. Sed non opus mutatione, modo τε leviter traiectum esse meminerimus.

tur. conf. ad p. 386. C. Videtur autem Abderites profectus a sententia illa, qua hominem esse rerum omnium mensuram volebat, id egisse ut etiam vocabulorum origines ab hominum sensu repeteret, quo naturalia rerum nomina essent percepta. Cuius rei vestigium exstat in Protagor. p. 332. A. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέσχε μοίρας, πρῶτον μὲν θεοὺς ἐνόμιζε — ἔπειτα φωνὴν καὶ ὀνόματα ταχὺ διηρθρώσατο τῇ τέχνῃ, καὶ οἰκήσεις καὶ ἐσθῆτας — εὕρετο. conf. ad Phaedr. p. 267. C. Itaque ille videtur statuisse nomina quoque rerum talia cuique esse, qualia ab ipso sensu et intelligentia essent percepta, ideoque naturalia. Ex quo apparet, cur Hermogenes, qui contrarium statuebat, tanto cum contemtu de Protagorae Veritate loquatur. — ἀγαπῴην, h. e. magni facerem, ut Phaedon. p. 110. D. De Rep. I. p. 334. H. Lysid. p. 220. D.

σε ταῦτα ἀρέσκει] De hac constructione, cuius multa exempla Heindorf. ad hunc locum collegit, v. Matthiae Gr. §. 411. 5. 2. — μη αὖ, sicuti antea sententia Cratyli.

παρ' Ὁμήρου χρὴ μανθάνειν] Posteaquam Socrates Cratyli sententiam veram videri ostendit, inde ab hoc loco ita ex eius mente disputat, ut fidelissima imago eius rationis, quam istiusmodi homunciones in indagandis iudicandisque verborum originibus sequebantur, ob oculos ponatur. Quocirca tantum abest, ut proxima disputatio cum grammaticorum fi-

ΕΡΜ. Καὶ τί λέγει, ὦ Σώκρατες, Ὅμηρος περὶ ὀνομάτων; καὶ ποῦ;

ΣΩ. Πολλαχοῦ· μέγιστα δὲ καὶ κάλλιστα ἐν οἷς διορίζει ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἅ τε οἱ ἄνθρωποι ὀνόματα καλοῦσι καὶ οἱ θεοί. ἢ οὐκ οἴει αὐτόν μέγα τι καὶ θαυμάσιον λέγειν ἐν τούτοις περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος; δῆλον γὰρ δή, ὅτι οἵ γε θεοὶ αὐτὰ καλοῦσι
E πρὸς ὀρθότητα, ἅπερ ἔστι φύσει ὀνόματα. ἢ σὺ οὐκ οἴει;

ΕΡΜ. Εὖ οἶδα μὲν οὖν ἔγωγε, εἴπερ καλοῦσιν, ὅτι ὀρθῶς καλοῦσιν. ἀλλὰ ποῖα ταῦτα λέγεις;

ΣΩ. Οὐκ οἶσθα, ὅτι περὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐν τῇ Τροίᾳ, ὅς ἐμονομάχει τῷ Ἡφαίστῳ, ὃν Ξάνθον, φησί, καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

P. 392. χαλκὶς κυμίνδιδος] Par. G. ἢ κύμινδις.
B. κατ' ἐμέ τε καὶ σὲ] τε additum. Vat. Δ. Ven. ΠΣ.

liis ipsius Platonis mentem aperire existimanda sit, ut omnia ad ridendos sophisticos linguae scrutatores sint comparata urbanissimaque perfusa irrisione. Ex quo apparet, cur vel ineptissimae verborum originationes proponantur et tanquam verae commendentur. Eodem pertinet haud dubie etiam vocabulorum Homericorum commemoratio, quandoquidem sophistae isti, ut suam verborum interpretationem sustentarent, ad Homeri et Hesiodi auctoritatem provocare solebant. conf. p. 392 A. B. 397. C. p. 407. A. p. 408. A. p. 410. B. C. p. 396. C. p. 397. E. p. 406. C. Simulat autem Socrates se sapientiam istam suam, qua Cratyli sententiam exornat, Euthyphroni vati acceptam referre, quocum de his rebus mane colloquutus sit. v. p. 396. D. p. 399. A. E. p. 408. A. p. 413. D. Qui quidem dubitari vix potest quin idem sit, qui in cognomini dialogo ita loquens inducitur, ut sibi ipse accuratissimam rerum divinarum scientiam attribuat: unde fortasse etiam magnum in deorum appellationibus interpretandis posuit studium, eaque in re sophistas duces secutus est. Erat autem vates iste eo ingenio, ut sibi ipsi Nil parvum aut humili modo Nil mortale loqui videretur, quanquam ab aliis vulgo habebatur ludibrio. v. Euthyphron. p. 3. BC. Quocirca nec de vocabulorum originibus solebat sine divini cuiusdam afflatus et furoris simulatione disputare, quorsum inter alia pertinent *Εὐθύφρονος ἵπποι* p. 409. D. commemorati. Ceterum ei nescio quid necessitudinis cum Cratylo intercessisse videtur, quandoquidem eius ratio dum exploditur, simul ipsum Cratylum ri-

ΣΩ. Τί οὖν δή; οὐκ οἴει τοῦτο σεμνόν τι εἶναι, γνῶναι ὅπῃ ποτὲ ὀρθῶς ἔχει ἐκεῖνον τὸν ποταμὸν Ξάνθον καλεῖν μᾶλλον ἢ Σκάμανδρον; εἰ δὲ βούλει, περὶ τῆς ὄρνιθος, ἥν λέγει ὅτι 392

χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν,

φαῦλον ἡγεῖ τὸ μάθημα, ὅσῳ ὀρθότερόν ἐστι καλεῖσθαι χαλκὶς κυμίνδιδος τῷ αὐτῷ ὀρνέῳ; ἢ τὴν Βατίειάν τε καὶ Μυρίνην, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ τούτου τοῦ ποιητοῦ καὶ ἄλλων; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως μείζω B
ἐστὶν ἢ κατ' ἐμέ τε καὶ σὲ ἐξευρεῖν· ὁ δὲ Σκαμάνδριός τε καὶ ὁ Ἀστυάναξ ἀνθρωπινώτερον διασκέψασθαι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ῥᾷον, ἅ φησιν ὀνόματα εἶναι τῷ τοῦ Ἕκτορος υἱεῖ, τίνα ποτὲ λέγει τὴν ὀρθότητα αὐτῶν. οἶσθα γὰρ δήπου ταῦτα τὰ ἔπη, ἐν οἷς ἔνεστιν ἃ ἐγὼ λέγω.

Vind. Flor. d. Dein Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. H. Flor. I. Darmst. Σκάμανδρος pro Σκαμάνδριος.
ἐν οἷς ἔνεστιν] ἔστιν Par. G. Gud.

deri manifestum est.

D. ἐν οἷς διορίζει ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς —] De dialecto deorum, quam Homerus ab hominum lingua diversam finxit, v. Lakemacher. Obss. Philolog. p. 3. obs. 4. Valcken. Diatrib. p. 275. Lobeck. Aglaopham. T. II. p. 858 sq. annot. ad Phaedr. p. 252. B. Clark. ad Iliad. XIV, 291.

ὃν Ξάνθον, φησί, k.] Iliad. XX, 74. Dein Heindorf. videre iubet, ne rectius distinguatur: Ἔγωγε· τί οὖν δή; ΣΩ. Οὐκ οἴει κ. τ. λ.

P. 392. περὶ τῆς ὄρνιθος] Iliad. XIV, 291. — καλεῖσθαι χαλκὶς — τῷ αὐτῷ ὀρνέῳ recte explicat Heindorfius: chalcidis nomen tribui eidem avi. vid. B. Trita est formula ὄνομά τινι καλεῖν.

ἢ τὴν Βατίειαν] Iliad. II, 813: κολώνη, Τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης. conf. Etymol. Magn. p. 191. 40. in voc. Βατία. et Politus ad Eustath. T. II. p. 761. Ceterum ad hunc accusativum ex antecedentibus repetas verba οὐκ οἴει σεμνόν τι εἶναι γνῶναι, ὅπῃ ποτε ὀρθῶς ἔχει καλεῖν.

B. ἢ κατ' ἐμέ τε καὶ σέ] Attigit hunc locum Matthiae Gr. §. 499., ubi hoc genus loquendi copiose illustravit. conf. infra p. 432. B. Proxima sic intelligas: illa autem Scamandrii et Astyanactis appellatio magis cadit in humanam investigationem, sicut mihi videtur, et facilius est indagatu, quam tandem statuat nominum illorum, quae dicit Hectoris filio fuisse, rectam rationem. Nam ὁ Σκαμάνδριός τε καὶ ὁ Ἀστυάναξ

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Πότερον οὖν οἴει Ὅμηρον ὀρθότερον ἡγεῖσθαι τῶν ὀνομάτων κεῖσθαι τῷ παιδί, τὸν Ἀστυάνακτα ἢ τὸν Σκαμάνδριον;

C ΕΡΜ. Οὐκ ἔχω λέγειν.

Cap. XII. ΣΩ. Ὧδε δὴ σκόπει. εἴ τις ἔροιτό σε, πότερον οἴει ὀρθότερον καλεῖν τὰ ὀνόματα τοὺς φρονιμωτέρους ἢ τοὺς ἀφρονεστέρους;

ΕΡΜ. Δῆλον δή, ὅτι τοὺς φρονιμωτέρους φαίην ἄν.

ΣΩ. Πότερον οὖν αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς πόλεσι φρονιμώτεραί σοι δοκοῦσιν εἶναι ἢ οἱ ἄνδρες, ὡς τὸ ὅλον εἰπεῖν γένος;

ΕΡΜ. Οἱ ἄνδρες.

ΣΩ. Οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι Ὅμηρος τὸ παιδίον τὸ τοῦ Ἕκτορος ὑπὸ τῶν Τρώων φησὶ καλεῖσθαι Ἀστυάνακτα, Σκαμάνδριον δὲ δῆλον ὅτι ὑπὸ τῶν γυναικῶν, ἐπειδὴ οἵ γε ἄνδρες αὐτὸν Ἀστυάνακτα ἐκάλουν;

D (at line "νακτα, Σκαμάνδριον δὲ")

ΕΡΜ. Ἔοικέ γε.

C. φαίην ἄν] Par. F. φαίης ἄν: val. quod ex correctione male sedula natum. Mox Par. G. Gudian. ἐν ταῖς πόλεσιν αἱ γυναῖκες.

D. ἐπειδὴ οἵ γε ἄνδρες] τε Bodl. Vat. Δ. m. Ven. Λ. Par. BCIHIX. Flor. a. b. c. i. Darmst. In aliis scribitur οἱ ἄνδρες, ut in Zitt. Ven. ΞΣ. Vind. quod factum ob depravatum istud τε. Tum Coisl. Ven. Λ. Par. BCEFIX. Flor. a. b. c. i. Darm.

i. q. τὸ τοῦ Σκαμανδρίου τε καὶ τοῦ Ἀστυάνακτος ὄνομα, ut mox D. τὸν Ἀστυάνακτα ἄρα ὀρθότερον ᾤετο κεῖσθαι. p. 402. ὁ προστιθέμενος τοῖς τῶν ἄλλων θεῶν προγόνοις Ῥέαν τε καὶ Κρόνον. p. 395. B. ὃ βούλεται ὁ Ἀτρεύς. p. 402. B. 406. B. 408. C. al. — ταῦτα τὰ ἔπη, versiculos illos, ut Phaedr. p. 241. E. Protag. p. 347. B. Reip. II. p. 379. A. III. p. 386. C. 393. A. 394. C. al.

C. ὑπὸ τῶν Τρώων φησὶ καλεῖσθαι] „Atqui Homerus Iliad. VI, 402. diserte dicit ab ipso Hectore eum appellatum esse Scamandrium, τόν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι Ἀστυάνακτ'· οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ. Haec consulto, opinor, silentio h. l. transmittit Plato, illa nonnisi respiciens Iliad. XXII, 506. Ἀστυάναξ, ὃν Τρῶες ἐπίκλησιν καλέουσιν· οἶος γάρ σφιν ἔρυτο πύλας καὶ τείχεα μακρά.“ Heindorf.

E. οἶος γάρ σφιν ἔρυτο]

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ Ὅμηρος τοὺς Τρῶας σοφωτέρους ἡγεῖτο ἢ τὰς γυναῖκας αὐτῶν;

ΕΡΜ. Οἶμαι ἔγωγε.

ΣΩ. Τὸν Ἀστυάνακτα ἄρα ὀρθότερον ᾤετο κεῖσθαι τῷ παιδὶ ἢ τὸν Σκαμάνδριον;

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Σκοπῶμεν δή, διὰ τί ποτε; ἢ αὐτὸς ἡμῖν κάλλιστα ὑφηγεῖται τὸ διότι; φησὶ γάρ·

οἶος γάρ σφιν ἔρυτο πόλιν καὶ τείχεα μακρά. E

διὰ ταῦτα δή, ὡς ἔοικεν, ὀρθῶς ἔχει καλεῖν τὸν τοῦ σωτῆρος υἱὸν Ἀστυάνακτα τούτου, ὃ ἔσωζεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὥς φησιν Ὅμηρος.

ΕΡΜ. Φαίνεταί μοι.

ΣΩ. Τί δή ποτε; οὐ γάρ πω οὐδ' αὐτὸς ἔγωγε μανθάνω, ὦ Ἑρμόγενες· σὺ δὲ μανθάνεις;

ΕΡΜ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Ἀλλ' ἆρα, ὦ 'γαθέ, καὶ τῷ Ἕκτορι αὐτὸς ἔθετο τὸ ὄνομα Ὅμηρος; 393

ΕΡΜ. Τί δή;

Οὐκ αὖ καὶ Ὅμηρος. Gudian. Οὐκοῦν αὖ καὶ Ὅμηρος, quod ex illo natum.

E. τούτου, ὃ ἔσωζεν ὁ π.] Gud. τούτου οὖσωζεν. ex quo Heindorf. exsculpsit τούτου οὗ ἔσωζεν.

P. 393. Ἀλλ' ἆρα, ὦ 'γαθέ,] Vett. editt. Ἀλλ' ἄρα, quod ex Flor. i. et Darmst. correctum. Mox Par. G. Ἑλληνικοῖς εἶναι ταῦτα.

Etymol. Magn. Ἀστυάναξ, ὁ υἱὸς τοῦ Ἕκτορος· οὐκ ἔστι παρὰ τὸ ἀνάσσω τὸ βασιλεύω, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἀνακῶς ἔχειν τοῦ ἄστεος τὸν Ἕκτορα. καὶ ἄνακας ἐντεῦθεν τοὺς Διοσκούρους Ἀττικοί, ὅτι ἐπιμελῶς αὐτοῖς ἐχρήσαντο, διὰ τὴν Ἑλένην τὰς Ἀφίδνας ἐκπορθοῦντες. οὕτως Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός. Aliter Plato, ut apparet ex p. 393. A.

Τί δή ποτε; οὐ γάρ πω—] h. e. τί δή ποτε διὰ ταῦτά φησιν ὀρθῶς ἔχειν Ὅμηρος καλεῖν αὐτὸν Ἀστυάνακτα. Postquam enim Hermogenes rectam nominis rationem sibi visus est perspexisse, Socrates illud censet adhuc esse obscurum, cur filius eius, qui urbem tueretur, Ἀστυάνακτος nomen acceperit. Quod quidem deinceps ita explicat, ut Astyanactis nomen vi et significatione sua idem fere denotare dicat, quod nomen Hectoris, ideoque Homerum censeat illud filio propter genus atque ortum tribuisse.

ΣΩ. Ὅτι μοι δοκεῖ καὶ τοῦτο παραπλήσιόν τι εἶναι τῷ Ἀστυάνακτι, καὶ ἔοικεν Ἑλληνικοῖς ταῦτα τὰ ὀνόματα. ὁ γὰρ ἄναξ καὶ ὁ ἕκτωρ σχεδόν τι ταὐτὸν σημαίνει, βασιλικὰ ἀμφότερα εἶναι τὰ ὀνόματα. οὗ γὰρ ἄν τις ἄναξ ᾖ, καὶ ἕκτωρ δήπου ἐστὶ τού-
B του· δῆλον γὰρ, ὅτι κρατεῖ τε αὐτοῦ καὶ κέκτηται καὶ ἔχει αὐτό. ἢ οὐδέν σοι δοκῶ λέγειν, ἀλλὰ λανθάνω καὶ ἐμαυτὸν οἰόμενός τινος ὥςπερ ἴχνους ἐφάπτεσθαι τῆς Ὁμήρου δόξης περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος;

ΕΡΜ. Μὰ Δί' οὐ σύ γε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς, ἀλλὰ ἴσως του ἐφάπτει.

C. ἀλλὰ ὃ ἂν ᾖ τοῦ γένους] οὗ ἐὰν ᾖ Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. ΔΠ. Par. BCEFGHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. d. i. Darmst. et pr. Vind. Gudian. οὗ τι ἂν ᾖ. Ficinus: sed cuius generis secundum naturam est, quod nascitur, hoc dico. Latet utique hic error aliquis, qui qua ratione tollendus sit, alii viderint me acutiores.

ἐὰν βοὸς ἔκγονον φύσει] Par. G. βοὸς ἔκγονον βοῦν· ἐὰν δὲ φύσει. Gudian. ἐὰν βοὸς ἔκγονον φύσει. εἰ δ' ἵππος. Darmst. verba τοῦτο λέγω· ἐὰν βοὸς ἔκγονον omittit.

P. 393. ταῦτα τὰ ὀνόματα] nomina illa, quae in carminibus Homeri Troianis tribuuntur.

βασιλικὰ εἶναι ὀνόματα] Haec quin pro corruptis habenda sint, nemo dubitabit. Codices tamen corruptelae vestigium nullum monstrant. Ficinus: ferme enim idem significant; putantque Graeci utraque haec nomina regia esse. Quae interpretatio non ex libris, sed ex interpretis cerebro profecta est. Nec tamen suppetit certum vitii remedium. Stephanus pro εἶναι corrigebat ὄντα. Non male; quanquam ea correctio nimium a codicum scriptura recedit. Buttmannus εἶναι eiiciendum putabat. Quod et ipsum per se non displicet; sed codicum testimonia cogitanti haudquaquam probatur. Lenius refingebat Heindorfius: ὅτι μοι δοκεῖ καὶ τοῦτο παραπλήσιόν τι εἶναι τῷ Ἀστυάνακτι καὶ ἐοικέναι Ἑλληνικοῖς ταῦτα τὰ ὀνόματα (ὁ γὰρ Ἄναξ καὶ ὁ Ἕκτωρ σχεδόν τι ταὐτὸν σημαίνει), βασιλικὰ ἀμφότερα εἶναι τὰ ὀνόματα. Sed ne haec quidem coniectura omnes tollit difficultates, imo eas quodammodo auget. Dicam igitur mihi quid videatur. Ego enim totum hoc additamentum, βασιλικὰ ἀμφότερα εἶναι τὰ ὀνόματα, e glossemate natum puto. In quam suspicionem eo maxime deductus sum, quod quae deinde additur interpretatio, ea minime evincitur nomina illa esse βασιλικά. Accedit molesta ista vocabulorum τὰ ὀνόματα repetitio, quae certe in Heindor-

Cap. XIII. ΣΩ. Δίκαιόν γέ τοί ἐστιν, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τὸν λέοντος ἔκγονον λέοντα καλεῖν, καὶ τὸν ἵππου ἔκγονον ἵππον. οὔ τι λέγω, ἐὰν ὥσπερ τέρας γένηται ἐξ ἵππου ἄλλο τι ἢ ἵππος, ἀλλὰ ὃ ἂν ᾖ τοῦ γένους ἔκγονον τὴν φύσιν, τοῦτο λέγω· ἐὰν C βοὸς ἔκγονον φύσει ἵππος παρὰ φύσιν τέκῃ [μόσχον], οὐ πῶλον κλητέον, ἀλλὰ μόσχον· οὐδ᾽ ἂν ἐξ ἀνθρώπου, οἶμαι, μὴ τὸ ἀνθρώπου ἔκγονον γένηται, ἀλλ᾽ ἐὰν τὸ ἔκγονον, ἄνθρωπος κλητέος. καὶ τὰ δένδρα ὡσαύτως καὶ τἆλλα ἅπαντα. ἢ οὐ ξυνδοκεῖ;

ΕΡΜ. Ξυνδοκεῖ.

ἀλλ᾽ ἐὰν τὸ ἔκγονον] Sic Coisl. Par. G. Flor. d. Darmst. et rec. Vat. Δ. Vett. editt. ἄλλο δὲ τὸ ἔκγονον. **Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Vat. 1. m.** ἀλλ᾽ ὃ ἐάν. **Flor. a. b. c. i.** ἄλλο ἐὰν τὸ ἐκγ. **Dein** κλητέος **pro vulg.** κλητέον **restitutum e Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. ΔΞΠΣ. Vind. Par. IHIX. Vat. 1. m. Flor. b. d. i. Gud. Zitt. In Par. G. est** κλητέοι.

καὶ τἆλλα ἅπαντα] πολλὰ ἅπ. **Bodl. Vat. Δ. Ven. Π. Flor. d. quod iis, qui optimis codicibus omnia tribuunt, corruptelae suspicionem movebit. Sed de tali critica alias dictum.**

fii correctione ferri nullo pacto potest.

B. *Μὰ Δί᾽ οὐ σύ γε*] Intell. οὐδὲν δοκεῖς λέγειν.

οὔ τι λέγω] V. ad Hipp. mai. p. 207. E.

C. ἐὰν βοὸς ἔκγονον —] Haec superioribus adduntur per epexegesin, ut non opus sit particula γάρ, quam tamen Heindorf. adeo desideravit, ut eius omissionem pro fraudis indicio habuerit. Uno isto μόσχον, quod uncinis seclusimus, eiecto omnia sunt sanissima. Sententia totius loci haec est: haudquaquam dico, si monstrum ex equo procreatum fuerit, quod aliud quid sit atque equus, sed qui generis fetus sit naturalis, eum dico; nam si equus fetum, qui bovis fetus naturalis sit, praeter naturam genuerit, non pullum eum esse appellandum, sed vitulum; neque si ex homine, opinor, fetus non humanus gignatur, sed si fetus naturalis suscipiatur, homo nominandus erit. Nam ἀλλ᾽ ἐὰν τὸ ἔκγονον breviter dictum puto pro ἀλλ᾽ ἐὰν τὸ φύσει ἔκγονον. Ita nec Heindorfii nec Buttmanni coniectura opus videtur, quorum ille legi voluit: ἐὰν βοὸς ἔκγονον φύσει ᾖ, μόσχον, οὐ πῶλον κλητέον, εἰ δὲ ἵππος παρὰ φύσιν τέκῃ μόσχον, οὐ πῶλον κλητέον, ἀλλὰ μόσχον. Buttmannus autem sic corrigendum putat: ἐὰν γὰρ βοῦς ἵππου ἔκγονον φύσει παρὰ φύσιν τέκῃ, οὐ μόσχον, ἀλλὰ πῶλον κλητέον· καὶ ἐὰν βοὸς ἔκγονον φύσει ἵππος τέκῃ, οὐ πῶλον κλητέον, ἀλλὰ μόσχον.

ΣΩ. Καλῶς λέγεις· φύλαττε γάρ με, μή πη παρακρούσωμαί σε. κατὰ γὰρ τὸν αὐτὸν λόγον κἂν ἐκ
D βασιλέως γίγνηταί τι ἔκγονον, βασιλεὺς κλητέος. εἰ δὲ ἐν ἑτέραις συλλαβαῖς ἢ ἐν ἑτέραις τὸ αὐτὸ σημαίνει, οὐδὲν πρᾶγμα. οὐδ' εἰ πρόςκειταί τι γράμμα ἢ ἀφῄρηται, οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο, ἕως ἂν ἐγκρατὴς ᾖ ἡ οὐσία τοῦ πράγματος δηλουμένη ἐν τῷ ὀνόματι.

ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο λέγεις;

ΣΩ. Οὐδὲν ποικίλον, ἀλλ' ὥςπερ τῶν στοιχείων οἶσθα ὅτι ὀνόματα λέγομεν, ἀλλ' οὐκ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα, πλὴν τεττάρων, τοῦ ε̄ καὶ τοῦ ῡ καὶ τοῦ ō καὶ τοῦ ω̄. τοῖς δ' ἄλλοις φωνήεσί τε καὶ ἀφώνοις
E οἶσθα ὅτι περιτιθέντες ἄλλα γράμματα λέγομεν, ὀνόματα ποιοῦντες. ἀλλ' ἕως ἂν αὐτοῦ δηλουμένην τὴν δύναμιν ἐντιθῶμεν, ὀρθῶς ἔχει ἐκεῖνο τὸ ὄνομα καλεῖν, ὃ αὐτὸ ἡμῖν δηλώσει. οἷον τὸ βῆτα· ὁρᾷς, ὅτι τοῦ η̄ καὶ τοῦ τ̄ καὶ τοῦ ᾱ προςτεθέντων οὐδὲν ἐλύ-

μή πη παρακρούσωμαι] παρακρούσομαι Vat. 1. cum Ald. Bas. 1. 2.

D. οὐδ' εἰ πρόςκειται] Vett. editt. γράμμα· οὐδ' εἰ ἀφῄρηται, omissis reliquis. Errore, ut videtur: nam codd. receptam lectionem unanimi consensione tuentur.

P. 394. κλητέον δὴ ταῦτα ὀνόματα] ταῦτα Bodl. Gud. Zitt. Flor. b. c. d. i. Darmst.

μή πη παρακρούσωμαί σε] ne qua te decipiam. Activum habes Criton. p. 47. A., passivum Lysid. p. 215. C. Indicativus futuri παρακρούσομαι cur ferri nequeat, ex iis apparebit, quae ad Remp. v. p. 451. A. exposuimus, ubi hunc locum non debebam afferre. conf. Hermann. ad Aristoph. Nubb. v. 489. et ad Eurip. Med. v. 310. Hartung. de Particulis T. II. p. 140.

D. τὸ αὐτὸ σημαίνει, οὐδὲν πρ.] si nomen in aliis atque aliis syllabis idem significet, nihil refert. — ἕως ἂν ἐγκρατὴς ᾖ, quamdiu dominatur (valet) natura rei nomine declarata. Frustra nonnemo ἐκφανὴς coniecit.

Οὐδὲν ποικίλον] nihil ambigui. v. ad Sympos. p. 182. B. Gorg. p. 491. E.

ὥςπερ τῶν στοιχείων οἶσθα ὅτι] sed quemadmodum scis nos literas appellare nominibus, nec ipsas literas pronuntiare praeter quattuor illas ε̄ ῡ ō ω et. Ante ὥςπερ intelligere licebit ἀλλ' οὕτω λέγω: quod moneo, ne quis cum

πησεν, ὥςτε μὴ οὐχὶ τὴν ἐκείνου τοῦ στοιχείου φύσιν δηλῶσαι ὅλῳ τῷ ὀνόματι, οὗ ἐβούλετο ὁ νομοθέτης. οὕτως ἠπιστήθη καλῶς θέσθαι τοῖς γράμμασι τὰ ὀνόματα.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ βασιλέως ὁ αὐτὸς λόγος; ἔσται γάρ ποτ' ἐκ βασιλέως βασιλεύς, καὶ ἐξ ἀγα- 394
θοῦ ἀγαθός, καὶ ἐκ καλοῦ καλός, καὶ τἆλλα πάντα οὕτως, ἐξ ἑκάστου γένους ἕτερον τοιοῦτον ἔκγονον, ἐὰν μὴ τέρας γίγνηται· κλητέον δὴ ταὐτὰ ὀνόματα. ποικίλλειν δὲ ἔξεστι ταῖς συλλαβαῖς, ὥςτε δόξαι ἂν τῷ ἰδιωτικῶς ἔχοντι ἕτερα εἶναι ἀλλήλων τὰ αὐτὰ ὄντα· ὥςπερ ἡμῖν τὰ τῶν ἰατρῶν φάρμακα, χρώμασιν ἢ ὀσμαῖς πεποικιλμένα, ἄλλα φαίνεται ταὐτὰ ὄντα, τῷ δέ γε ἰατρῷ, ἅτε τὴν δύναμιν τῶν φαρ- B
μάκων σκοπουμένῳ, τὰ αὐτὰ φαίνεται, καὶ οὐκ ἐκπλήττεται ὑπὸ τῶν προςόντων· οὕτω δὲ ἴσως καὶ ὁ ἐπιστάμενος περὶ ὀνομάτων τὴν δύναμιν αὐτῶν σκο-

χρώμασιν ἢ ὀσμαῖς] Coisl. Ven. Λ. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Gud. Flor. a. b. c. i. et corr. Ven. Π. χρώμασι καὶ ὀσμαῖς, quod etiam Ficinus expressit.

B. ὑπὸ τῶν προςόντων] προςιόντων Bodl. Vat. Δ. Ven. ΠΣ. Vindob. Flor. d. et pr. Ven. Σ. quod vulgatae non praefe-

Heindorfio apodosin deesse opinetur. Deinde φωνήεσι ne cum Heindorfio putes mutari oportere in φωνήεισι, v. Buttmanni Gr. Ampl. T. I. p. 181. §. 46. 2. Göttling. ad Theodos. p. 240 sqq. — ἄφωνα sunt literae consonae. cf. Phileb. p. 18. C. Theaet. p. 203. B. Ad λέγομεν intell. αὐτά.

E. ἕως ἂν αὐτοῦ δηλ.] Transit a plurali numero ad singularem: nam αὐτοῦ est τοῦ στοιχείου, eodemque pertinet etiam proximum αὐτό. Hanc numeri permutationem non infrequentem esse docebunt quae scripsimus ad Remp. III. p. 389. D. VIII. p. 558. A. Affert autem ad illustrandam sententiam suam literae β exemplum, quae licet integro vocabulo βῆτα appelletur, tamen literas adiectas η τ et α ait nihil officere, quominus germana literae vis significetur, ut quae initiali elemento expressa sit.

P. 394. κλητέον δὴ ταὐτὰ ὀνόματα] h. e. τὸ ἔκγονον κατὰ φύσιν eodem nomine semper appellandum est.

B. οὕτω δὲ ἴσως καὶ ὁ ἐπιστάμενος] Errat Heindorf. δὴ corrigens. Nihil isto

πεῖ, καὶ οὐκ ἐκπλήττεται, εἴ τι πρόςκειται γράμμα ἢ μετάκειται ἢ ἀφῄρηται, ἢ καὶ ἐν ἄλλοις παντάπασι γράμμασίν ἐστιν ἡ τοῦ ὀνόματος δύναμις. ὥςπερ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, Ἀστυάναξ τε καὶ Ἕκτωρ οὐδὲν τῶν αὐτῶν γραμμάτων ἔχει πλὴν τοῦ τ, ἀλλ'
C ὅμως ταὐτὸν σημαίνει. καὶ Ἀρχέπολίς γε τῶν μὲν γραμμάτων τί ἐπικοινωνεῖ; δηλοῖ δὲ ὅμως τὸ αὐτό· καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ οὐδὲν ἀλλ' ἢ βασιλέα σημαίνει· καὶ ἄλλα γε αὖ στρατηγόν, οἷον Ἆγις καὶ Πολέμαρχος καὶ Εὐπόλεμος· καὶ ἰατρικά γε ἕτερα, Ἰατροκλῆς καὶ Ἀκεσίμβροτος· καὶ ἕτερα ἂν ἴσως συχνὰ εὕροιμεν ταῖς μὲν συλλαβαῖς καὶ τοῖς γράμμασι διαφωνοῦντα, τῇ δὲ δυνάμει ταὐτὸν φθεγγόμενα. φαίνεται οὕτως, ἢ οὔ;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

D ΣΩ. Τοῖς μὲν δὴ κατὰ φύσιν γιγνομένοις ταὐτὰ ἀποδοτέον ὀνόματα.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

Cap. XIV. Τί δαὶ τοῖς παρὰ φύσιν, οἳ ἂν ἐν τέρατος εἴδει γένωνται; οἷον ὅταν ἐξ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ θεοσεβοῦς ἀσεβὴς γένηται, ἆρ' οὐχ ὥςπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν κἂν ἵππος βοὸς ἔκγονον τέκῃ, οὐ

ram: hanc enim proximum πρόςκειται tuetur, pro quo tamen Vat. m. προςήκει. Vat. l. προςήκειται.

C. ἃ οὐδὲν ἀλλ' ἢ βασιλέα σημαίνει] Sic Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. Par. BCFHIX. Vat. l. m. Darmst. Vett. editt. ἄλλ' ἢ, i. e. ἄλλο ἤ. v. ad Phaedon. p. 81. B.

δὲ in comparatione frequentius. v. infra p. 425. C. Protagor. p. 313. D. 318. C. 326. D. 347. E. Sophist. p. 258. C. Ion. p. 533. E. Legg. I. p. 628. D. Sophocl. Antig. v. 422. Sed ipse vir doctus sententiam suam retractavit ad Phaedon. p. 73.

D. οἳ ἂν ἐν τέρατος εἴδει γένωνται;] qui monstri speciem habeant. Loquutionem illustravit Heusdius Specim. Crit. p. 44. conf. Hippmai, p. 297. B. Menex. p. 249. A. Heindorf. cur ἂν extruso ex cod. Gudiano γίγνονται recipiendum putaverit, me non perspicere libere confiteor.

ἆρ' οὐχ ὥςπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν —] nonne sicut in superioribus etiam, quum equus bovis fetum edidisset, non a genitore nominandus videbatur, sed a genere, ad quod pertineret? Omissa est al-

τοῦ τεκόντος δήπου ἔδει τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν, ἀλλὰ τοῦ γένους, οὗ εἴη;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ τῷ ἐκ τοῦ εὐσεβοῦς ἄρα γενομένῳ E
ἀσεβεῖ τὸ τοῦ γένους ὄνομα ἀποδοτέον.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐ Θεόφιλον, ὡς ἔοικεν, οὐδὲ Μνησίθεον οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλ' ὅ τι τἀναντία τούτοις σημαίνει, ἐάνπερ τῆς ὀρθότητος τυγχάνῃ τὰ ὀνόματα.

ΕΡΜ. Παντός γε μᾶλλον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὥσπερ γε καὶ ὁ Ὀρέστης, ὦ Ἑρμόγενες, κινδυνεύει ὀρθῶς ἔχειν, εἴτε τις τύχη ἔθετο αὐτῷ τὸ ὄνομα, εἴτε καὶ ποιητής τις, τὸ θηριῶδες τῆς φύσεως καὶ τὸ ἄγριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὀρεινὸν ἐνδεικνύμενος τῷ ὀνόματι.

ΕΡΜ. Φαίνεται οὕτως, ὦ Σώκρατες. 395

ΣΩ. Ἔοικε δέ γε καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ κατὰ φύσιν τὸ ὄνομα εἶναι.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Κινδυνεύει γὰρ τοιοῦτός τις εἶναι ὁ Ἀγαμέμνων, οἷος ἂν δόξειεν αὐτῷ διαπονεῖσθαι καὶ

D. ἐν τέρατος εἴδει γένωνται] γίγνονται Par. G. Gud. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν] ἔμπροσθε Vat. Δ.

P. 395. οἷος ἂν δόξειεν] Libri οἷος ἂν δ. unus Gud. οἷος ἃ ἂν δόξειεν. quod tamen admissa crasi non est necessarium. Deinfera sententiae pars: καὶ οὗτος τοῦ γένους δεῖ ἔχειν τὴν ἐπωνυμίαν, per reticentiam quandam, quum Socrates deinde additurus sit καὶ τῷ ἐκ τοῦ εὐσεβοῦς κ. τ. λ.

P. 395. Ἔοικε δέ γε καὶ τῷ πατρὶ] „Quod his additur ab Hermogene, Φαίνεται, unice spectat ad Socratis illud ἔοικε; asseverat enim Hermogenes, videri sibi hoc probabile et consentaneum, ex praegressi videlicet exempli similitudine eaque omnino, quam Socrates explicuit, nominum ratione. Monui, ne quis hic haereat, τὸ φαίνεται perperam, ut olim ipse feci, ad totam Socratis sententiam trahens, quae nondum poterat liquida Hermogeni et aperta esse.“ *Heindorf.*

οἷος ἂν δόξειεν] Hanc crasin non dubitavimus de Bekkeri sententia pro vulg. οἷος ἂν δ. restituere. Nam quod Gud.

καρτερεῖν, τέλος ἐπιτιθεὶς τοῖς δόξασι δι' ἀρετήν. σημεῖον δ' αὐτοῦ ἡ ἐν Τροίᾳ μονὴ τοῦ πλήθους τε καὶ καρτερίας. ὅτι οὖν ἀγαστὸς κατὰ τὴν ἐπιμονὴν οὗτος ὁ ἀνήρ, ἐνσημαίνει τὸ ὄνομα ὁ Ἀγαμέμνων.
B Ἴσως δὲ καὶ ὁ Ἀτρεὺς ὀρθῶς ἔχει. ὅ τε γὰρ τοῦ Χρυσίππου αὐτῷ φόνος καὶ ἃ πρὸς τὸν Θυέστην ὡς ὠμὰ διεπράττετο, πάντα ταῦτα ζημιώδη καὶ ἀτηρὰ πρὸς ἀρετήν. ἡ οὖν τοῦ ὀνόματος ἐπωνυμία σμικρὸν παρακλίνει καὶ ἐπικεκάλυπται, ὥςτε μὴ πᾶσι δη-

pro vulg. ἐπιθεὶς e Bodl. Vat. Δ. Ven. Π. Flor. d. et pr. Vind. ἐπιτιθεὶς restitutum.

αὐτοῦ ἡ ἐν Τροίᾳ — καρτερίας] Stephanus invitis libris omnibus dedit: αὐτῷ τῆς καρτερίας ἡ ἐν Τροίᾳ μονὴ μετὰ τόσου πλήθους.

B. καὶ ἀτηρὰ] ἀτειρὰ Bodl. Vat. Δ. Par. G.

scriptum habet ἃ ἄν, ab Heindorfio restitutum, id vereor ne praepostera natum sit correctione. Eandem crasis formam Bekkerus probabili coniectura restituendam censet Gorg. p. 486. E. εὖ οἶδ', ὅτι ἅν μοι σὺ ὁμολογήσῃς περὶ ὧν ἡ ἐμὴ ψυχὴ δοξάζει, ταῦτ' ἤδη ἐστὶν αὐτὰ τἀληθῆ, ubi unus Par. E. ἃ ἄν, reliqui ἂν scriptum habent. Nec minus probabile est quod dedit Schneiderus Reip. X. p. 606. C. ὅτι, ἅν αὐτὸς αἰσχύνοιο γελωτοποιῶν, κ. τ. λ., ubi libri item ἂν tenent.

σημεῖον δ' αὐτοῦ — καρτερίας] Sic libri omnes cum Ald. Bas. 1. 2. praeterquam quod Ven. Ξ habet καρτερία. Stephanus facta verborum transpositione ita scripsit: σημεῖον δ' αὐτῷ τῆς καρτερίας ἡ ἐν Τροίᾳ μονὴ μετὰ τόσου πλήθους. Quod ipsum tenuit etiam Heindorfius, nisi quod αὐτοῦ restituit pro αὐτῷ, et τοσούτου pro τόσου dedit. Nimirum hausit Stephanus hanc lectionem e Ficino, cuius haec est interpretatio: argumentum vero tolerantiae suae apud Troiam tanto cum exercitu perduratio praebuit. Corruptam esse librorum scripturam nemo est quin videat. Ego corrigendum censeo τοῦ πλήθους μετὰ καρτερίας. Qua emendatione hic efficitur sensus: argumentum autem eius rei hoc est, quod exercitus cum perseverantia ad Troiam mansit. Etenim hanc ipsam Graecorum mansionem Socrates vult Agamemnonis perseverantia et constantia effectam esse: unde ipsi tribuitur ἐπιμονή, exercitui μονή, quae tamen etiam in ipsum convenit, utpote eius auctorem.

B. Χρυσίππου αὐτῷ φόνος] Chrysippus Pelopis et Astyoches filius fuit, quem quum pater unice amaret, Hippodamia noverca id aegre ferens, eum per filios suos Atreum et Thyestem interfici iussit. v. Hygin. f. 85. Pausan. VI. 20.

λοῦν τὴν φύσιν τοῦ ἀνδρός· τοῖς δ' ἐπαΐουσι περὶ ὀνομάτων ἱκανῶς δηλοῖ ὃ βούλεται ὁ Ἀτρεύς. καὶ γὰρ κατὰ τὸ ἀτειρὲς καὶ κατὰ τὸ ἄτρεστον καὶ κα- C
τὰ τὸ ἀτηρόν, πανταχῇ ὀρθῶς αὐτῷ τὸ ὄνομα κεῖται. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τῷ Πέλοπι τὸ ὄνομα ἐμμέτρως κεῖσθαι· σημαίνει γὰρ τοῦτο τοὔνομα τὸν τὰ ἐγγὺς ὁρῶντα ἄξιον εἶναι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Οἷόν που καὶ κατ' ἐκείνου λέγεται τοῦ ἀν-

κατὰ τὸ ἀτειρὲς] Sic Bodl. Vat. Δ. Ven. Σ. Vind. Par. G. Flor. d. Zitt. Male vett. editt. ἀτηρές, quod correxit Buttmannus.

C. καὶ κατὰ τὸ ἄτρεστον] ἄτρεπτον Ven. Λ. Par. B. CEFHIX. Flor. b. c. Proximum αὐτῷ, pro quo olim scribebatur αὐτό, debemus Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. GX. Zitt. Restituendum iam Heindorfius vidit.

ibique intpp. De Atrei crudeli in Thyestem facinore v. Hygin. f. 88. et Pausan. II. 18. Verba ὡς ὠμὰ Heindorfius interpretatur perquam saeva. Mihi quid de hoc usu voculae videatur, ad Apolog. Socr. p. 35. A. sinificavi. — ἀτηρὰ interprete scholiasta sunt ἀκόλαστα, ὑβριστικά, χαλεπά, κακά, βλαβερά.

ἡ οὖν τοῦ ὀνόματος ἐπωνυμία —] h. e. τὸ ὄνομα ὃ ἐπονομάζεται, nomen, quod ei impositum est, paullulum declinat et obscuratum est, ita ut non omnibus naturam atque indolem viri patefaciat. Obscurius enim eo istud ἀτηρὸν πρὸς ἀρετὴν significatur, nec statim τὸ ἀτειρὲς et τὸ ἄτρεστον in mentem venit nomen audientibus. De verbis ἐπαΐουσι περὶ ὀνομάτων v. ad Hipp. mai. p. 289. E. — ὃ βούλεται ὁ Ἀτρεύς, quid sibi velit Atrei nomen. Theaet. p. 156. C. τί δὴ οὖν ἡμῖν βούλεται οὗτος ὁ μῦθος. Mox pro ἀτειρές, quod optimi libri suppeditarunt, ante Bekkerum scribebatur ἀτηρές, quod ob sequens ἀτηρὸν ferri non posse Buttmannus vidit.

τὸν τὰ ἐγγὺς ὁρῶντα —] eum, qui propinqua conspiciat (nec cernat remotiora) hac appellatione dignum esse, h. e. in eum, qui propinqua tantum videat, hoc nomen convenire. Ita si haec acceperis, locum non tentabis coniectura. Buttm. tamen ante haec: ἄξιον εἶναι — ἐπωνυμίας, aliqua intercidisse putavit, veluti tale quid: Οἶμαι δὲ τὸν Πέλοπα. Nec Heindorf. in vulgata scriptura acquievit, qui καὶ ante ἄξιον ex cod. Gud. et Par. g. inserto totum locum ita refingendum iudicaverit: Δοκεῖ δέ μοι καὶ τῷ Πέλοπι τὸ ὄνομα ἐμμέτρως κεῖσθαι, σημαίνειν γὰρ τοῦτο τὸ ὄνομα τὸν τὰ ἐγγὺς ὁρῶντα, καὶ ἄξιος εἶναι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας. Beckio ὥστε ante ἄξιον inserendum videbatur.

δρὸς ἐν τῷ τοῦ Μυρτίλου φόνῳ οὐδὲν οἷόν τε γενέσθαι προνοηθῆναι οὐδὲ προϊδεῖν τῶν πόῤῥω τῶν εἰς τὸ πᾶν γένος, ὅσης αὐτὸ δυςτυχίας ἐνεπίμπλη,
D τὸ ἐγγὺς μόνον ὁρῶν καὶ τὸ παραχρῆμα — τοῦτο δ' ἐστὶ πέλας — ἡνίκα προεθυμεῖτο λαβεῖν παντὶ τρόπῳ τὸν τῆς Ἱπποδαμείας γάμον. Τῷ δὲ Ταντάλῳ καὶ πᾶς ἂν ἡγήσαιτο τοὔνομα ὀρθῶς καὶ κατὰ φύσιν τεθῆναι, εἰ ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτὸν λεγόμενα.

ΕΡΜ. Τὰ ποῖα ταῦτα;

ΣΩ. Ἅ τέ που ἔτι ζῶντι δυςτυχήματα ἐγένετο

οὐδὲν οἷόν τε γενέσθαι] οἵῳ Coisl. Vat. Δ. Ven. ΔΠ. Par. BCEGHIX. Vat. m. et a pr. m. Bodl. Par. F.

ὅσης αὐτὸ δυςτυχίας] V. αὐτῷ, quod e Ven. Ξ Vind. et rec. Bodl. correctum. Dein Heindorfius pro ὁρῶν scribi iubet ὁρῶντα. Vat. I. ὁρᾶν.

D. τὰ περὶ αὐτὸν λεγόμενα] Editt. omnes αὐτοῦ. Sed Bodl. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. H. Vat. m. Flor. d. Darmst. Zitt. αὐτόν, quod firmat etiam reliquorum scriptura αὐτῶν. Unus F. ex corr. αὐτοῦ. v. ann.

ἐν τῷ τοῦ Μυρτίλου φόνῳ] Pelops quum aliquando quaerendae aquae causa de curru descendisset, iamque longius abiisset, Hippodamia Myrtilum aurigam, cum quo sola remanserat, ad illicitos amores pellicere studuit. Qui quum ei morem gerere noluisset, accusatus est apud Pelopem, quod ipsam violare conatus esset, ob idque proiectus in vicinum mare, quod ex eo Myrtoum appellatum est. v. Tzetzes ad Lycophron. v. 156. Ex quo tempore Pelopis domus gravissimas experta est calamitates. v. Sophocl. Electr. 508. Atque inde perspicitur, cur huius potissimum rei nunc a scriptore mentio iniecta sit.

τὸ ἐγγὺς μόνον ὁρῶν] Nominativus participii per anacoluthiam infertur, perinde quasi antegressum esset: λέγεταί που ἐκεῖνός ὁ ἀνὴρ οὐδὲν οἷός τε γενέσθαι κ. τ. λ. Multa id genus exempla ad Phaedr. p. 241. D. indicavi, quae si meminisset Heindorfius, non erat, opinor, correcturus τὸ ἐγγὺς μόνον ὁρῶντα.

D. τὰ περὶ αὐτὸν λεγόμενα] Accusativum αὐτὸν pro vulg. αὐτοῦ ex libris restituimus. Nam genitivum haud dubie invexerunt qui accusandi casum in hac constructione inusitatum esse opinarentur. Sed conf. infra p. 421. A. καὶ αὐτὸ τοῦτο, περὶ ὃ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐστιν, ubi codd. quidam perperam περὶ ὧν. Phaedon. p. 109. B. ὃν δὴ αἰθέρα ὀνομάζειν τοὺς πολλοὺς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν. Tim. p. 38. A. τὸ δὲ ἦν καὶ τὸ ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ ἰοῦσαν γένεσιν πρέπει λέγεσθαι. Xenoph. Mem. I. 1. extr. τὸν ἀσεβῆ μὲν οὐδέν ποτε περὶ τοὺς θεοὺς οὔτ' εἰπόντα οὔτε πράξαντα. ad quem locum v. Bornemannum. Plat. Gorg. p. 490. C. περὶ σιτία σὺ

πολλὰ καὶ δεινά, ὧν καὶ τέλος ἡ πατρὶς αὐτοῦ ὅλη
ἀνετράπετο, καὶ τελευτήσαντι ἐν Ἅιδου ἡ ὑπὲρ τῆς
κεφαλῆς τοῦ λίθου ταλαντεία θαυμαστὴ ὡς σύμφω- E
νος τῷ ὀνόματι. καὶ ἀτεχνῶς ἔοικεν, ὥσπερ ἂν εἴ
τις βουλόμενος ταλάντατον ὀνομάσαι, ἀποκρυπτό-
μενος ὀνομάσειε καὶ εἴποι ἀντ' ἐκείνου Τάνταλον,
τοιοῦτόν τι καὶ τούτῳ τὸ ὄνομα ἔοικεν ἐκπορίσαι
ἡ τύχη τῆς φήμης. Φαίνεται δὲ καὶ τῷ πατρὶ αὐ-
τοῦ λεγομένῳ τῷ Διὶ παγκάλως τὸ ὄνομα κεῖσθαι· 396
ἔστι δὲ οὐ ῥᾴδιον κατανοῆσαι. ἀτεχνῶς γάρ ἐστιν

ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς] τῆς om. Ven. ΞΣ. Vind. Zitt. Dein *ταλαντεία* Darmst. *ταλαντία* marg. cod. F. a m. rec. Quod in locum vulg. *ταντaλεία* substitui. Dein *θαυμαστὴ* pro *θαυμαστῶς* praebuerunt Ven. Δ. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. et ed. Bas. 2. Pro *συμφώνως* autem ex Par. G. et Gud. *σύμφωνος* restitutum.

E. *καὶ τούτῳ τὸ ὄνομα*] Sic Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. G. Flor. c. et ex corr. Zitt. Vett. editt. *τοῦτο*.

λέγεις. Epinom. p. 980. C. *λέγε τὸν ἐπιόντα σοι λόγον τῶν καλῶν περὶ τοὺς θεούς τε καὶ τὰς θεάς*.

ὧν καὶ τέλος ἡ πατρὶς αὐτοῦ] h. e. quorum adeo fine et exitu universa ipsius patria eversa est. Nam *τέλος* etsi accusativo ponitur absolute, tamen genitivum *ὧν* sibi adiunctum habet. Diodorus IV. 74. ab Heindorfio laudatus: *ἐπεὶ δὲ ὁ Τάνταλος μισηθεὶς ὑπὸ τῶν θεῶν ἐξέπεσεν ἐκ τῆς Παφλαγονίας ὑπὸ Ἴλου τοῦ Τρωός, ἀναγκαῖόν ἐστι κ. τ. λ.* Aoristus secundus *ἀνετράπετο*, quia intransitivam primitus habuit vim et significationem, hic passive positus. Quanquam quid prohibet quo minus interpretemur: patria eius corruit? certe quidem hinc repetenda est vis passiva, si qua in hunc locum convenit. Dein pro vulgato *ταντaλεία* ex duobus libris revocavimus *ταλαντεία*, quod ipsum teste Schleiermachero Spaldingius restituendum vidit. Enimvero *ταντaλεία* quum proxime ad Tantali nomen accedat, vix deinde lusus iste in nomine *ταλάντατον* conspicuus subiungi potuit. Cum proximis contendit Heindorf., receptam lectionem confirmaturus, Gorg. p. 477. D. *ὑπερφυεῖ τινι ἄρα ὡς μεγάλῃ βλάβῃ καὶ κακῷ θαυμασίῳ*. Vellem autem scriptum legeretur *θαυμαστὴ ὡς σύμφωνος οὖσα τῷ ὀνόματι*. Ceterum de Tantali poena apud inferos doctissime scripsit Porsonus ad Eurip. Orest. v. 5.

E. *καὶ ἀτεχνῶς ἔοικε — φήμης*] Recte vidit Heindorf. *καὶ ἀτεχνῶς ἔοικε* pertinere ad verba *τοιοῦτόν τι καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔοικεν ἐκπορίσαι*, in quibus perspicuitatis causa *ἔοικε* denuo inferatur, atque locum sic explicari oportere: quod fecerit aliquis consulto, qui vocabulum *ταλάντα-*

οἷον λόγος τὸ τοῦ Διὸς ὄνομα· διελόντες δὲ αὐτὸ διχῇ οἱ μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει, οἱ δὲ τῷ ἑτέρῳ χρώμεθα. οἱ μὲν γὰρ Ζῆνα, οἱ δὲ Δία καλοῦσι. συντιθέμενα δ' εἰς ἓν δηλοῖ τὴν φύσιν τοῦ θεοῦ, ὃ δὴ προσήκειν φαμὲν ὀνόματι οἵῳ τε εἶναι ἀπεργάζεσθαι. οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὅςτις ἐστὶν αἴτιος μᾶλλον τοῦ ζῆν ἢ ὁ ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς
B τῶν πάντων. συμβαίνει οὖν ὀρθῶς ὀνομάζεσθαι οὗτος ὁ θεὸς εἶναι, δι' ὃν ζῆν ἀεὶ πᾶσι τοῖς ζῶσιν

P. 396. *διελόντες δὲ αὐτὸ*] δὲ om. Coisl. Par. BCEFHI. Vat. m. Flor. a. b. et pr. Ven. Δ. Par. E. In Par. X. et Ven. Δ. rec. est *διελόντες οὖν*. Flor. d. *διελόντες γὰρ αὐτό*. Et fieri potest ut δὲ ab iis invectum sit, qui sententias explicationi inservientes *ἀσυνδέτως* adiungi solere non meminissent.

B. *οὗτος ὁ θεὸς εἶναι*] Male Steph. de Cornarii coni.: *οὕτως, τῷ θεὸς εἶναι*. Verba nominandi non raro ita cum *εἶναι* coniungi docebunt Schaefer. ad Dionys. Hal. p. 141. Reiz. ad

τον obscurare et obtegere velit, ut pro eo dicat *τάνταλον*, idem famam fecisse fortuito. Nam ἡ τύχη τῆς φήμης est fors quaedam famae; consecutio verborum autem haec est: ἔοικεν ἡ τύχη τῆς φήμης τὸ ὄνομα ἐκπορίσαι τούτῳ τοιοῦτόν τι. Ex quo apparet nec in τὸ articulo esse haerendum.

P. 396. *συντιθέμενα δ' εἰς ἓν*] Facile *αὐτὰ* mente et cogitatione addideris, ut nolim cum Heindorfio ex libro Gudiano, quocum unus Par. G. conspirat, *ταῦτα* post δ' infercire. Proxima a Serrano male sollicitata hunc habent sensum: quod quidem consentaneum esse dicimus nomen posse efficere. Nam *προσήκει τινὶ* hic quoque est convenit in aliquem, cadit in aliquem, de quo formulae usu v. Gorg. p. 479. E. Lachet. p. 199. D. Phaedon. p. 88. B. Phaedr. p. 233. B.

B. *διείληπται δὲ δίχα* —] Perridicula nominis originatio, qua *τὸν Δία* a praepositione *διὰ*, *τὸν Ζῆνα* autem a vivendi verbo dictum censet, ut proprie unum debuerit esse vocabulum *Διαζῆνα*, quod tamen usu et consuetudine in diversas partes divulsum sit. Quantis somniis in interpretanda Iovis appellatione veteres indulserint, ex iis intelligere licet, quae habet Etymologus Magn. p. 408. extr. ed. Sylb. Nam ista omnia ex antiquioribus fontibus esse derivata, certum et exploratum habemus. vid. Reland. Dissertatt. miscell. P. II. p. 175 et 264.

Τοῦτον δὲ Κρόνου υἱὸν εἶναι] Inserui nunc cum Bekkero et Heindorfio *εἶναι* post *υἱόν*. Quod si abest, aegre verba hunc in modum coniunxeris: *ὑβριστικὸν μὲν ἄν τι δόξειεν τοῦτον Κρόνου υἱὸν εἶναι*. Ac fortasse in codd. errore illud post *δόξειεν* illatum est. *Ὑβριστικὸν* autem significat vi-

ὑπάρχει. διείληπται δὲ δίχα, ὥςπερ λέγω, ἓν ὂν τὸ ὄνομα, τῷ Διὶ καὶ τῷ Ζηνί. Τοῦτον δὲ Κρόνου υἱὸν εἶναι ὑβριστικὸν μὲν ἄν τι δόξειεν εἶναι ἀκούσαντι ἐξαίφνης, εὔλογον δέ, μεγάλης τινὸς διανοίας ἔκγονον εἶναι τὸν Δία· κόρον γὰρ σημαίνει, οὐ παῖδα, ἀλλὰ τὸ καθαρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκήρατον τοῦ νοῦ. Ἔστι δὲ οὗτος Οὐρανοῦ υἱός, ὡς λόγος. ἡ δὲ αὖ ἐς τὸ ἄνω ὄψις καλῶς ἔχει τοῦτο τὸ ὄνομα καλεῖσθαι, οὐρανία, ὁρῶσα τὰ ἄνω· ὅθεν δὴ καί φασιν, ὦ C

Viger. p. 737. Heindorf. ad Theaet. p. 344. Conf. nostra ad Phileb. p. 13. C.

B. *Κρόνου υἱὸν εἶναι*] Hoc *εἶναι* praebuerunt Par. G. et Gudian. Dein editt. omnes *ἄν τινι δόξειεν*. Pro *τινι* habent *τις* Bodl. Ven. *ΠΣ*: Vind. Par. BCGHI. Vat. I. m. Flor. a. b. c. i. Zitt. sed in Bodl. ς tribus punctis notatum est. Recte *τι* Coisl. Par. EF. Flor. d. Darmst. et rec. Vat. *Δ*.

κόρον γὰρ σ.] Male Steph. *κόρος*. Par. I. *κρόνον*.

deri quod Iupiter Croni filius esse dicatur, quia videlicet *Κρόνος* etiam de stolido usurpari consueverat. v. ad Euthydem. p. 287. B. Nam aliae loci interpretationes, quas Schleierm. proposuit p. 476., vix cuiquam placebunt. Multus de hac re est Proclus p. 58 sq. ed. Boisson. Iam vero Socrates consentaneum esse censet, Iovem magnae cuiusdam mentis esse filium, ideoque Croni nomen festive sic interpretatur, ut illud significare velit *τὸ καθαρὸν καὶ ἀκήρατον τοῦ νοῦ*. Enimvero *σημαίνει γάρ*, inquit, *κόρον*, sc. *ὁ Κρόνος* s. *τὸ τοῦ Κρόνου ὄνομα*, eumque non intelligendum de puero, sed de eo, quod purum est atque sincerum. Lepide nimirum hoc vocabulum derivat a *κορεῖν*, verrere, purgare, ut de scopis cogitari oporteat. Itaque *Κρόνος* secundum hanc originationem sane perridiculam nomen accepit a scopis, ut cuius mens verrendo sit repurgata (der einen mit Besen gefegten Verstand besitzt). Haec omnia nemo est quin videat ioculariter a Socrate ita explicari, ut rideantur videlicet etymologiae a Cratylo similibusque homuncionibus excogitatae. Nihilominus ea a Proclo p. 58 — 72. ed. Boisson. aliisque pro veris accepta tanquam sublimioris interpretationis specimina dilaudantur. Videlicet isti tenebriones dum miris somniis indulgent ipsam solis lucem non videre solent. Hausit hinc sua etiam Etymologus M. v. *Κρόνος*: *Ὁ Κρόνος τῆς νοερᾶς ζωῆς ἐστι δοτήρ, κόρος ὢν τοῦ νοῦ· μᾶλλον δὲ κορὸς νοῦς καὶ καθαρός.*

C. *ὅθεν δὴ καί φασιν*—] ex qua (rerum sublimium sive coelestium) spectatione *οἱ μετεωρολόγοι* (i. e. qui de rebus sublimibus nugantur) etiam affirmant puram nobis contingere mentem. conf. De Rep. VII. p. 529. B.

Ἑρμόγενες, τὸν καθαρὸν νοῦν παραγίγνεσθαι οἱ μετεωρολόγοι, καὶ τῷ οὐρανῷ ὀρθῶς τὸ ὄνομα κεῖσθαι. Εἰ δ' ἐμεμνήμην τὴν Ἡσιόδου γενεαλογίαν, τίνας ἔτι τοὺς ἀνωτέρω προγόνους λέγει τούτων, οὐκ ἂν ἐπαυόμην διεξιών, ὡς ὀρθῶς αὐτοῖς τὰ ὀνόματα κεῖται, ἕως ἀπεπειράθην τῆς σοφίας ταυτησί, τί ποιήσει, εἰ ἄρα ἀπερεῖ ἢ οὔ, ἣ ἐμοὶ ἐξαίφνης νῦν οὑτωσὶ προςπέπτωκεν ἄρτι, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν.

D ΕΡΜ. Καὶ μὲν δή, ὦ Σώκρατες, ἀτεχνῶς γέ μοι δοκεῖς ὥςπερ οἱ ἐνθουσιῶντες ἐξαίφνης χρησμῳδεῖν.

Cap. XV. ΣΩ. Καὶ αἰτιῶμαί γε, ὦ Ἑρμόγενες, μάλιστα αὐτὴν ἀπὸ Εὐθύφρονος τοῦ Προςπαλτίου προςπεπτωκέναι μοι. ἕωθεν γὰρ πολλὰ αὐτῷ συνῆν καὶ παρεῖχον τὰ ὦτα. κινδυνεύει οὖν ἐνθουσιῶν οὐ μόνον τὰ ὦτά μου ἐμπλῆσαι τῆς δαιμονίας σο-

C. οὐκ ἂν ἐπαυόμην] Sic recte Ald. Bas. 1. 2. cum codd. fere omnibus. Steph. ἐπαυσάμην. Mox Ven. Π. rec. Gud. ἕως ἂν ἀπ. Ven. Σ. ἀπεπειράσθην.

τῆς σοφίας ταυτησὶ τί ποιήσει] V. ταυτησὶ, εἴ τι ποιήσει, quod e Coisl. Ven. Λ. Par. IX. Vat. l. m. Flor. b. f. Darmst. mutavi. In Bodl. Vat. Δ. Ven. ΠΣ. Vind. Par. G. legitur: ταύτης, εἴ τι π. quod receptam firmat scripturam. Dein pro vulg. ἀπορεῖ dedimus ἀπερεῖ e Bodl. Vat. Δ. Ven. ΛΞΠΣ. Vind. Par. BCEGHIX. Vat. l. m. Gud. Flor. a. i.

D. ἀτεχνῶς γέ μοι δοκεῖς] Vitiose editt. vett. δοκεῖ.

τίνας ἔτι τους ἀν.] quibus praeterea nominibus appellet eos, qui his sint genere priores. — Mox ἕως ἀπεπειράθην, donec expertus essem, indicativo modo sine particula ἂν dici debuit ob praegressum istud οὐκ ἂν ἐπαυόμην, ut sane mirari liceat Heindorfium cum Stephano hic ἂν et optativum desiderantem.

D. Εὐθύφρονος τοῦ Προςπαλτίου] Πρόςπαλτα fuit demus tribus Acamantidos, cuius mentio fit a Demosthen. in Macart. p. 1071. ed. Reisk. Harpocratione, Photio, Suida, Stephano Byzant. aliis. Nihili est quod vulgo scribebatur Παντίου.

τὸ μὲν τήμερον εἶναι] h. e. pro praesentis temporis s. hodierni diei conditione, quod nos dicimus für jetzt, für heute. v. Hermann. ad Viger. p. 888. Errant enim grammatici formulam idem quod τήμερον significare existimantes.

E. ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν] Schol. ad h. l. Ἀποδιοπομπεῖσθαί φασιν ἀπο-

φίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ἐπειλῆφθαι. δοκεῖ οὖν μοι
χρῆναι οὑτωσὶν ἡμᾶς ποιῆσαι, τὸ μὲν τήμερον εἶναι
χρήσασθαι αὐτῇ καὶ τὰ λοιπὰ περὶ τῶν ὀνομάτων E
ἐπισκέψασθαι· αὔριον δ' ἐὰν καὶ ὑμῖν ξυνδοκῇ,
ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν καὶ καθαρούμεθα
ἐξευρόντες, ὅςτις τὰ τοιαῦτα δεινὸς καθαίρειν, εἴτε
τῶν ἱερέων τις εἴτε τῶν σοφιστῶν. 397

ΕΡΜ. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ξυγχωρῶ· πάνυ γὰρ ἂν
ἡδέως τὰ ἐπίλοιπα περὶ τῶν ὀνομάτων ἀκούσαιμι.

ΣΩ. Ἀλλὰ χρὴ οὕτω ποιεῖν. Πόθεν οὖν βούλει
ἀρξώμεθα διασκοποῦντες, ἐπειδή περ εἰς τύπον τινὰ
ἐμβεβήκαμεν, ἵνα εἰδῶμεν, εἰ ἄρα ἡμῖν ἐπιμαρτυ-
ρήσει αὐτὰ τὰ ὀνόματα μὴ πάνυ ἀπὸ τοῦ αὐτομά-
του οὕτως ἕκαστα κεῖσθαι, ἀλλ' ἔχειν τινὰ ὀρθότη-
τα; τὰ μὲν οὖν τῶν ἡρώων καὶ ἀνθρώπων λεγόμενα B
ὀνόματα ἴσως ἂν ἡμᾶς ἐξαπατήσειε. πολλὰ μὲν γὰρ

τοῦ Προςπαλτίου] Sic Bodl. Coisl. Ven. *ΑΠ*. Par. BCEFGHI. Vat. l. m. Gud. Flor. a. b. c. i. et rec. Vat. *Δ*. Ven. *Ξ*. In Ald. Bas. 1. 2. legitur *Παντίου τον*. Steph. *τοῦ Παντίου*. Ven. *Σ*. Vind. Flor. d. Zitt. *τοῦ Προςπαντίου*. Par. X. *τοῦ προςπαλατίου*. Dein Bodl. *συνῇ* (ν superscr.).

P. 397. *πάνυ γὰρ ἂν ἡδέως*] *ἂν* additum e Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *ΠΣ*. Vind. Par. G. Flor. d. Zitt.

Πόθεν οὖν βούλει ἀρξ.] *οὖν* om. Vat. *Δ*. Flor. d. *ἀρξόμεθα* Coisl. Ven. *Α*. Par. BCEFGI. Vat. l. m. Flor. c. i. Darmst.

τρέπεσθαι τὸν προςτρόπαιον Δία καὶ οἱονεὶ καθαίρεσθαι τὰ δεινά. Phrynichus in Bekkeri Anecdot. I. p. 7. *Ἀποδιοπομπεῖσθαι καὶ διοπομπεῖσθαι: σημαίνει μὲν τὸ ἀποπέμπεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι μύση· σύγκειται δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ δίου, ὅ ἐστι δέρμα τοῦ ἱερείου τοῦ θυομένου τῷ Διί, ἐφ' οὗ ἑστῶτες ἐκαθαίροντο, κἀκ τοῦ πέμπεσθαι. μετὰ γοῦν τῆς ἀπὸ προθέσεως Ἀττικώτερόν ἐστιν.* v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 40 sqq.

P. 397. *ἐπειδή περ εἰς τύπον τινὰ ἐμβεβήκαμεν*] quandoquidem semel adumbratam quandam ingressi sumus disputandi formam et rationem. Nam *τύπος* quum proprie dicatur de adumbratione imaginum, tum a philosopho saepenumero usurpatur de universa sermonis vel disputationis descriptione atque forma. Atque hinc fit, ut *ἐν τύπῳ λέγειν* haud raro significet in universum de aliqua re disputare neque singulas partes accurate excutere. Plat. De Rep. VI. p. 491. C. *ἔχεις γὰρ τὸν τύπον ὧν*

αὐτῶν κεῖται κατὰ προγόνων ἐπωνυμίας, οὐδὲν προσῆκον ἐνίοις, ὥςπερ κατ' ἀρχὰς ἐλέγομεν, πολλὰ δὲ ὥςπερ εὐχόμενοι τίθενται, οἷον Εὐτυχίδην καὶ Σωσίαν καὶ Θεόφιλον καὶ ἄλλα πολλά. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα δοκεῖ μοι χρῆναι ἐᾶν· εἰκὸς δὲ μάλιστα ἡμᾶς εὑρεῖν τὰ ὀρθῶς κείμενα περὶ τὰ ἀεὶ ὄντα καὶ πεφυκότα. ἐσπουδάσθαι γὰρ ἐνταῦθα μάλιστα πρέπει
C τὴν θέσιν τῶν ὀνομάτων· ἴσως δ' ἔνια αὐτῶν καὶ ὑπὸ θειοτέρας δυνάμεως ἢ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐτέθη.

ΕΡΜ. Δοκεῖς μοι καλῶς λέγειν, ὦ Σώκρατες.

Cap. XVI. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ δίκαιον ἀπὸ τῶν θεῶν ἄρχεσθαι σκοπουμένους, πῇ ποτὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ὄνομα οἱ θεοὶ ὀρθῶς ἐκλήθησαν;

ΕΡΜ. Εἰκός γε.

B. *κατὰ προγόνων ἐπωνυμίας*] ὁμωνυμίας Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *Π*. Par. G. Flor. d. et a pr. m. Ven. *Σ*. Vind.; quod erunt qui praeferant.

οἷον Εὐτυχίδην] Εὐτυχιάδην Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *ΞΠΣ*. Vind. Flor. d. Dein pro χρῆναι ἐᾶν Ven. *Π*. in marg. et Gud. χαίρειν ἐᾶν, quod habuit etiam scholiastes.

C. *μόνους τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι*] τοὺς additum e Bodl. Coisl. Vat. *Δ*. Ven. *ΔΠ*. Par. BCEFGHIX. Vat. 1. m. Flor. a. b. c. d. i. Darmst.

λέγω. ubi deinde opponitur τὸ ἀκριβέστερον πυθέσθαι. Ibid. III. p. 414. A. ὡς ἐν τύπῳ, μὴ δι' ἀκριβείας, εἰρῆσθαι. VIII. p. 559. A. Protagor. p. 344. B. Phileb. p. 61. A. τὸ τοίνυν ἀγαθὸν ἤτοι σαφῶς, ἢ καί τινα τύπον αὐτοῦ ληπτέον. Aristot. Eth. ad Nicom. I. 2. πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτό. Ibid. I. 3. παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι. Ibid. V. I. ὡς ἐν τύπῳ ὑποκείσθω ταῦτα. Ibid. II. 2. τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς. conf. Toup. ad Longin. p. 305. ed. Weisk. Zell. ad Aristot. Eth. Nic. I. 2. §. 3. p. 8 sq. et p. 160.

B. *ὥςπερ εὐχόμενοι τίθενται*] multa etiam nomina quasi optantes homines solent imponere, velut Eutychidis, quod est quasi precantis, ut quis fortunatus sit, ideoque eius indolem et naturam non significat.

C. *τούτους μόνους τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι*] Fuit qui ἡγήσασθαι reponendum putaret. Quod iudicium viri doctissimi nemo comprobabit inspectis iis, quae de hoc loquendi genere ad Sympos. p. 172. B. Gorg. p. 489. C. notavimus. Alia rei exempla collegit Matthiae Gr. §. 499. Deinde articulum τοὺς auctoritate codicum restituendum indicavimus. Enimvero τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι est eos deos credere, qui credi solent. v. Hermann. ad Eurip. Hecub

ΣΩ. Τοιόνδε τοίνυν ἔγωγε ὑποπτεύω· φαίνονταί
μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα
τούτους μόνους τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕςπερ νῦν
πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ γῆν D
καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν· ἅτε οὖν αὐτὰ ὁρῶντες πάντα
ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύ-
σεως τῆς τοῦ θεῖν θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι· ὕστε-
ρον δὲ κατανοοῦντες τοὺς ἄλλους πάντας ἤδη τούτῳ
τῷ ὀνόματι προςαγορεύειν. ἔοικέ τι ὃ λέγω τῇ ἀλη-
θείᾳ, ἢ οὐδέν;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν ἔοικε.

ΣΩ. Τί οὖν ἂν μετὰ τοῦτο σκοποῖμεν; ἢ δῆ-
λον δή, ὅτι δαίμονάς τε καὶ ἥρωας καὶ ἀνθρώπους;

ΕΡΜ. Δαίμονας.

ΣΩ. Καὶ ὡς ἀληθῶς, ὦ Ἑρμόγενες, τί ἂν E

D. *ἅτε οὖν αὐτὰ ὁρ.*] V. *γοῦν*, quod mutatum e Bodl. Coisl. Vat. *Δ*. Ven. *Δ*. Par. BCEFGIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. d. i. Darmst.

ὃ λέγω τῇ ἀληθείᾳ ἢ οὐδέν] Sic Bodl. Vat. Ven. *ΞΠΣ*. Vind. Flor. d. Zitt. Editt. omnes *τῷ ἀληθεῖ*, quod ortum ex emendatione. Apol. Socr. in. *ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.*

ἢ δῆλον δή, ὅτι —] Editt. omnes omisso *ἤ*, quod ex Par. G. et Gud. adieci, haec verba Hermogeni tribuunt. Sed vid. ann. 781. et ad Sophocl. Antig. 189. Itaque articulo praedicato adiecto sententia verborum haec est: videntur mihi primi Graeciae incolae illos tantum deos pro divinis numinibus, quae adorabant, habuisse, qui ct.

D. *ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν*] Non esse hanc ipsius Platonis sententiam facile suspicabuntur qui quid universae huic disputationi propositum sit rite perpenderint. Aliter etiam Herodot. iam ab Heindorfio comparatus, II. 52. *θεούς προςωνόμασάν σφεας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον*, ubi v. Wesseling. Nimirum Heracliteis etymologis, qui omnia perpetuo ferri et agitari statuebant, ista originatio potuit placere, ut dii essent quasi quidam cursores.

Τί οὖν ἂν μετὰ τ.] Vulgo *ἢ* ante *δῆλον δὴ* omisso Hermogeni haec adscribebantur: *Δῆλον δή, ὅτι δαίμονάς τε καὶ ἥρωας καὶ ἀνθρώπους.* Ad quae deinceps respondebat Socrates: *Δαίμονας; καὶ ὡς ἀληθῶς κ. τ. λ.* Quae ratio ideo maxime est molesta, quia Socrates ipse interrogat: *δαίμονας;* Nunc omnis offensio sublata est decurritque oratio lenissime restituto illo *ἤ*, quod cod. Gud. et Par. G. obtulerunt, mutataque interpunctionis ratione, quam iam Heindorf. vidit emendari oportere.

ποτε νοοῖ τὸ ὄνομα οἱ δαίμονες; σκέψαι, ἄν τί σοι δόξω εἰπεῖν.

ΕΡΜ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν, τίνας φησὶν Ἡσίοδος εἶναι τοὺς δαίμονας;

ΕΡΜ. Οὐκ ἐννοῶ.

ΣΩ. Οὐδὲ ὅτι χρυσοῦν γένος τὸ πρῶτόν φησι γενέσθαι τῶν ἀνθρώπων;

ΕΡΜ. Οἶδα τοῦτό γε.

ΣΩ. Λέγει τοίνυν περὶ αὐτοῦ,

αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ μοῖρ' ἐκάλυψεν,
398 οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι καλέονται,
ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

ΕΡΜ. Τί οὖν δή;

ΣΩ. Ὅτι οἶμαι ἐγὼ λέγειν αὐτὸν τὸ χρυσοῦν γένος οὐκ ἐκ χρυσοῦ πεφυκός, ἀλλ' ἀγαθόν τε καὶ κα-

P. 398. *ἐπιχθόνιοι καλέονται*] Sic Steph. cum Par. G. consentiente Plutarcho De oracul. defect. p. 431. E. et ipso Platone De Rep. V. p. 469. A. Ceteri libri omnes *ὑποχθόνιοι*,

E. *Λέγει τοίνυν περὶ αὐτοῦ*] Opp. et DD. v. 120 sqq. ubi scripturae discrepantiam notavit Gaisford. Affertur hic locus etiam De Rep. V. p. 469. A. Conf. Buttmann. in Commentatt. Acad. Berol. a. 1814. p. 158 et sqq. s. Mythologo Vol. II. p. 22 sqq. Larcher. Append. ad Etymol. Orionis p. 224. qui errorem quendam Etymologi Magni rectissimo notavit iudicio. Pro *ἐπιχθόνιοι* ex libris Platonis plerisque omnibus *ὑποχθόνιοι* scribendum fuit. At nimirum *ὑποχθόνιοι* recte appellari genii nunc non videntur, qui tanquam hominum custodes in terra versari existimandi sunt. v. Hesiod. l. c. v. 252 sq. τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ Ἀθανάτου Ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων. Et tenent libri *ἐπιχθόνιοι* De Rep. p. 469. A.

P. 398. B. *Οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἄλλο τι ἢ φρόνιμοι;*] En habes Socraticam sententiam, qua virtutem in scientia positam esse volebant. Nisi forte *ἀγαθοὶ* latiore significatione positum accipere malueris.

Τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον] Hoc igitur omnino vult dicere, ut mihi videtur, istud *δαίμονας*: propterea enim, quod prudentes et scientes erant, *δαίμονας* eos appellavit. Dein *συμβαίνει τὸ ὄνομα* idem est quod *συμβαίνει τὸ ὄνομα ὄν*: in antiqua nostra dia-

λόν. τεκμήριον δέ μοί ἐστιν, ὅτι καὶ ἡμᾶς φησι σιδηροῦν εἶναι γένος.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τῶν νῦν οἴει ἂν φάναι αὐτὸν εἴ τις ἀγαθός ἐστιν, ἐκείνου τοῦ χρυσοῦ γένους εἶναι; B

ΕΡΜ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Οἱ δ' ἀγαθοὶ ἄλλο τι ἢ φρόνιμοι;

ΕΡΜ. Φρόνιμοι.

ΣΩ. Τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας· ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει τὸ ὄνομα. λέγει οὖν καλῶς καὶ οὗτος καὶ ἄλλοι ποιηταὶ πολλοί, ὅσοι λέγουσιν, ὡς, ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν καὶ τιμὴν ἔχει καὶ γίγνεται δαίμων, κατὰ τὴν τῆς φρονήσεως ἐπωνυμίαν. ταύτῃ C οὖν τίθεμαι καὶ ἐγώ, τὸν δαήμονα ἄνδρα, ὃς ἂν

quod tuetur etiam Aristides ap. Phot. p. 693. ed. Hoesch.

C. *καὶ ἐγώ, τὸν δαήμονα ἄνδρα* —] Editt. omnes: *καὶ ἐγὼ τὸν δαήμονα, πάντ' ἄνδρα κ. τ. λ.* Emendavi ex Flor. d,

lecto nomen illud reperitur; de quo structurae genere v. ad Gorg. p. 479. C. et Remp. II. p. 375. D. Mox p. 398. D. *οἱ ἥρωες ῥήτορές τινες καὶ ἐρωτητικοὶ συμβαίνουσιν.* Enimvero dialectus Ionica nomen *δαήμων* haudquaquam raro usurpavit. Proclus tamen p. 82. ed. Boiss. aliud quid hic videtur legisse, ut qui haec scripserit: *Ὅτι ἐν τῇ ἀρχαίᾳ φωνῇ τοὺς δαίμονας δάμονας λέγεσθαι δηλοῖ, ὅτι τὸ ᾱ ἀντὶ τῆς ᾱῑ ἐχρῶντο.* Ex quibus verbis Heindorf. non temere suspicatus est commentatorem in exemplo suo post *ὄνομα* additum reperisse *ὁ δάμων.* — *κατὰ τὴν τῆς φρονήσεως ἐπων.*, i. e. dum cognomen accipit a sapientia.

C. *τὸν δαήμονα ἄνδρα — δαιμόνιον εἶναι*] Ita primus hunc locum sanavi. Nam vulgo legebatur: *καὶ ἐγὼ* (s. *κἀγὼ*) *τὸν δαήμονα, πάντ' ἄνδρα, ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ, δαιμ. κ. τ. λ.* verbis parum apte inter se cohaerentibus. Nunc et facilis est orationis decursus, et sententia aptissima haec: Sic igitur ego quoque statuo, virum sapientem, qui bonus sit, esse divinitatis participem et vivum et mortuum, et ob eam causam recte appellari *δαίμονα.* Quod enim additur *ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ*, refertur hoc ad praegressum istud, *ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ.*

ἀγαθὸς ᾖ, δαιμόνιον εἶναι καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα, καὶ ὀρθῶς δαίμονα καλεῖσθαι.

ΕΡΜ. Καὶ ἐγώ μοι δοκῶ, ὦ Σώκρατες, τούτου πάνυ σοι σύμψηφος εἶναι. Ὁ δὲ δὴ ἥρως τί ἂν εἴη;

ΣΩ. Τοῦτο δὲ οὐ πάνυ χαλεπὸν ἐννοῆσαι. σμικρὸν γὰρ παρῆκται αὐτῶν τὸ ὄνομα, δηλοῦν τὴν ἐκ τοῦ ἔρωτος γένεσιν.

ΕΡΜ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Οὐκ οἶσθα, ὅτι ἡμίθεοι οἱ ἥρωες;

Καὶ ἐγώ μοι δοκῶ] V. ἔγωγε, quod e Bodl. Vat. Δ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Par. G. Gud. Flor. d. Zitt. emendatum,

ὅτι ἡμίθεοι οἱ ἥρωες;] Par. G. εἰσιν addit.

D. ἐρασθέντος ἢ θεοῦ θνητῆς —] Vett. editt. ἐρασθέντες ἢ θεὸς θνητῆς ἢ θνητοὶ θεᾶς. Emendavit locum vir doctus

παρῆκται αὐτῶν τὸ ὄνομα] sc. τῶν ἡρώων. Sed pluralis post singularem illatus neminem morabitur.

D. κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνὴν] secundum linguam Atticam eamque priscam. Nam ita haec intelligenda sunt, in quibus non video cur haeserit Heindorfius. Articuli ita iterati exempla dedimus ad Remp. III. p. 407. B. VIII. p. 565. D. IX. p. 590. A. Hipp. mai. p. 281. D. Dein δηλώσει σοι est, apparebit tibi.

ἢ ὅτι σοφοὶ ἦσαν] Aliam profert nominis etymologiam eamque admodum festivam et iocularem. Vult enim heroes esse dialecticos sive sophistas, atque oratores, ut qui nomen suum ab ἐρωτᾶν et εἴρειν acceperint, quorum verborum alterum ad disserendi sollertiam, alterum ad dicendi facultatem refertur. In his verbis Stephan. post ἐρωτᾶν putabat inseri oportere καὶ ἀποκρίνεσθαι, propterea quod Plato ipse supra cap. 10. dixisset διαλεκτικὸν esse τὸν ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον. Et profecto ista pervulgata est apud Platonem dialectici descriptio, sicut ostendimus ad Phaedon. p. 78. D. Criton. p. 50. C. De Rep. VII. p. 534. D. Non tamen adducor, ut hanc Stephani coniecturam veram esse credam. Nam primum quidem interrogandi munus in dialectico merito censetur gravissimum, unde etiam evenit, ut ἐρωτᾶν posterioribus certe temporibus argumentandi vi et significatione maxime frequentaretur. v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 188. ad Plutarchi Moral. p. 369. Schweighaeuser. ad Dissert. Epictet. II. 18, 18. p. 509. Intpp. ad Sext. Emp. Pyrrhon. I. 20. Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscrib. p. 120. Iacobs ad Achill. Tat. p. 757. et Lectt. Stob. p. 135. Deinde manifestum est Platonem ex uno interrogandi verbo efficere stu-

ΕΡΜ. Τί οὖν;

ΣΩ. Πάντες δήπου γεγόνασιν ἐρασθέντος ἢ θεοῦ D
θνητῆς ἢ θνητοῦ θεᾶς. ἐὰν οὖν σκοπῇς καὶ τοῦτο κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνήν, μᾶλλον εἴσει· δηλώσει γάρ σοι, ὅτι παρὰ τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα, ὅθεν γεγόνασιν οἱ ἥρωες, σμικρὸν παρηγμένον ἐστὶν ὀνόματος χάριν. καὶ ἤτοι τοῦτο λέγει τοὺς ἥρωας, ἢ ὅτι σοφοὶ ἦσαν καὶ ῥήτορες δεινοὶ καὶ διαλεκτικοί, ἐρωτᾶν ἱκανοὶ ὄντες· τὸ γὰρ εἴρειν λέγειν ἐστίν. ὅπερ οὖν ἄρτι λέγομεν, ἐν τῇ Ἀττικῇ φω-

in Obss. Miscell. VII. p. 273. Veram lectionem servarunt Par. G. et Gudian.

καὶ ῥήτορες δεινοὶ] Sic Coisl. Ven. Λ. Par. BCEFGHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Darmst. Vulgo erat καὶ ῥήτορες καὶ δεινοὶ καὶ διαλ.

ἄρτι λέγομεν] λέγομεν Ven. ΞΠΣ. Vind. Zitt. et pr. Bodl. Vat. Δ. Editt. omnes ἐλέγομεν.

dere, ut heroes sint dialectici sive sophistae, ut profecto, otiose, imo moleste, istud ἀποκρίνεσθαι adderetur. Sed quanquam Stephani coniecturam repudiandam censemus, tamen locum labem aliquàm contraxisse mihi plane persuasi. Quid enim? potuitne post ἐρωτᾶν ἱκανοὶ ὄντες iam recte inferri τὸ γὰρ εἴρειν λέγειν ἐστίν? Quasi vero interrogandi vocabulum isto modo interpretari vel licuerit vel debuerit! Huc accedit, quod philosophus sicuti ex ἐρωτᾶν effecit heroas pro dialecticis haberi oportere, ita ex dicendi verbo demonstrare debet eosdem esse oratores. Quocirca post ἐρωτᾶν ἱκανοὶ ὄντες suspicor excidisse καὶ λέγειν, ad quod iam commode referuntur haec: τὸ γὰρ εἴρειν λέγειν ἐστίν, h. e. nam vetus illud εἴρειν, unde οἱ ἥρωες tanquam oratores dicti sunt, idem est quod λέγειν. Ficinus num tale quid in codice suo repererit, non ausim definire. Quod enim locum transtulit sic: ad interrogandum disserendumque promtissimi; vereor ne de ingenio suo addiderit quod ipsi deesse visum fuerit. Verbum εἴρειν dicendi vi et significatione positum reperitur Aeschyl. Eumenid. 639. ubi εἴρεται passive pro λέγεται est, pariter atque Arat. Phaenom. 172. καὶ λίην κείνων ὄνομ' εἴρεται. Ibid. v. 260. ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν, ἄλλα μάλ' αὔτως εἴρεται. Praeterea Heindorfius contulit Hesiod. Theog. 38. εἴρευσαι (Μοῦσαι) τά τ' ἐόντα, κ. τ. λ.

ὅπερ οὖν ἄρτι λέγομεν —] Quod igitur nunc cummaxime dicimus, hoc est, heroas Attica lingua dictos oratores quosdam et disputatores evadere. Quod vulgo scribebatur καὶ ἐρωτικοί, id ab hoc loco esse alienum vel proxima verba arguunt, ὥστε ῥητόρων — φῦλον, ex quibus manifestum est nunc non de priore illa etymologia, qua heroum nomen ab ἔρωτος voca-

E νῇ λεγόμενοι οἱ ἥρωες ῥήτορές τινες καὶ ἐρωτητικοὶ συμβαίνουσιν, ὥςτε ῥητόρων καὶ σοφιστῶν γένος γίγνεται τὸ ἡρωϊκὸν φῦλον. Cap. XVII. Ἀλλὰ οὐ τοῦτο χαλεπόν ἐστιν ἐννοῆσαι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τί ποτε ἄνθρωποι καλοῦνται. σὺ ἔχεις εἰπεῖν;

ΕΡΜ. Πόθεν, ὦ 'γαθέ, ἔχω; οὐδ' εἴ τι οἷός τ' ἂν εἴην εὑρεῖν, οὐ συντείνω, διὰ τὸ ἡγεῖσθαι σὲ μᾶλλον εὑρήσειν ἢ ἐμαυτόν.

399 ΣΩ. Τῇ τοῦ Εὐθύφρονος ἐπιπνοίᾳ πιστεύεις, ὡς ἔοικας.

ΕΡΜ. Δῆλα δή.

E. καὶ ἐρωτητικοὶ] Steph. de conectura Cornarii: 'καὶ ἐρωτηματικοὶ ἢ καὶ ἐρωτικοί. Verum servarunt Vat. Λ. Ven. ΞΠΣ. Vind. Flor. d. pro quo Ald. Bas. 1. 2. cum Coisl. Ven. Δ. Par. BCEFGHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. καὶ ἐρωτικοί.

bulo ducebatur, cogitari licere, sed tantum de posteriore. Ob eandem causam etiam Cornarii coniectura a Stephano in ordinem recepta: ῥήτορές τινες καὶ ἐρωτηματικοὶ ἢ καὶ ἐρωτικοὶ συμβαίνουσιν, repudianda est. Nam quod censet Heindorf., utique hoc ἐρωτικοὶ tenendum esse propter verba ὅπερ οὖν ἄρτι ἐλέγομεν, quae pertineant ad praegressa illa ἐὰν οὖν σκόπῃς κ. τ. λ., ubi nomen ἥρωος ductum est παρὰ τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα, huic iudicio non multum tribuimus propterea, quod ἄρτι proximum tempus designat, ut vel si ad proxime antecedentia referatur, rectissime sit positum. Huc accedit, quod pro ἐλέγομεν codices non pauci recte λέγομεν suppeditarunt. Nam ἄρτι cur cum praesenti tempore copulari negemus, causam idoneam equidem video nullam, v. quae disputarunt Graefius ad Meleagrum p. 70 sq. Lobeck. ad Phrynich. p. 20.

E. σὺ ἔχεις εἰπεῖν;] Non puto hoc asyndeton esse removendum, quod et librariis nonnullis molestum fuit δὲ vel οὖν post σὺ infercientibus, et displicuit Heindorfio ἢ σὺ ἔχεις εἰπεῖν scribendum iudicanti. Subita enim orationis conversione facta Socrates Hermogenem interrogat, num sibi rem perspectam exploratamque habere videatur.

οὐδ' εἴ τι οἷός τ' ἂν εἴην —] Οὐδὲ haud raro ab initio enuntiati ita poni, ut aliquot vocabulis interiectis negatio deinde ad verbum repetatur, ad Remp. IV. p. 426. B. observatum est. Exempla si desideras, adeas Bremium ad Aeschin. advers. Ctesiphont. p. 325. ed. Goth. Fritschium Quaest. Luciann. p. 153. et Schoemannum ad Isaeum p. 470. Eodem modo post οὔτε — οὔτε deinceps οὐ iteratur Euthyphron. p. 4. D. et infra p. 423. D. post οὐκ denuo οὐ infertur. Verbum συντείνειν ut Lat. contendere sic intransitive usurpatum legitur Sophist. p. 239. B. conf. ad Euthydem. p. 288. D.

P. 399. κομψῶς ἐννενοη-

ΣΩ. Ὀρθῶς γε σὺ πιστεύων· ὡς καὶ νῦν γέ μοι φαίνομαι κομψῶς ἐννενοηκέναι, καὶ κινδυνεύσω, ἐὰν μὴ εὐλαβῶμαι, ἔτι τήμερον σοφώτερος τοῦ δέοντος γενέσθαι. σκόπει δὴ ὃ λέγω. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ τοιόνδε δεῖ ἐννοῆσαι περὶ ὀνομάτων, ὅτι πολλάκις ἐπεμβάλλομεν γράμματα, τὰ δ' ἐξαιροῦμεν, παρ' ὃ βουλόμεθα ὀνομάζοντες, καὶ τὰς ὀξύτητας μεταβάλλομεν. οἷον Διῒ φίλος· τοῦτο ἵνα ἀντὶ ῥήματος B ὄνομα ἡμῖν γένηται, τό τε ἕτερον αὐτόθεν ἰῶτα ἐξείλομεν καὶ ἀντὶ ὀξείας τῆς μέσης συλλαβῆς βαρεῖαν ἐφθεγξάμεθα. ἄλλων δὲ τοὐναντίον ἐμβάλλομεν γράμματα, τὰ δὲ βαρύτερα * ὀξύτερα * φθεγγόμεθα.

P. 399. B. *τὰ δὲ βαρύτερα ὀξύτερα φθ.*] ὀξύτερα praeeunte Bekkero addidimus de coniectura Buttmanni. Stephanus de suo scripsit: τὰ δὲ ὀξέως βαρύτερα, quod in nullo libro repertum.

κέναι] Proclus p. 76. Ὅτι παρὰ Πλάτωνι τὸ *κομψὸν* δύο σημαίνει, τό τε κομψὸν καὶ οἰκεῖον, καὶ πάλιν τὸ πιθανὸν καὶ ἀπατηλόν. Audias Ruhnkenium ad Tim. p. 162. ita scribentem: Plerisque locis apud Platonem vox habet aliquid ironiae Socraticae, ut non tam de vera et naturali, quam de nimia et adscititia venustate capienda videatur. Quod quidem egregie in hunc locum convenit, ubi Socrates non sine leni quadam cavillatione se rem ait scite intellexisse. Deinde ne quis haereat in verbis ἐὰν μὴ εὐλαβῶμαι, ludit Socrates in verbi κινδυνεύσω ambiguitate, respicitque ad primariam eius significationem. Lepidum est autem quod se dicit hodie iusto sapientiorem evasurum. Nam his verbis tecte notatur inepta ista sophistarum sapientia, qui ea quoque rimabantur, quae sciri non possunt, et in indagandis verborum originibus iustos fines transgrediebantur.

παρ' ὃ βουλόμεθα ὀνομάζοντες] h. e. ὀνομάζοντες παρὰ τοῦτο, παρ' ὃ βουλόμεθα ὀνομάζειν, nomen inde ducentes, unde volumus. Nam ita Graeci dicunt ὀνομάζειν τι παρά τι. Deinde ῥῆμα et ὄνομα ita distinguuntur, ut hoc subiecti, quod grammatici vocant, illud praedicati quoque notionem complectatur. Quocirca hoc Διῒ φίλος est ῥῆμα, quia efficit integram propositionem; sed Δίφιλος est ὄνομα, quia eo denotatur subiectum. v. infra p. 421. D. E. Ex quo habet explicationem quod p. 425. A. B. p. 431. B. docetur τὰ ῥήματα et τὰ ὀνόματα coniuncte demum orationem efficere: enimvero haec veluti stabilem fixamque linguae partem habent; illa fluxam et mobilem conficiunt.

B. *βαρεῖαν ἐφθεγξάμεθα*] Videlicet Δίφιλος pro Διῒ φίλος dicentes. De aoristi usu v. ad Gorg. p. 511. D. al.

ἄλλων δὲ τοὐναντίον —] Hic in tenebris micant Stephanus et Heindorfius, quorum alter ἐπ' ἄλλων δέ, alter ἄλλῳ δὲ scribendum putat. Nam

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τούτων τοίνυν ἓν καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων ὄνομα πέπονθεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. ἐκ γὰρ ῥήματος ὄνομα γέγονεν, ἑνὸς γράμματος τοῦ ᾱ ἐξαιρεθέντος καὶ βαρυτέρας τῆς τελευτῆς γενομένης.

ΕΡΜ. Πῶς λέγεις;

C ΣΩ. Ὧδε. σημαίνει τοῦτο τὸ ὄνομα ὁ ἄνθρωπος, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα θηρία ὧν ὁρᾷ οὐδὲν ἐπισκοπεῖ οὐδὲ ἀναλογίζεται οὐδὲ ἀναθρεῖ, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἅμα ἑώρακε — τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ὄπωπε — καὶ ἀναθρεῖ καὶ λογίζεται τοῦτο, ὃ ὄπωπεν. ἐντεῦθεν δὴ μόνον τῶν θηρίων ὀρθῶς ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος ὠνομάσθη, ἀναθρῶν ἃ ὄπωπεν.

Τούτων τοίνυν ἓν] Sic, Bodl. Vat. Δ. Ven. ΠΣ. Par. G. Gud. Flor. d. Zitt. cum Bas. 2. In Ald. est τοῦτον, unde Steph. fecit τοῦτο. In Coisl. ἓν deest.

C. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ὄπωπε] τὸ om. Par. G. Gud. probante Heindorfio. Dein pro λογίζεται Steph. cum Par. E. et fortasse paucis aliis ἀναλογίζεται.

ἐντεῦθεν δὴ μόνον] δὲ δὴ Bodl. Vat. Δ. Ven. Π. Flor. d. Vat. m.

genitivus ἄλλων ex sequenti γράμματα pendet, ita quidem, ut scriptor posteriorem enuntiati partem, τὰ δὲ βαρύτερα ὀξύτερα maxime ob oculos habuerit. Nam casus nominum subinde non ad proxima congruunt, sed constructio interdum quasi quadam intermissione suspenditur, donec ad institutum ordinem revertatur. Multa id genus exempla notarunt Lobeck. ad Aiac. 475. Hermann. ad Antigon. 533. Matthiae Gr. §. 428. 2., quibus adde quae post Heindorfium ipse dedi ad Phaedon. p. 94. D. Mox de Buttmanni coniectura post βαρύτερα addidimus ὀξύτερα, sententia postulante. Errorem peperit utriusque vocabuli terminatio.

τοῦ ᾱ ἐξαιρεθέντος] Nam secundum originationem debuerat esse ἀνάθρωπος. Orion Etymol. p. 16. Ἄνθρωπος, κατὰ Πλάτωνα παρὰ τὸ ἀθρεῖν καὶ νοεῖν ἃ δὴ ὄπωπε καὶ εἶδε, τῶν ἀλόγων μὴ λογιζομένων καὶ προνοουμένων. οὐ γὰρ ἂν ἰχθῦς εἰς κύρτον εἰσῆλθεν, ὁρῶν ἄλλον κρατούμενον. οἱ δὲ παρὰ τὸ ἀνακλῶντα τὴν ὄψιν ἄνω ἀθρεῖν. οἱ δὲ παρὰ τὸ ἔναρθρον ἔχειν ἔπος, τουτέστι φωνήν. conf. Etymol. M. p. 99. 22.

C. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ὄπωπε] hoc enim istud ὄπωπε significat. Aliter p. 395. C. τοῦτο δ' ἐστὶ πέλας. p. 431. D. τοῦτο δ' ἐστὶν ὄνομα, ubi cur articulus omittatur, causa aperta est. Quocirca Heindorfium non decebat illis locis abuti, ut hic quoque cum codice Gud. τὸ abiiciendum esse doceret. Sed

ΕΡΜ. Τί οὖν; τὸ μετὰ τοῦτο ἔρωμαί σε, ὃ ἡδέως ἂν πυθοίμην;

ΣΩ. Πάνυ γε.

ΕΡΜ. Ὥσπερ τοίνυν μοι δοκεῖ τούτοις ἑξῆς εἶναί τι χρῆμα. ψυχὴν γάρ που καὶ σῶμά τι καλοῦμεν τοῦ ἀνθρώπου. D

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΕΡΜ. Πειρώμεθα δὴ καὶ ταῦτα διελεῖν, ὥσπερ τὰ ἔμπροσθεν.

ΣΩ. Ψυχὴν λέγεις ἐπισκέψασθαι, ὡς εἰκότως τούτου τοῦ ὀνόματος τυγχάνει, ἔπειτ' αὖ τὸ σῶμα;

ΕΡΜ. Ναί.

D. *καὶ σῶμά τι καλοῦμεν*] Adieci τι ex Coisl. Par. BCHX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Ceterum totus hic locus in vett. editt. prave hunc in modum distinguitur: Socr. Ὧδε σημαίνει — ἡδέως πυθοίμην; Herm. Πάνυ γε. Socr. Ὥσπερ τοίνυν μοι δοκεῖ — τοῦ ἀνθρώπου. Herm. Πῶς γὰρ οὔ; Socr. Πειρώμεθα δὴ καὶ ταῦτα — ἔπειτ' αὖ τὸ σῶμα; Herm. Ναί. Fraudem notarunt ac sustulerunt Heindorf. et Bekker.

recte vir doctus verba ἅμα ἑώρακε καὶ ἀναθρεῖ κ. τ. λ. interpretatus est; statim ut conspexit, considerat et exputat illud quod vidit. Nam in talibus καὶ interpretari licet et statim vel et tum. v. ad Sympos. p. 220. C. Euthydem. p. 273. A. B. et Protagor. p. 314. E. attigimus.

D. *Ὥςπερ τοίνυν μοι δοκεῖ τούτοις —*] Videtur mihi res cum istis proxime cohaerere. Nimirum ab homine transire vult ad hominis partes principales, animum et corpus. Illud ὥςπερ Heindorfius iungendum censet cum ἑξῆς εἶναι, cui rationi ipsa verborum collocatio officit. Me si audis, haec non aliter explicabis atque illa p. 384. C. ubi v. ann. Constructionem autem vocabuli ἑξῆς ad Phaedon. p. 100.

καὶ σῶμά τι καλοῦμεν τοῦ ἀνθρ.] Menon. p. 75. E. λέγε γάρ μοι· τελευτὴν καλεῖς τι; τοιόνδε λέγω, οἷον πέρας καὶ ἔσχατον. πάντα ταῦτα ταὐτόν τι λέγω. Ibid. p. 76. A. τί δέ; ἐπίπεδον καλεῖς τι, καὶ ἕτερον αὖ στερεόν; P. 88. A. σωφροσύνην τι καλεῖς καὶ δικαιοσύνην; Phaedon. p. 103. C. θερμόν τι καλεῖς καὶ ψυχρόν; Protagor. p. 332. A. ἀφροσύνην τι καλεῖς; Ibid. p. 358. D. καλεῖτέ τι δέος καὶ φόβον; Gorg. p. 495. C. ἐπιστήμην που καλεῖς τι; Infra p. 421. A. μαίεσθαι οὖν καλεῖς τι; Supra p. 385. B. καλεῖς τι ἀληθῆ λέγειν; Ex his locis, quibus centena alia addere licebit, perspicuum erit, opinor, cur τι vulgo neglectum restituendum indicaverimus.

ΣΩ. Ὡς μὲν τοίνυν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγειν, οἶμαί τι τοιοῦτον νοεῖν τοὺς τὴν ψυχὴν ὀνομάσαντας, ὡς τοῦτο ἄρα, ὅταν παρῇ τῷ σώματι, αἴτιόν ἐστι
E τοῦ ζῆν αὐτῷ, τὴν τοῦ ἀναπνεῖν δύναμιν παρέχον καὶ ἀναψῦχον, ἅμα δὲ ἐλλείποντος τοῦ ἀναψύχοντός τὸ σῶμα ἀπόλλυταί τε καὶ τελευτᾷ· ὅθεν δή μοι δοκοῦσιν αὐτὸ ψυχὴν καλέσαι. εἰ δὲ βούλει, ἔχε ἠρέμα· δοκῶ γάρ μοί τι καθορᾶν πιθανώτερον τού-
400 του τοῖς ἀμφὶ Εὐθύφρονα. τούτου μὲν γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καταφρονήσαιεν ἂν καὶ ἡγήσαιντο φορτικὸν εἶναι· τόδε δὲ σκόπει, ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ἀρέσῃ.

ΕΡΜ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Τὴν φύσιν παντὸς τοῦ σώματος, ὥστε καὶ

P. 400. *καὶ σοὶ ἀρέσῃ*] Par. G. Gud. Darmst. ἀρέσκῃ. Ceteri ἀρέσῃ, quod recte tenuit Bekker. Futurum ἀρέσω legitur Legg. III. p. 702. C. In Ven. ΞΣ. est ἀρέσῃ καὶ σοί.

Ὡς μὲν τοίνυν ἐκ τοῦ παραχρῆμα —] Priorem hanc τῆς ψυχῆς originationem, quam unice veram esse nemo est quin videat, sese ait ex tempore et sine praevia meditatione in medium afferre. In quo insignis est lepos ac festivitas. Nam huic deinde adiicitur alia eaque perinepta, quam tamen tanquam exquisitiorem Euthyphronibus censet magis esse placituram. Quocirca non est dubitandum, quin ipse Plato eam, quae prius affertur, etymologiam pro vera habuerit, alteram ludibrii causa attulerit. Ceterum Aristoteles De Anim. I. 2, 23. διὸ καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκολουθοῦσιν, οἱ μὲν τὸ θερμὸν λέγοντες, ὅτι διὰ τοῦτο καὶ τὸ ζῆν ὠνόμασται, οἱ δὲ τὸ ψυχρὸν διὰ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν κατάψυξιν καλεῖσθαι ψυχήν, ad quem locum vide Trendelenburgium p. 242.

P. 400. *φορτικὸν εἶναι*] pingue et expers subtilitatis, ut recte interpretatur Heindorf., quem consule ad Gorg. §. 84.

νοῦν τε καὶ ψυχὴν εἶναι] Utrumque hoc nomen cur coniungatur, docet Aristot. De Anim. I. 2, 13. Ἀναξαγόρας δ' ἔοικε μὲν ἕτερον λέγειν ψυχήν τε καὶ νοῦν, ὥσπερ εἴπομεν καὶ πρότερον, χρῆται δὲ ἀμφοῖν ὡς μιᾷ φύσει, πλὴν ἀρχήν γε τὸν νοῦν τίθεται μάλιστα πάντων. Docuit autem Anaxagoras omnes quondam res earumque elementa inter se fuisse confusa, sed deinde distincta et digesta a mente. Qua in re usus est formula νοῦς πάντα χρήματα διῆρε καὶ διεκόσμησε. v. ad Phaedon. p. 72. C. Itaque verbum διακοσμεῖν ipsius est Anaxagorae; istud καὶ ἔχουσαν autem additum est a Platone etymologiae gratia.

Καλῶς ἄρα ἂν τὸ ὄνομα

ζῆν καὶ περιιέναι, τί σοι δοκεῖ ἔχειν τε καὶ ὀχεῖν ἄλλο ἢ ψυχή;

ΕΡΜ. Οὐδὲν ἄλλο.

ΣΩ. Τί δέ; καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φύσιν οὐ πιστεύεις Ἀναξαγόρᾳ νοῦν τε καὶ ψυχὴν εἶναι τὴν διακοσμοῦσαν καὶ ἔχουσαν;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καλῶς ἄρα ἂν τὸ ὄνομα τοῦτο ἔχοι τῇ δυνάμει ταύτῃ, ἣ φύσιν ὀχεῖ καὶ ἔχει, φυσέχην ἐπο- B
νομάζειν. ἔξεστι δὲ καὶ ψυχὴν κομψευομένον λέγειν.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν, καὶ δοκεῖ γέ μοι τοῦτο ἐκείνου τεχνικώτερον εἶναι.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἔστι· γελοῖον μέντοι φαίνεται ὡς ἀληθῶς ὀνομαζόμενον ὡς ἐτέθη.

νοῦν τε καὶ ψυχὴν] τε e Vat. *Δ.* et Flor. d. additum ante Bekkerum desiderabatur.

B. *ἣ φύσιν ὀχεῖ*] Sic Bodl. Vat. *Δ.* Ven. *Ξ II.* Vind. Par. BG. Zitt. Pessime vett. editt. ἢ, quod recte iam Heind. correxit.

—] Iungas hunc in modum: *Καλῶς ἄρα ἂν ἔχοι ἐπονομάζειν τὸ ὄνομα τοῦτο φυσέχην τῇ δυνάμει ταύτῃ, ἣ φύσιν ὀχεῖ καὶ ἔχει*: recte igitur nomen istud *φυσέχη* imponetur illi facultati, quae naturam ducit (*ὀχεῖ*) et continet.

B. *Πάνυ μὲν οὖν, καὶ δοκεῖ γέ μοι*] Perperam haec ante Heindorfium sic erant distincta: *ΕΡ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ δοκεῖ γε τεχνικώτερον εἶναι. ΕΡ. Καὶ γάρ ἐστι. ΣΩ. Γελοῖον μέντοι κ. τ. λ.* Erroris ansam praebuit, opinor, istud *καὶ δοκεῖ γέ μοι* post *Πάνυ μὲν οὖν* illatum. Verum non ita rara est haec sermonis species. Hipp. mai. p. 291. D. *πάνυ μὲν οὖν, ὦ Ἱππία, καὶ καλῶς γε νῦν ὑπολαμβάνεις.* Charmid. p. 155. A. *ὀρθῶς λέγεις, καὶ καλοῦμεν αὐτόν.* Sed nolo iterare quae de hoc loquendi genere exposui ad Phaedr. p. 275. C. Hipp. min. p. 367. B.

γελοῖον μέντοι φαίνεται ὡς ἀληθῶς ὄν.] Ad haec Schleiermacherus: Wenn man es nemlich auf die Kälte zurückführt, da dem Leben offenbar Wärme zukommt. Non recte, opinor. Neque enim haec ad priorem *τῆς ψυχῆς* etymologiam spectant, sed potius ad posteriorem, quam Hermogenes quum artificiosiorem esse dixerit, Socrates ridiculam esse significat. Hoc igitur dicit: ridiculum tamen videtur, si *ψυχῆς* nomen revera ita usurpetur, ut positum est, ut videlicet significet rerum naturae vehiculum quasi quoddam atque ligamentum. Nam *ὀνομάζειν ὄνομα* est nomen usurpare, ut Reip. VI. p. 493. C. *ὀνομάζει πάντα ταῦτα ἐπὶ ταῖς τοῦ μεγάλου ζώου δόξαις, οἷς*

ΕΡΜ. Ἀλλὰ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο πῶς φῶμεν ἔχειν;

ΣΩ. Τὸ σῶμα λέγεις;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Πολλαχῇ μοι δοκεῖ τοῦτό γε· ἂν μὲν καὶ σμικρόν τις παρακλίνῃ, καὶ πάνυ. καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν
C τῷ νῦν παρόντι· καὶ διότι αὖ τούτῳ σημαίνει ἃ ἂν σημαίνῃ ἡ ψυχή, καὶ ταύτῃ σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι. δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσι· τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σώζηται, δεσμωτηρίου εἰκόνα· εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο, ὥσπερ αὐτὸ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲν δεῖν παράγειν οὐδὲ γράμμα.

C. *ἃ ἂν σημαίνῃ*] Sic dedi ex Coisl. Par. G. Vat. l. m. Stob. Eclogg. Phys. p. 86. Vulgo *σημήνῃ*, quod etiam nuperi editores retinuerunt. Par. H. *σημαίνοι*. Gud. Darmst. *σημαίνει*; quod ipsum quoque receptam scripturam confirmat.

ὥσπερ αὐτὸ ὀνομάζεται] Vett. editt. *αὐτὸ ὥσπερ*, prae-

μὲν χαίροι ἐκεῖνο, ἀγαθὰ καλῶν, οἷς δὲ ἄχθοιτο, κακά.

Πολλαχῇ μοι δοκεῖ τοῦτό γε] Non assentior Heindorfio, deleta post *παρακλίνῃ* interpunctione *καὶ πάνυ* ad *σμικρόν* referenti. Id enim fieri non potest propterea, quod *σμικρὸν* iam suum *καὶ* sibi praemissum habet. Itaque ego in ea sum sententia, ut post *καὶ πάνυ* repetendum existimem *δοκεῖ μοι πολλαχῇ ἔχειν*. Quo facto locum sic potius interpretor: Multiplex mihi nomen istud τοῦ σώματος videtur esse; si quis vel paullulum illud deflectat, sanequam multiplex.

καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν] Gorg. p. 493. A. *ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα*, ubi quae annotata sunt, Heracliti hanc fuisse sententiam aliorumque veterum philosophorum, etiam Philolai, satis superque docebunt. Egregie vero istud *πολλαχῇ ἔχειν*, quod de corporis appellatione valere iudicabat, declarat ita, ut *σῶμα* ostendat triplicem admittere originationem, siquidem et *σῆμα* sit tanquam animi sepulcrum, et idem sit quod signum, quia ei animus res perceptas significet, et *σῶμα* denique tanquam *σῶσμα* quoddam videatur, quoniam animus in corpore tanquam carcere quodam inclusus poenas luat, usque dum tandem liberetur atque servetur. Postremam sententiam philosophus ipse ad Orphicos refert auctores; ex quo consequens est, ut Plato hic de Pythagoreis nominatimque de Philolao haudquaquam cogitaverit. v. ad Phaedon. p. 62.

Cap. XVIII. *ΕΡΜ.* Ταῦτα μέν μοι δοκεῖ ἱκα- D
νῶς, ὦ Σώκρατες, εἰρῆσθαι· περὶ δὲ τῶν θεῶν τῶν
ὀνομάτων, οἷον καὶ περὶ τοῦ Διὸς νῦν δὴ ἔλεγες,
ἔχοιμεν ἄν που κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπισκέψα-
σθαι, κατὰ τίνα ποτὲ ὀρθότητα αὐτῶν τὰ ὀνόματα
κεῖται;

ΣΩ. Ναὶ μὰ Δία ἡμεῖς γε, ὦ Ἑρμόγενες, εἴ-
περ γε νοῦν ἔχοιμεν, ἕνα μὲν τὸν κάλλιστον τρόπον,
ὅτι περὶ θεῶν οὐδὲν ἴσμεν, οὔτε περὶ αὐτῶν οὔτε
περὶ τῶν ὀνομάτων, ἅττα ποτὲ αὐτοὶ ἑαυτοὺς κα-
λοῦσι· δῆλον γάρ, ὅτι ἐκεῖνοί γε τἀληθῆ καλοῦσι.
δεύτερος δ' αὖ τρόπος ὀρθότητος, ὥςπερ ἐν ταῖς E
εὐχαῖς νόμος ἐστὶν ἡμῖν εὔχεσθαι, οἵτινες τε καὶ
ὁπόθεν χαίρουσιν ὀνομαζόμενοι, ταῦτα καὶ ἡμᾶς αὐ-
τοὺς καλεῖν, ὡς ἄλλο μηδὲν εἰδότας· καλῶς γὰρ δὴ 401

ter fidem librorum.

καὶ οὐδὲν δεῖν παράγειν οὐδὲ γράμμα] Pro οὐδὲ Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Vat. l. Flor. d. οὐδέν. Gud. οὐδὲ δεῖν π. οὐδὲν γρ. quod fortasse verum.

D. *αὐτοὶ ἑαυτοὺς κ.*] αὐτοὶ ex Par. G. et Gud. additum.

B. Quod autem addit Socrates, *καὶ οὐδὲν δεῖν παράγειν οὐδὲ γράμμα*, ac ne literulam quidem ullam mutandam esse, recte observavit Heindorfius in hoc vocabulo sane ne σ quidem inserere opus esse, si ducatur a *σαόω*, unde *ἐσώθην* natum. Idem vir doctus consecutionem postremorum verborum vidit esse hanc: *εἶναι οὖν τοῦτο, ὥςπερ αὐτὸ ὀνομάζεται, τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς.* Ceterum exscripsit hunc locum Etymol. Magn. p. 742. ed. Sylb. = 673. 16. ed. Lips.

D. *ἕνα μὲν τὸν κάλλιστον τρόπον*] Int. *λέγοιμεν ἄν*, quod *κατὰ σύνεσιν* ex praegressis petendum.

ὅτι περὶ θεῶν οὐδὲν ἴσμεν] Videtur tangere illud Protagorae apud Laërt. IX. 51. *περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἴθ' ὡς εἰσὶν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσίν*, sed lepidissime ad rem praesentem traductum, ita quidem, ut simul carpatur vulgi superstitio, qua diis ipsis nomina quaedam unice placere credebantur.

E. *ὥςπερ ἐν ταῖς εὐχαῖς*] Nota est veterum religio in usurpandis deorum nominibus; de qua v. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 7. Stanlei. ad Aeschyl. Agam. v. 168. Mitscherlich. ad Horat. Carm. Saecul. v. 15. Heindorf. ad Horat. Satyr. II. 6, 20. Suaviter hunc precantium morem ridet Lucian. Timon in *ὦ Ζεῦ φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταιρεῖε, καὶ ἐφέστιε, καὶ ἀστεροπητά, καὶ ὅρκιε, καὶ νεφεληγερέτα, καὶ ἐρίγδουπε, καὶ εἴ τί σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσιν*, κ.

ἔμοιγε δοκεῖ νενομίσθαι. εἰ οὖν βούλει, σκοπῶμεν ὥςπερ προειπόντες τοῖς θεοῖς, ὅτι περὶ αὐτῶν οὐδὲν ἡμεῖς σκεψόμεθα, οὐ γὰρ ἀξιοῦμεν οἷοί τ' ἂν εἶναι σκοπεῖν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων, ἥντινα ποτὲ δόξαν ἔχοντες ἐτίθεντο αὐτοῖς τὰ ὀνόματα· τοῦτο γὰρ ἀνεμέσητον.

ΕΡΜ. Ἀλλά μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, μετρίως λέγειν, καὶ οὕτω ποιῶμεν.

B ΣΩ. Ἄλλο τι οὖν ἀφ' Ἑστίας ἀρχώμεθα κατὰ τὸν νόμον;

ΕΡΜ. Δίκαιον γοῦν.

ΣΩ. Τί οὖν ἄν τις φαίη διανοούμενον τὸν ὀνομάσαντα Ἑστίαν ὀνομάσαι;

P. 401. *εἰ οὖν βούλει*] εἰ βούλει οὖν Coisl. Ven. *Δ*. Par. BCEFGHIX. Vat. I. m. Flor. a. b. c. i.

ἥντινα ποτὲ] Sic Par. G. Darmst. probante Bekkero. Ceteri ἥν ποτέ τινα.

B. *Κινδυνεύουσι γοῦν*] οὖν Coisl. In Par. BCEHI. Flor. a. b. c. i. deest γοῦν. Flor. d. γε οὖν. Dein Par. G. Gu-

τ. λ. Hinc Socrates Phileb. p. 12. C. τὸ δ' ἐμὸν δέος ἀεὶ προς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον, ἀλλα πέρα τοῦ μεγίστου φόβου. καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπῃ ἐκείνῃ φίλον, ταύτην προςαγορεύω. Formam loquendi, *οἵτινες καὶ ὁπόθεν χαίρουσιν ὀνομαζόμενοι*, attigi ad Protagor. p. 358. A. Euthydem. p. 288. A. Parmen. p. 133. D.

P. 401. *μετρίως λέγειν*] h. e. recte. v. Criton. p. 46. C. Phaedr. p. 265. C. De Rep. IV. p. 421. C. VI. p. 484. B.

B. *ἀφ' Ἑστίας ἀρχώμεθα*] Schol. ad Euthyphr. §. 2. ἀφ' Ἑστίας ἄρχεσθαι· ἐπὶ τῶν ἐν δυνάμει γιγνομένων καὶ πρώτους ἀδικούντων τοὺς οἰκείους· ἐπεὶ ἔθος ἦν τῇ Ἑστίᾳ πρώτῃ τῶν θεῶν θύειν (v. cap. 18). μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ δρωμένων. ἔθος γὰρ ἦν τῇ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι. ἢ ἀφ' ἑστίας — ἀπὸ τῶν οἰκειοτάτων. ἑστία γὰρ ἡ οἰκία. Hoc loco Socrates proverbio cum quaesita ambiguitate utitur, quandoquidem et de more sacrificantium cogitari vult, et lepide innuit primum Vestae nomen originationibus istis deturpatum iri.

ἀλλὰ μετεωρολόγοι καὶ ἀδολέσχαι τινές.] Significantur subtiliores rerum pervestigatores atque iudices, quales fuerunt philosophi, qui a plebis multitudine ita solebant audire. Quocirca Socrates venuste e mente istorum hominum his utitur appellationibus, et dum ineptos illos etymologos exagitat, simul cum cavillatione quadam probrosa haec nomina memorat. Similis ratio est

ΕΡΜ. Οὐ μὰ τὸν Δία οὐδὲ τοῦτο οἶμαι ῥᾴδιον εἶναι.

ΣΩ. Κινδυνεύουσι γοῦν, ὦ 'γαθὲ Ἑρμόγενες, οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα τιθέμενοι οὐ φαῦλοι εἶναι, ἀλλὰ μετεωρολόγοι καὶ ἀδολέσχαι τινές.

ΕΡΜ. Τί δή;

ΣΩ. Καταφαίνεταί μοι ἡ θέσις τῶν ὀνομάτων τοιούτων τινῶν ἀνθρώπων εἶναι. καὶ ἐάν τις τὰ ξε- C
νικὰ ὀνόματα ἀνασκοπῇ, οὐχ ἧττον ἀνευρίσκεται ὃ ἕκαστον βούλεται. οἷον καὶ ἐν τούτῳ, ὃ ἡμεῖς οὐσίαν καλοῦμεν, εἰσὶν οἳ ἐσίαν καλοῦσιν, οἳ δ' αὖ ὠσίαν. πρῶτον μὲν οὖν κατὰ τὸ ἕτερον ὄνομα τούτων ἡ τῶν πραγμάτων οὐσία Ἑστία καλεῖσθαι ἔχει λόγον· καὶ

dian. *μετεωρολόγοι τινὲς καὶ ἀδολέσχαι.*

C. *ἀνθρώπων εἶναι*] Om. *εἶναι* Coisl. Ven. *Α.* Par. BEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Mox pro *ἐσίαν* Par. BC. Flor. a. c. *ἑστίαν.* Coisl. Par. GIX. Vat. l. m. Darmst. *ἐσσίαν.* Ven. *Α.* Par. EH. Flor. b. i. *ἐσσίαν.* Pro *ὠσίαν* Par. G. hic supra versum *ὀσίαν* habet, quod mox in ipso versu servat.

